This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


RARIES
8992 4

MONUMENTA

EVANGELICORUM AUG. CONF. IN HUNGARIA

HISTORICA.

III.

MONUMENTA

EVANGELICORUM AUG. CONF. IN HUNGARIA

HISTORICA.

III.

MONUMENTA
EVANGELICORUM AUG. CONF. IN HUNGARIA
HISTORICA.

A

MAGYARORSZÁGI ÁGOST. VALL.

EVANGELIKUSOK
TÖRTÉNELMI EMLÉKEI.

KÖZLI

FABÓ ANDRÁS,

AGÁRDI ÁG. VALL. EV. PAP S A MAGYAR TUDOM. AKADEMIA LEV. TAGJA.

III. KÖTET.

PEST.

KIADJA OSTERLAMM KÁROLY.

1865.

FATA

AUG. CONF. ECCLESIARUM
A TEMPORE REFORMATIONIS
AD SYNODUM PESTIENSEM
IN COMITATIBUS HUNGARIAE:

GÖMÖRIENSI, LIPTOVIENSI, ARVENSI, TRENCHINIENSI, NITRIENSI, POSONIENSI, BARSCHIENSI, THUROCZIENSI, ZOLIENSI, NAGY- ET KIS-HONTHENSI.

AUCTORE

MARTINO KLANICZA.

GALERIA OMNIUM SANCTORUM,

CATENIS CHRISTIANAE VIRTUTIS SIBI DEVINCTORUM,
NOMINIBUS ET SYMBOLIS
IN PROCELLOSO MUNDI PELAGO SECURE
ET CUM HONORE CIRCUMVEHENDIS,
OPERA ET STUDIO
JOHANNIS SIMONIDAE,
BRIZNENSIS SCHOLAE IN HUNGARIA RECTORIS,
POST DIVERSIS IN LOCIS OB EV. J. C. VINCTI,
NUNC EXULIS ET LIBERATI CAPTIVI,
RECOLLECTIONEM DISPERSIONIS ISRAEL
IN SPE (ESAI. 30, 15.) ET SILENTIO
IBI! — UBI!
EXSPECTANTIS,

ANNO

CRVENTI EXILI DVRISSIMO
EXOPTATAE LIBERATIONIS IVCVNDISSIMO!

EXSTRUCTA.

PESTINI
SUMPTIBUS CAROLI OSTERLAMM
1865.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
484741 A
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R 1930 L

TEKINTETES

IGLÓI

SZONTAGH FERENCZ

ÉS

SZONTAGH PÁL

URAKNAK

MÉLY TISZTELETTEL

ELŐSZÓ.

Az első munkához, melyet vállalatunk jelen kötetében unk, Klanicza Mártonnak, előbb rima-brezói, utóbb ıglódi, végre kövii ág. vall. ev. papnak, a „Toleran- a seculi XVI." (Pest, 1783.) ismeretes irójának, 'ata aug. conf. ecclesiarum"-ához, hasonló meg- ent ugyan napjainkban is Hornyanszky Victortól „Bei- äge zur Geschichte evangelischer Gemein- :n in Ungarn. Pest. 1863". czim alatt. Ez azonban gy nem tette fölöslegessé Klaniczaénak közrebocsátá- t, meggyőződhetik mindenki, a ki a kettőt összehason- ja, sőt meggyőződhetik arról is, hogy a kettő nagyon kban kiegészíti egymást. S midőn Hornyanszky, az ;ész magyarhoni ágost. vall. ev. egyházegyetemet szem ött tartva, nem egészen 19. ivet adott, Klanicza műve ak 10. vármegyére, illetőleg most már 11. esperességre oritkozva 24 ivre terjed. Eltér emebben a belső beren- :zés is. Klanicza ugyanis előrebocsátva minden egyes ırmegye reformatiójának általános történelmét, a hitújítás ırtfogóit, első terjesztőit, a gyülekezetek kormányzóit, rágzásuk korszakát, utóbb hanyatlásuk eszközlőit, a na- yobb tanintézeteket, külön részekben tárgyalja a szabad rályi s más városi, falusi és udvari gyülekezeteket és a i nem csekély érdekű, megemlíti egytől egyig azon gyü- kezeteket is, melyek egykoron az ágostai vallást követ- k s utóbb más akolba terelték azokat akár a meggyőző- s, akár a balesemények. A felkarolt vármegyék protes- ntismusa egykori kiterjedésének e szerint teljes képét thatja itt az olvasó.

Én e munkát a nemzeti muzeum, ugy hiszem, másolat- ldánya szerint adtam, a tulajdonneveknél megemlítve al- gyzetekben a tudomásom szerinti eltérő olvasásokat is.

A második munkát, melyet közlünk, Simonides Jánosa gályákra ítélt breznobányai iskolaigazgató, „Galeria omnium sanctorum“-át, szintén a nemzeti muzeum két, gondosan összevetett példányából állítottam ki. Az egyik, hárant-negyedrétű példány, a muzeumalapító gróf szerzeménye, Simonides eseményeinek elbeszélésére nézve szövegben egyez ugyan a másik negyedrétű példánnyal, mely a Jankovich Miklósféle gyüjteménynyel jutott emlitett nemzeti intézetünk birtokába, de különbözik is tőle, mennyiben ellenlapozva latin és német, emez pedig csak latin szöveget tartalmaz. A német szöveg ki levén mái sajtó útján a „Magazin für Geschichte, Statistik und Staatsrecht der oesterr. Monarchie“ (Göttting. 1806—1808) czimű munka I. köt. 146—214. l. adva én mellőztem, csupán a latint közölve. A Széchenyiféle példány különbözik még a Jankovichfélétől abban is, mennyiben hét, a gályákra elitélt papok szenvedéseit illustráló s 17, az akkori szomorú viszonyokra vonatkozó rajzot — jelesül: a kassai templomnak fejszével betöretését a pozsonyinak fegyveres erővel elfoglaltatását, a besztercebányainak hágcsók segélyével éjjel történt elvételét, vágujhelyinek gróf Nádasdy szolgái által teljes feldúlatását, Szenicznek a templommal elhamvasztatását, sok kosnak nem- és korkülönség nélkül legyilkoltatását és házajtókra felakasztott kántor és orgonista megégetés egy papnak Komáromban háromféle kinzatását s mágly megégetett testét, Novák Mihály remetei (Einsiedl) orpistának az üldözők szándoka fölfedezéséért s atyja, a meczenzéfi pap, megszökéséért, fejszékkel felkonczoltatását, Pilárik István könyvtárának gróf Nádasdy szolgáital megégetését, néhány idézett és Szobotisztban megjelölt papnak, midőn Rabutin tábornok által elfogatandók valának, szétfutását, de Lányi Mihálynak, ki azután Morvát gonosztevőkkel egy börtönbe záratott, elfogatását, s papnak a hazából erőszakos eltávolitatását, néhány papnak különböző várakban bebörtönöztetését, a foglyoknak Leopoldvárott különféle kézi munkára kényszeritetését, Steller Tamásnak hatszáznál több botütéssel n

veretését, a papok szakálainak lenyiratását, ruháik elvételét s a természet szerint eltakarva tartandó helyeken pénzkeresést, hat papnak végóráikban Theatenál nyomorban elhagyatását s különösen a nagy erőtlenség miatt szamáron tovavitt s utközben meghalt Hély György eltemetetlen testét, a fogoly papoknak tengerparton hajók és gályák körül végzett sanyarú munkáját, végre a császáriaknak több helyen vallás miatt a magyarokkal történt összeütközését és vérontását — tartalmaz. E rajzokat a vállalatunk iránti nem épen bátoritó részvét és a nagy költség miatt, a melybe kerültek volna, nem adhattuk. — Kihagytam e példányból még a sok, magánál a szövegnél is többre terjedendett emléksorokat, melyeket Lipcse-, Tubinga-, Jéna-, Wittenberg-, Drezda-, Zürich, Hála-, Gotha-, Danczka-, Budissin-, Merseburg-, Frankfurt-, Gedanum-, Beiruth-, Koburg-, Hamburg-, Boroszló-, Nürnberg-, Lübek-, Ulm-, Sangallen-, Zittau-, Ágosta-, Görlitz-, Grünberg-, Lesna-, Uj-Bojano-, Erfurt-, Durlach-, Briga-, Lignitz-, Weimar-, Altorf-, Lindau-, Freiberg-, Thornban s más helyeken számosan irtak be Simonides Albumába, midőn ő, mint legott munkája elején mondja, a jótékonyság ajtaján kopogtatni volt kénytelen. Ezen emléksorok a Jankovichféle példányban nincsenek meg, valamint azon, Olaszországban s néhány német egyetemtől nyert bizonyitványok és ajánlások sem, melyeket Simonides kapott s a Széchenyiféle példányban megvannak. Ezeket közölni érdekesnek tartottam.

Csak azt érintem még, hogy a latin aljegyzetek Klaniczaéi, a magyarok, alig egypár kivételével, melyekre könnyen ráismer az olvasó, az enyéim.

Agárd, jun. 10. 1865.

FABÓ ANDRÁS.

Conspectus.

Pag.

A) **Fata ang. conf. ecclesiarum etc.**

I. Comitatus gömöriensis 3
Pars generalis 3
Pars specialis 17
Sectio I. De ecclesiis in oppidis 17
Sectio II. De ecclesiis in pagis 26
II. Comitatus liptoviensis 47
Pars generalis 47
Pars specialis 60
Sectio I. De ecclesiis in oppidis 60
Sectio II. De ecclesiis in pagis 65
Sectio III. De ecclesiis in aulis 75
III. Comitatus arvensis 78
Pars generalis 78
Pars specialis 84
Sectio I. De ecclesiis in oppidis 84
Sectio II. De ecclesiis in pagis 88
IV. Comitatus trenchiniensis 92
Pars generalis 92
Pars specialis 107
Sectio I. De liberae regiaeque civitatis trenchiniensis ecclesia 107
Sectio II. De ecclesiis in oppidis 110
Sectio III. De ecclesiis in vicis, matribus quidem 121
Sectio IV. De aulicis ecclesiis 136
V. Comitatus nitriensis 138
Pars generalis 138
Pars specialis 152
Sectio I. De libera regiaque civitate Szakolcza 152
Sectio II. De ecclesiis in oppidis 154
Sectio III. Ecclesias in pagis exhibens 171
Sectio IV. De ecclesiis aulicis 193
VI. Comitatus posoniensis 194
Pars generalis 194
Pars specialis 204
Sectio I. De ecclesiis in liberis regiisque civitatibus 204
Sectio II. De ecclesiis in oppidis 211
Sectio III. De ecclesiis in pagis 218
VII. Comitatus barschiensis 229
Pars generalis 229
Pars specialis 234
Sectio I. De ecclesiis in liberis regiisque civitatibus 234

Sectio II. De ecclesiis in oppidis . . . . . P
Sectio III. De ecclesiis in possessionibus 2
VIII. Comitatus thurocziensis 2
Pars generalis 2
Pars specialis 2
Sectio I. De ecclesiis in oppidis 25
Sectio II. De ecclesiis in vicis 26
Sectio III. De ecclesiis aulicis nobilium 26
IX. Comitatus zoliensis 272
Pars generalis 272
Pars specialis 286
Sectio I. De liberarum regiarum civitatum ecclesiis 286
Sectio II. De oppidanis ecclesiis 292
Sectio III. De ecclesiis in villis 297
Sectio IV. De ecclesiis aulicis 303
X. Comitatus nagy- et kis-honthensis 303
Pars generalis 303
Pars specialis 312
Sectio I. De ecclesiis in liberis regiis civitatibus 312
Sectio II. De ecclesiis in oppidis 318
Sectio III. De ecclesiis in pagis 321
Sectio IV. 334
Comitatus kis-honthensis 335
Pars generalis 335
Pars specialis 346
Sectio I. De ecclesiis in oppidis 346
Sectio II. De ecclesiis in pagis 347
B) **Galeria omnium sanctorum** 355

Nagyobb sajtóhibák.

Lap	sor		helyett	olvasandó
10	5	felül	csetnekiesem	csetnekiensem
—	7	alul	Piczelium	Peczelium
11	16	felül	praesset	praeesset
35	13	alul	eorum	eotum
47	13	—	eminerat	eminuerat
52	6	—	dominus	dominis
143	5	—	texoratis	exoratis
144	12	—	suparatas	superatas
161	5	felül	ex spoliati	exspoliati
167	1	—	peciatim	speciatim
261	9	—	incoiae	incolae
274	7	—	in nixi	innixi
290	8	—	diaete	diaetae
318	2	alul	sen	seu
360	13	felül	liberatioxe	liberatione

FATA

AUG. CONF. ECCLESIARUM

A TEMPORE REFORMATIONIS

AD SYNODUM PESTIENSEM

IN COMITATIBUS HUNGARIAE:

GÖMÖRIENSI, LIPTOVIENSI, ARVENSI, TRENCHINIENSI, NITRIENSI, POSONIENSI, BARSCHIENSI, THUROCZIENSI, ZOLIENSI, NAGY- ET KIS-HONTHENSI.

AUCTORE

MARTINO KLANICZA.

COMITATUS GÖMÖRIENSIS.

PARS GENERALIS.

§. 1. Quod primum operis hujus locum comitatus gömöriensis ecclesiarum fata occupent, dandum id fuit honori, quo provinciae, quam inhabitamus, obstringimur. Nihil ea re detractum volumus aliis comitatibus, dignitate etiam in regno et amplitudine ecclesiarum majoribus; id potius in continuatione quoque laboris inviti sequemur, ut illos subnectamus prius, ex quibus ocyus, virorum promtitudine documentis et recognitione in coeptis sublevabimur. Noster comitatus inter eos censendus est, qui post tempora reformationis perpetuis belli adversitatibus affligebantur; conservavit tamen prae aliis studio seniorum ministerii, aetatis superioris, omnia ecclesiastica protocolla, quorum potissimum auxilio institutum praesens deducetur brevissime. Postquam anno 1520. in regno Hungariae bulla Leonis X., pontificis romani, contra Lutherum ejusque sectatores publicata fuisset; excitata sunt et in hoc comitatu plerorumque desideria ad cognitionem illius doctrinae. Tacite atque intra privatos parietes, lectione librorum, crescebat renovata evangelii religio; mox circa annum 1530. aderant et illius praecones. Ex his superest memoria Andreae Fischer ac Georgii Levdischer. Ille pulsus Scepusio, subintrabat Rosnaviam adlaborabatque studiose, civibus notitiam doctrinae, quam obscure solum conceperant, communicare. Magnificus dominus Franciscus Bebek incitatus, novum praeconem captum, Krasznahorkam carceribus claudit, imo praecipitatum, ex rupibus ex ora hac pepulit. Succedebat Fischero in opere meliora edoctus Levdischer, antea leutshoviensis capellanus, postea Vratislaviae lutheranus factus, qui itidem Rosnaviae et in locis vicinis, optimo cum successu perfecisset reformationem, nisi authoritate ejusdem Bebe-

kii territus, Scepusium ad kesmarkienses fuisset delatus. Quos primos docentes habebant reliqua loca comitatus hujus, scriptum non deprehendimus; patet id clarissime etiam ex indicibus ordinatorum Vittenbergae jam circa annum 1550. potiorem partem comitatus habuisse Lutheri doctrinam. Augebant hanc germani milites evangelici, ad has partes inducti, imo plurimum exemplo suo magnificus Emericus Bebek, praepositus albensis *), qui acceptando renovatam religionem, has oras subibat, atque domino Georgio Bebek et illustri genti Csetneki amorem illius ingerebat. Sensim progrediebatur labor repurgationis ecclesiae quoad annum 1564. coetus evangelici aucti et auctoritate militiae caesareae muranensis praesidii firmi, in plenum ordinem ecclesiam collocassent, ut subnectemus.

§. 2. Durante in his oris bello cum Transilvaniae principe, cujus partes sequebatur dominus Georgius Bebek, comitatus supremus comes, Maximiliani II. militia in arce Murány habuit ducem dominum Melchiorem Maszko ad Nyderlaysz, sacris nostris addictissimum. Hic cum advertisset populi partem, praesertim nationis hungaricae, pronam esse ad sequenda calviniana sacra, quae jam et Georgius Bebek acceptaverat, atque patrocinio turcico abstrahi ab obsequio caesaris, omnem defensionem exercitii publici religionis nostris promittebat; circa annum 1565. convocatis tractus muranyensis ecclesiarum ministris auctor etiam fuit, ut reverendum Cyprianum Friedt, in arce Murány sacratissimae caesareae majestatis militiae concionatorem, deligant in superintendentem seu seniorem suum, sub cujus directione juribus ecclesiae evangelicae propriis uterentur cum

*) Verancsics ezt irja Bebek Imre kitéréséről: „Huic (Francisco) erat frater natu major Emericus, ordinis sacerdotalis, probitatis et eruditionis summae, imbutus tamen peregregie lutheriana persvasione. Igitur posthabita constitutione ecclesiastica, sequutisque praeceptis evangelicis (ut ipse ajebat), duxit uxorem, paucis ejusdem instituti adhibitis. Perpetratum est hoc matrimonium Budae, anno millesimo quingentesimo tricessimo quarto nativitatis dominicae. Intellectis tam temerariis nuptiis, vehementer rex indoluit; ne itaque id audaciae ulterius serperet et novi cujuspiam tumultus occasionem porrigeret, puniendum judicavit, detentumque libera custodia in arce budensi multis mensibus, tandem longo post tempore dimisit, accepto prius vadimonio: interim ut laboret apud pontificem maximum pro dispensatione.“ Lásd: Monumenta Hungariae historica. Második osztály: Irók. II. köt. Pest, 1857. 46. l..

populo sibi concredito. His initiis subordinationis iterum anno 1585. per illustrissimum Julium ab Herberstein praefectum muranyensem publice approbatis, firmata fuit religionis libertas, quae ad finem seculi sexti et decimi, protegentibus eandem praefectis bellicis arcis Murány, constans permanebat in hujus comitatus parte superiori. Vallis csetnekiensis quae ecclesiae calvinianorum doctrinae sensum adamabant, quoad illustrissimus dominus Stephanus Csetneky, anno 1590. consistorii arcis muranyensis articulos subscripsisset, et quidem cum singulis in suo dominio habitantibus ecclesiarum pastoribus, conjunctio talis ut stabilis permaneat, adoptata est per gömörienses evangelicos confessio V. liberarum regiarum civitatum, olim Ferdinando I. regi exhibita, quam utraque vallis, murányensis et csetnekiensis, subscriptione anno 1594. suam efficiebat crescebatque communione pacis ad invidiam malorum. Fato infelici per decursum seculi XVII. etiam comitatus hic gemebat sub tributo turcico; ecclesiae autem in religionis exercitio utebantur summa pace, legibus regni anno 1606. attributa evangelicis. Fulciebant praesertim ecclesias, quarum numerus, inductis in filiales pastoribus, facile accrevit, successores praenobiles Csetnekiani in dominio vallis illius, maxime Bakosiani, in valle Murány ab initiis dicti seculi illustrissimus Georgius Széchy, supremus comitatus comes, et consors ejus Maria Homonnay, atque filia Maria, quoad membrum evangelicae ecclesiae fuit, aliique, quos in suis dabimus ecclesiis. Meruit porro de felicitate harum ecclesiarum et magnificus dominus Georgius Thurzo, regni Hungariae palatinus, qui auctoritate regni legum ecclesias comitatus hujus earumque pastores potestate eligendi proprium superintendentem donaverat hoc diplomate:

Nos comes Georgius Thurzo de Bethlemfalva, regni Hungariae palatinus, judex cumanorum, necnon de Árva perpetuus, ejusque comitatus supremus comes, serenissimi principis ac domini domini Matthiae II., dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae etc. regis, designati in regem Bohemiae, archiducis Austriae, ducis Burgundiae, marchionis Moraviae, comitis Tyrolis etc. consiliarius ac per Hungariam locumtenens, memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod requisiverunt nos debita cum instantia reverendi domini Georgius Fabricius, pastor alnoviensis, et Petrus Sextius, pastor csetnekien-

sis, ille senior, hic consenior dominorum ministrorum in comitatu gömöriensi commorantium, necnon M. Leonhardus Martiny, rosnobanensis ecclesiae pastor, suo et totius contubernii dominorum ministrorum ejusdem comitatus gömöriensis, augustanam confessionem amplectentium, nominibus et in personis, supplicarentque humillime, quatenus plenariam ipsis in medio sui superintendentem, more alias in regno hoc observari solito, eligendi et creandi, ex officio et auctoritate nostra palatinali, legibusque et statutis publícis regni non ita prídem etiam sancitis, ac per suam majestatem regiam, dominum nostrum clementissimum, gratiose confirmatis id admittentibus, daremus et concederemus facultatis potestatem. Et quia cum in alio quovis vitae genere et statu, tum in ecclesiastico inprimis bono ordine, disciplina, regimine, inculpabili, ut omnia rite et decenter fiant, opus esse existímamus, idque ad dei optimi maximi gloriam et ejus sanctae ecclesiae militantis in his terris propagationem, eisdem dominis ministris, rem tam piam, utilem et necessariam postulantibus, merito id denegare non potuimus, nec debuimus: idcirco praefatis dominis ministris tales idoneas et ad hoc officium superintendentis aptas personas, e medio sui plena ea auctoritate, qua ceteri in regno hoc Hungariae superintendentes utuntur, fruuntur et gaudent, eligendi et creandi, talique superintendenti ecclesias suae dioecesi subjectas visitandi, aliaque munia vocationis suae sedulo, libere et sine cujuscunque impedimento peragendi, exequendi et administrandi plenariam et omnimodam potestatem attribuentes, dandamque et concedendam esse duximus, imo attribuimus, damus et concedimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in libera regia civitate cassoviensi, die 10 mensis julii anno domini 1610.

Comes Georgius Thurzo (L- S.)

Eadem occasione idem palatinus leges venerabilis fraternitatis confirmabat, imo quod singulare est, literas privilegii largiebatur verbi divini ministrorum viduabus et orphanis, vi quarum tamdiu, donec nomen et titulum maritorum gesserint, ab omni censuum, taxarum, contributionumque pensione et servitiorum quorumvis praestatione penitus exemptae, immunes ac liberae habeantur. Singula haec asservantur in originali, ut loquimur, atque usu longiori ipsaque repetita confirmatione per literas protectionales roborata

habentur per supremos comitatus comites, magnificos dominos Georgium Széchy, Georgium Pethő, Casparum Szúnyogh, Franciscum Veselényi, regni Hungariae palatinum, Georgium Széchy et reliquos, qui non prius ad regendam provinciam admissi fuerant, quam libertates ecclesiarum singulas scripto confirmarent, defensionem promitterent. Tantis regum, regnique et statuum protectionibus munitae ecclesiae nihil amplius desiderabant ad prosperitatem, quae nisi interrupta fuissent in fine seculi praecedentis et initio hujus, longe feliciorem praedicaremus illius statum, ad quem gratia regum Josephi II. et Leopoldi II. repositi, in obsequio precibusque pro regia aula perseveramus.

§. 3. Necdum jugo turcico levata fuerant ecclesiarum harum membra, jam inducti Rosnaviam patres jesuitae attentabant viis suis quaevis evangelicis mala. Et quidem primum anno 1661. rosnavienses, ut infra dicemus, tandem anno 1662. in valle eadem per magnificum dominum Nicolaum Andrásy, dominum terrestrem, alios adgrediebantur tentationibus. Possessio Betlér, Veszverés, Vlachovo in magno constituebantur quoad religionis exercitium discrimine, quod suis in locis notabimus. Anno 1661. excellentissimus reverendissimus archiepiscopus strigoniensis Georgius Lippay, cum regni palatino illustrissimo Veselényi, evangelicis ministris decimas, quas erga conventione fixam solutionem archiepiscopo depositam ultra seculum possidebant, vi et armis adimebant. Subsequebatur has particulares turbationes illa per totum regnum diffusa decennalis divexatio, quae, nisi potior pars comitatus sub tributo turcico exstitisset, facile omnes oppressisset ecclesias. Initium fecit archiepiscopus strigoniensis Rosnaviae, ejectis anno 1671. ministris, quorum quidem Jacobus Regius anno 1672. mense junio per tumultuantes hungaros, speciatim Petrum Madács reductus fuit, subsequente anno 1673. citatione ministrorum ad delegatum judicium Posonium, in cujus faciem singulorum ministrorum fraternitatis hujus nomine comparuerat dictus Regius, senior officio, decreta atque duci militiae, illustrissimo Sporck, demandata fuit templorum ademtio. Plebs itaque inscia conspirationis, cujus nobilitas accusabatur, subit illud triste fatum eodemque anno amittit usum templorum in Ribnik, Rákos, Bisztro, Bradno, Süvethe, Jolsva, Chisno, Mokralúka, Nagy Rőcze, Dluhalúka, Oláh Patak, Nagy Veszverés, Betlér, Rozlozsna, Rosnavia cum suis filialibus; reliqua loca aegre usum templorum

conservabant, utpote : Csetnek, Ochtina, Rostár, Geczel, Alsó Sajó, Kún Taplocz, Panyitha, Gömör, Kövi, Kietta, Kobelar, Budikfalva, et Ratkó, quali et anno 1681. fuerant praeditae. Quaedam ex praefatis ecclesiis, amissis sacris aedibus, adminus usu exercitii constanter retento, fatis afflictis medebantur, tandemque anno 1681. auctoritate legum regni, iterum jus templa possidendi recipiebant; cum his singulae attraxerant usum exercitii religionis amissum, inductis anno 1682. ministris, repressis armis Tökölianis, tanto acerbius habiti, praesertim in dominio arcis Murány. Inclyta namque camera scepusiensis, quae administrabat dominium, mandata dedit ad officiales, in quibus haec leguntur :

„Harum serie vobis serio committimus, ut mentionatos praedicantes ex praeattacto dominio Murány et bonis derencsiensibus excedere et abire jubeatis ; in casu vero renitentiae eorundem, ipsos, non exspectata ulteriori commissione nostra, medio praesidiarierum germanorum murányensium capi et ad arcem Murány indilate ad carceres perduci curare, desuperque relationem suam nobis submittere debeatis, nec secus sub infallibili animadversione nostra facere praesumatis. Eperjesini 30. martii anno 1689.“

Sub Rákóczyanis motibus variabant fata harum ecclesiarum, atque ex secundis magis adversa nascebantur, plerisque, quoad parti speciali adscribemus, anno 1714. die 28. april emanato regio intimato, negotium religionis ad illum statum repositum, in quo ante motus Rákóczyanos fuit, utpote singulae ecclesiae, quibus non fuit exercitium anno normativo, spe illa potiundi exclusae, ejulandi causam acceperant. Residuae 24. ecclesiae, auctis in dies vexationibus, quas tacere obsequium jubet, frequenter coram regio throno, dirigentibus negotium inspectoribus ecclesiarum (quales successive erant domini Paulus Lányi, Samuel Draskóczy, Martinus Czékus, Matthias Bodo, Casparus Szontagh, Paulus Gömöry), querelas effundebant, praesertim imminente tertium demandata anno 1779. singularum filialium ecclesiarum ademtione. Protector ecclesiae altissimus periculum in mora avertit, augusti Josephi II. clementia, quae tolerantiae publicatione recreavit adflictos auxitque valles nostras ecclesiis renovatis undecim numero, quarum singulas dum ultimis comitiis regni augustissimus Leopoldus II. publicas effecerit, laetatur coetus gömöriensis evangelicus, cujus animae in oris his ultra 40,000. numerantur.

§. 4. Ecclesiae in hoc comitatu statim ac potiori ex parte reformatae fuissent, slavonicarum ecclesiarum normam regiminis sequebantur et eum in finem constituebant personas ecclesiasticas, ut praesint gerantque inspectionem in res ac personas sui ordinis, quas seniores appellant. In defigendo ordine tali cum ministris et membris ab ecclesiis submissis, etiam e numero plebis delectis, plurimum laborabat in conventu muranyensi, anno 1564. habito, magnificus dominus Melchior Maschko de Nyderlaysz, praefectus arcis Murány; qua occasione per delectum primum seniorem leges simul, praesertim ob morum, doctrinae et cerimoniarum uniformitatem inducendam stabiliendamque, primum conscriptas recipiebant congregati. His data est ab ecclesia seniori potestas, ut in vitam et doctrinam pastorum inquirat, visitationes ecclesiarum peragat, ordinatos investiat, vacantibus ecclesiis prospiciat, curam bonorum ecclesiasticorum gerat, casus matrimoniales revideat, jurisdictionem fori spiritualis in suos exerceat, errantes observatis admonitionum gradibus reducat, immorigeros ab officio amoveat, verbo : gubernet ecclesiam cum additis consenioribus et assessoribus in salutem omnium, ut continent singula haec leges fraternitatis antiquae atque literae comitis palatini Georgii Thurzo anno 1610. de auctoritate senioris emanatae. Amplitudo comitatus et temporum vicissitudines plures tales deposcebant seniores; quare seculo reformationis majores nostri in duas fraternitates subdivisas habebant ecclesias, utpote murányensem et csetnekiensem. Prior receperat in societatem kis-hontenses etiam, cum quibus eodem seculo viginti duas numerabat ecclesias eadem fraternitas, utpote : Murány, Röcze, Alnovia, Süvette, Kövi, Ratkóvia, Deresk, Gécze, Ribnik, Budikova, Bradno, Derencs, Kraszko, Szkálnok, Hrachovia, Szuchá, Kokava, Krónbánya Brezóvia, Nústya, Taxovia et Kraszko (?) Seniores murányensis fraternitatis hos invenio :

Anno 1564. Cyprianus Friedt, pastor murányensis.
„ 1575. Martinus Reinhardt, ibidem.
„ 1594. Joannes Rimanoviani, ibidem.
„ 1596. Benedictus Emerici zamostensis, pastor nagy röczensis.
„ 1598. Georgius Fabricius, pastor Jolsvae.

Csetnekiensis fraternitas, post separationem ecclesiarum hungaricarum, quae post annum 1564. sensim calvinianae factae, non-

nisi decem matres ecclesias numerabat, quae fuere : Csetnek, Rosnau, Restér, Vlacho, Alsó Szlana, Felsö-Szlana, Dopschau, Göczel, Poloma et Berzéte, reliquae filiales fuerant, quae modo matres. Ex senioribus duos solum scriptos deprehendere licuit, anno 1593. Danielem Waindling, pastorem csetnekiesem, et anno 1596. Eliam Danielis itidem csetnekiensem. Kis-honthensibus autem 1596., ut in honthensi comitatu descriptum est, recedentibus a fraternitate murányensi, diligenti studio fratres elaborabant, in conjungendis murányensi et csetnekiensi fraternitatibus, quod etiam anno 1600. die 26. april. Alnoviae congregati pastores, sub praesidio senioris Georgii Fabricii, et consenioris csetnekiensis, Thomae Schrötter, pastoris rosnaviensis, perfecerant, sensim accedentibus singulis ecclesiis. Jam anno 1602. in omnibus juribus conjungebantur atque fraternitatis gömöriensis nomine appellati, in unione eadem permanent. Et siquidem leges antiquae anno 1594. per seniorem Joannem Rimanoviani renovatae, longiores visae sunt, anno 1604. in congregatione die 28. april. Rosnaviae, sub praesidio senioris Thomae Schrötter in formam minorem contrahebantur, atque eaedem ad nostra tempora pro norma actionum atque gubernationis, subscriptione pastorum et ecclesiarum roboratae habentur. In regimine hujus fraternitatis id singulare prae omnibus comitatuum fraternitatibus observandum, quod post latam etiam de superintendentibus regni legem, per integrum seculi XVII. decursum, seniores a superintendentibus independentes habuerit, qui jure diplomatis comitis palatini supra adducti, praeter ordinationem ministrorum, quos plerumque Brizno-Bányam ad superintendentes mittere in usu fuit, singula jura superintendentis, articulis synodi solnensis praescripta, exercebant censumque cathedraticum tempore visitationis ab ecclesiis percipiebant. Hos independentes a superintendentibus seniores, votis ministrorum delectos, habuit gömöriensis fraternitas :

Anno 1602. Thomam Schrötter, pastorem rosnaviensem.
„ 1604. Sigismundum Piczelium, pastorem dopschensem.
„ 1607. Georgium Fabricium, pastorem Jolsvae.
„ 1608. Venceslaum Astronomy, pastorem Alsó-Szlanae.
„ 1610. Iterum Fabricium.
„ 1612. Petrum Sexti, pastorem csetnekiensem.
„ 1620. Iterum Fabricium jolsvensem.
„ 1632. Jacobum Kottay, pastorem baloghensem.

Anno 1635. Jacobum Holius, pastorem betlérensem.
„ 1640. Christ. Lovcsányi, pastorem Jolsvae.
„ 1645. Joachimum Golcz, pastorem rosnaviensem.
„ 1646. Michaelem Fabricium, pastorem köviensem.
„ 1648. Andream Mayer, pastorem Jolsvae.
„ 1654. Joannem Stephanides, pastorem betlérensem.
„ 1655. Iterum Mayer, pastorem Jolsvae.
„ 1669. Jacobum Regius, pastorem Rosnaviae gömöriensem.
„ 1691. Andream Bodovinus, pastorem csetnekiensem.

Bodovino administrante senioratum, anno 1704. placuit nostris inducere ordinem alium, cujus fata paucis etiam prosequemur.

§. 5. Initio praesentis seculi, per totum regnum unus ecclesiarum nostrarum superintendens in comitatu sárosiensi residuus fuit, Jacobus Zabeler; svadebant igitur gömöriensibus, hic eligatur, qui praesset etiam vicinis comitatibus. In consultationes has, quarum praesertim promotores fuerant domini Paulus Kajali et Israel Mártonfy, consensu assumpto praefati superintendentis anno 1704. die 22. maji in conventu Csetnekinum indicto, procedebant nostri in electione novi superintendentis, atque ex duobus candidatis, qui fuerant Andreas Bodovini et Georgius Petrovics, priorem deligunt, inaugurant et jurisdictionem ejus in comitatus Gömör, Torna, Kis-Honth et Szolnok ecclesias definiunt, ad normam quidem actorum synodi solnensis et fraternitatum legum administrandam. Hic superintendens gömöriensis :

I. Andreas Bodovini

Inter continuos belli Rákóczyani tumultus magna cum utilitate ecclesiarum procurabat officium, in visitatione anno 1706. et sequenti defectus plerosque emendabat, synodo rosenbergensi interfuit, tandem duos et septvaginta annos natus die 10. martii anno 1708. Csetnekini diem obiit. *) Post hujus fatum candidati sunt in superintendentem M. Joannes Saárossy a cassoviensibus Rosnaviam evocandus pastor, Andreas Sexti pastor Alno-

*) Bővebb életrajzát lásd: Monumenta evang. aug. conf in Hungaria historica. I. köt. Pest, 1861. 103—109. ll.

viae, Georgius Pauliny taxoviensis et Joannes Makoviny rostariensis. Pluribus votis anno 1708. Leutshoviae delectus fuit

II. M. Joannes Saárossy.

Mense septembri Rosnaviam transvectus vix coepit administrationem muneris, mox die 10. febr. anno 1709. mortuus. *). Huic comitatuum Gömör, Kis-Honth, Torna, Borsod, Heves et Szolnok superintendenti surrogatur, collectis suffragiis, Cibinii numeratis :

III. Samuel Antoni

Pastor csetnekiensis. Triginta ferme annis summa cum moderatione sacro praefuit ordini, neque sponte intermisit, quod leges superintendenti scriptae exequendum demandant. Anno 1738. die 18. mensis aug. demortuo **) illico substitutus fuisset alter, nisi resolutione caesareo-regia anno 1734. publicata, Hungaria ad quatuor restricta fuisset superintendentes. Nostra fraternitas praescindere volens controversias cum V. liberis regiis civitatibus, quae actu habebant superintendentem, Pfanschmidium, elaborabat, hic dum vixerit, toti districtui praeficiatur. Inclyta nobilitas, dirigente negotium spectabili domino Thoma Szirmay, inspectore districtus primo, praetensione praerogativarum adurgebat effecitque, deligatur per comitatus

IV. Georgius Ambrosius

Pastor csetnekiensis, qui anno 1741. die 21. mart. in ecclesia dopschensi inauguratus fuit in districtus cis-tibiscani superintendentem. Mortuo liberarum regiarum civitatum superintendente, diligentissime cum inclyta nobilitate elaborabat, ut civitates uniantur subordinenturque superintendentiae ; multis difficultatibus superatis, tandem communibus suffragiis terminatum negotium instrumento coalitionis, ut vocamus, quod scriptum ex originali desumtum ita sonat :

„*Conditiones et puncta, in quibus augustanae confessioni addictae, in districtu partium Hungariae regni superiorum cis-tibiscano ab*

*) Láss többet róla ugyanott 109.—118. ll..

** Részletesebben láss többet róla ugyanott 129. — 130. ll..

una, et ejusdem confessionis in sex regiis liberisque civitatibus partium earundem existentes, ab altera parte ecclesiae, quoad superintendentiale negotium, post factam per summum clementissimum magistratum superintendentum ad certum numerum restrictionem, quoad in avitam rursus reponantur libertatem articularem, coaluerant. Et quidem :

1) Alternatim instituenda ex dicto districtu et civitatibus candidatio et electio superintendentis ab utrisque partibus ea decernatur modalitate : ut decedente et sublato ex hac vita (quam deus ter optimus maximus longe protrahere clementissime dignetur) moderno superintendente, plurimum reverendo et clarissimo domino Georgio Ambrosio, ex natione germanica praedeclaratarum liberarum regiarum civitatum, uti etiam privilegiati oppidi dopschensis verbi divini ministri tres pro candidatione, omnes habiles et idonei, puritate doctrinae, vera pietate, vitaeque ac morum integritate prae ceteris maxime conspicui eligantur. Candidandi vero eos ac eligendi facultas penes integrum districtum et simul praenotatas civitates regias erit, moderatione et directione suprema totius hujus districtus inspectori relicta. Postquam autem superintendente ex natione germanica praemisso modo candidato et electo, ex vita decedente, ordine alternationis ita exigente, ex nationibus Hungariae et Slavoniae, sive in comitatibus, sive in civitatibus degentibus candidandi pro hoc munere venient ministri, eadem viceversa, quoad omnes circumstantias observabitur candidationis et electionis norma.

2) Supremus hujus districtus inspector et director ad candidationem instituendam accessurus, cum districtualibus et communitatum liberarum regiarumque civitatum primariis inspectoribus conferet negotium. Qui debito modo collato consilio, e membris praecipuis inspectoratum eorum concernentibus tres juxta pluralitatem votorum candidandos denominabunt, notosque domino supremo directori facient, qui post acceptam ita ab omnibus ecclesiis trium personarum idonearum denominationem, candidatorum vota in praesentia dominorum deputatorum districtualium et civitatensium perlustrabit eosque, qui votis alios quoad candidationem superaverint, universo distrîctui, liberis regiisque civitatibus cointellectis, ad eligendum proponet.

3) Candidationem ita rite institutam exceptura electio, aeque juxta pluralitatem votornm instituenda erit, ita, ut in votis colligen-

dis quaelibet ecclesia germanica civitatensis, duobus ministris praedita, duo, reliquae, sive in districtu, sive in liberis regiisque civitatibus reperiendae, singulae unum votum habeant, hac tamen declaratione facta, ut domini nobiles tum districtuales, tum civitatenses, prout et verbi divini ministri, singuli suo voto fruantur.

4) Saepius memoratae liberae regiaeque civitates constanter tum etiam, cum in gremio earum sedem suam habiturus est superintendens, suo gaudebunt seniore, dependente tamen a suo superintendente, qui per regias liberasque civitates eligendus erit, electusque obvios judicatum ejus concernentes casus, ad normam et imitationem reliquorum contuberniorum decidet. Emergente vero casu, quo idem senior cum suo contubernio controversum negotium componere non posset, adeoque revisioni ac decisioni superintendentis submitti deberet, ejusdem superintendentis officii et muneris erit, ubi per partes interessatas requisitus fuerit, ad unam vel alteram civitatem semet conferre et ibidem in praesentia ex liberis regiisque civitatibus, per partes convocandorum status ecclesiastici et politici commembrorum, causam investigare et decidere, quod ipsum inter districtuales quoque in casibus similibus per omnia observandum erit.

5) Candidati vero ad ministerium sufficientibus testimonialibus instructi, citra quidem academicorum respectum, admittendi erunt, ad praevium tandem accuratumque examen, juxta scripturam sacram et libros symbolicos, quoad doctrinam et vitam, subeundum, taliterque etiam ad docendum obligati erunt.

6) Stipem collecturi ad studia academica properantes, sine praemisso examine testimonioque superintendentis ac seniorum non promoveantur, neque pro stipe colligenda admittantur.

7) Exercitii juris patronatus cuilibet ecclesiae, vi usus hucusque practicati, plenaria reservatur facultas, citra tamen praejudicium juris et auctoritatis superintendentis. In quorum omnium majorem fidem et robur, praesentes, ut sequitur, subscripsimus anno domini 1743. die 1. mensis maji et sequentibus.“

Ambrosius noster annis 5. officio superintendentis defunctus fideliter sua agebat, visitatione per multos neglecta annos ecclesias in ordinem reducebat, ipsos etiam kishonthenses, qui ad montanum recesserant superintendentem, anno 1744., conventu in Kraszkc habito, huic superintendentiae reconciliavit. In optimo cursu labo-

rum cursum vitae anno aetatis 52. definivit Csetnekini anno 1746. sepultus *). Coalitionis instrumento id deposcente in liberis regiisque civitatibus secundus electus districtualis superintendens

V. Elias Fischer,

Pastor ecclesiae kesmarkiensis anno 1747. Kesmarkini consecratus. Feliciter et satis diu gessit officium, a visitationibus inhibitus adibat solum ecclesias, quibus lites quaedam nascebantur, quas terminabat. Annus 1774. finem adtulit vitae illius. **) Eidem surrogatus est anno eodem

VI. Gregorius Fábri

Eperjesiensis slavonicae ecclesiae minister. Inclaruit hic in scholis docendo studia altiora, neque minus, si longior fuisset vita, in superintendentis munere fuisset clarissimus. Opinione citius, lenta febri consumtus, die 8. april. anno 1779. adiit aeternitatem. Datus huic successor anno 1779. die 27 julii Eperjesini inauguratus

VII. Joannes Ruffiny

Senior venerabilis fraternitatis gömöriensis, Dopschae pastor, vir singularis prudentiae et modestiae, quam praesertim in rescriptis ad excelsum consilium regium locumtenentiale Budam missis frequenter notam reddidit. A visitandis ecclesiis ultimis debilitatibus detentus fuit, imo cum dolore multorum vitam etiam anno 1791. terminavit. His existentibus primis in ecclesiae regimine, senioris officium in hac fraternitate administrabant :

Anno 1704. Andreas Bodovinus, superintendens et senior.
„ 1708. Andreas Sexti, pastor Alnoviae.
„ 1713. Joannes Fabricius, pastor köviniensis.
„ 1719. Samuel Platani, pastor Dobschae.
„ 1723. Joannes Makoviny, pastor rostariensis.
„ 1725. Andreas Leporini, pastor oláh-patakiensis.
„ 1737. Andreas Fabricius, pastor nagy-szlabosensis.
„ 1751. Andreas Vietoris, pastor kún-taploczensis.

*) Láss többet róla I. h. a 155—178. ll..
**) V. ö i. h. a 178—186. ll..

Anno 1756. Andreas Schmal, pastor Ratkoviae.
„ 1767. Joannes Ruffiny, pastor Dopschae.
„ 1779. Michael Schramko, pastor köviniensis.
„ 1785. Fridericus Korony, pastor ratkoviensis. Feliciter!

§. 6. Triste jugum turcicum comitatus hujus statum literarum, antecedentibus duobus seculis, non intervertebat, neque civilis discordia abduxit animos bonorum ab addiscenda domi necessaria eruditione. Oppida praesertim habebant scholas, et magistrorum claritate, et discipulorum frequentia nobiles. Ex his quasdam adferre institutum praesens jubet, dum fuerint ecclesiae utilissimae.

a) Rosnauiensis.

Aperuit hanc liberalitas civium statim post perfectum opus reformationis, praeficiendo eidem viros eruditione praestantes, quorum aliquos nominare sufficiat. Anno 1570. Thomas Schrötter misnicus de Osterfeld. Anno 1580. Nicolaus Tyburecius. Anno 1592. Simon Schumann, itidem misnicus. Anno 1610. Petrus Maternus. 1614. Georgius Payer. Anno 1632. Martinus Rausch. Anno 1657. Georgius Hirsch. Anno 1683. Joannes Braxatoris et Michael Misovics. Hic ultimus seculi praesentis initio in exilium actus et cum eodem salus literarum, quam recuperare adnituntur hodie rosnauienses.

b) Alnoviensis;

Peraeque postquam repurgatam doctrinam nacti erant, oppidum luce literarum illustrabant propriis sumptibus cives; Georgius Fabricius, quem inter rectores clarissimos primum anno 1576. nominare possum, in hac patriae suae schola jecit literarum fundamenta. Hunc excipiebant clariores in munere tali anno 1596. Elias Lányi, tandem superintendens, anno 1618. Martinus Kreuschel, anno 1630. Andreas Mayer, anno 1645. Joannes Augustini, anno 1661. Daniel Sinapius, anno 1683. Daniel Plorantinus, anno 1706. Andreas Fabricius, quem exulem anno 1712. comitabantur et literae. Conf. Paulus Vallaszky in Extract. hist. eccl. Jolsva pag. 10.

c) Csetnekiensis.

Praestantiores magistri literarum praeficiebantur huic scholae praesertim cura illustrissimae gentis Csetneky et successoris Bakos,

ipsiusque oppidi. Jam anno 1562. Martinum Moller celebrem docentem suspiciebant discipuli. Ex sequentibus hos memoriae tradere hic sufficiat. Anno 1595. Thomas Fabricius, anno 1610. Andreas Kribeny, anno 1614. Gregorius Payer, anno 1616. Joannes Szakál, anno 1624. Matthias Sunyovszky, anno 1629. Simon Abrahamides, anno 1636. Martinus Reich, anno 1640. Matthias Remenikius, anno 1660. Joannes Fabricius, anno 1682. Joannes Zabanius, anno 1694. Elias Sartorius. Inter docentes cives academicos hoc seculo sufficiat nominasse anno 1723. Petrum Lendray, anno 1730. Danielem Sartorius, anno 1732. Jacobum Tubel, anno 1766. Jonatham Vietoris, anno 1770. Martinum Klanitius, anno 1777. N. Nicolai etc.

d) **Dopschensis.**

Hodie etiam multorum sortis pauperioris adolescentum refugium. Optime meruerant de progressibus scholae seculo reformationis Sigismundus Atzmann, praeterito Georgius Bucholz, praesenti Georgius Godthardt, atque nostra aetate clarissimus Rész, juventutem docentes. Ultima superest

e) **Gömöriensis hungarica.**

Quae dum benevolentia et fundationibus quibusdam aucta est, seculo praesenti, sub diligenti cura venerabilis fraternitatis nobilitati, ex vicinis comitatibus slavicis confluenti, prodest sub clarissimis rectoribus Joanne Cherny, Samuele Kuzmány, modo Samucle Bajnok. Haec de scholis in Gymnasiologia alii fusius producent, interim sufficiunt illa, quae habet clarissimus Paulus Vallaszky in Conspectu hist. lit. Hung.

Pars specialis

Sectio I.

De ecclesiis in oppidis.

1) **Alnovia** (Jolsva, Jelsava.)

In extractu historico, sermoni sacro, inaugurationis recentioris templi occasione addito, ven. Paulus Vallaszky anno 1786.

fata ecclesiae hujus clare exhibuit, his in compendium missis, quibusdam adjectis, perfungar officio praesenti. Depopulatio turcica, quae anno 1555. et huic oppido perniciosa fuit, sustulit documenta initiorum reformationis. Ab anno solum 1578. superest epistola alnoviensium ad academiam vittebergensem missa, qua praesentabant patriae filium Georgium Fabricium, ad munus sacrum impositione manuum confirmandum. In eadem, quo sincerior, inquiunt, doctrina evangelii, hactenus in ecclesiis nostris recepta, propagari et conservari ad posteros possit, vocavimus itaque reipublicae nostrae alumnum... Sub eodem ministro 1596. die 6. febr. visitata fuit ecclesia per seniorem Joannem Rimanoviani, qui scriptum reliquit, templum esse vile, filialem autem Chizsno, ad quam convèniunt Koprás, Mnisán, Lehotka et Lubenik; Teplicza etiam ad alnoviense templum spectat. Ven. seniore Fabricio funere elato, anno 1633. in utroque officio successor constitutus Christophorus Lovcsányi, post hunc anno 1645. Andreas Mayerus, sub quibus summa fuit pax ecclesiae, dominis oppidi existentibus Maria Homonnay vidua domini S. C. Georgii Széchy, tandem hujus filia Maria. Hac recedente a nostris sacris atque in captivitatem Viennam abducta, jussu regio 1673. in valle murányensi singula templa adempta; pastor ecclesiae hujus, Georgius Lovcsányi, in exilium missus in ejusque locum plebanus, Joannes Lingvay, tandem Georgius Horvátovics, illocatus. Sub motibus Tökölianis anno 1682. die 2. nov. Joannes Szentkereszty pastor accersitus, initio in aede sacra lignea, mox illocatus parochiae, in superiori templo sacra peragebat ad annum 1689. Hoc anno die 8. april, quae fuit dies parasceves, vi mandati commissionis camerae regiae per dominum Georgium Varnay, provisorem dominii, ejecti sunt omnes iterum ministri in valle hac parochiis instructi. Tristes incolae, fato hoc pressi, ejulabant ad annum 1703., quo privatum religionis exercitium eis admissum, cui Eliam Sartorium praefecerunt, anno 1705. in templum inductum, sed brevis fuit et hic usus; initío namque anni 1711. jussu regio templo privati, privato in loco sacra agebant cum pastore Andrea Sexti, quem dum comes Stephanus Kohary ejiciendum oppido demandasset, anno 1712. omni libertate sacra peragendi spoliati sunt. In his afflictionibus gemendo persistebant firmi in religione ad tempora tolerantiae augusti Josephi II., cujus gratia anno 1783. die 3. jun. privati religionis exercitii faeultate donati, subsequenti anno aedem sacram,

parochiam, scholas magna liberalitate aedificarunt, res illorum moderante ven. Paulo Vallaszky, antea Czinkotae in pestiensi comitatu sacrorum ministro. Feliciter!

2) **Csetnek** (Stitnik.)

Ecclesia amplissimo templo, quod olim circa annum 1486. per ruthenos aedificatum, anno 1636. a cathedra versi altera sumptibus domini Gabrielis Bakos auctum, beatae virgini Mariae dicatum fuit, et filiabus, quae modo matres sunt, Ochtina, Nagy Szlabos, Rostár, Taplocza, Rozlozsna, cum adjacentibus pagis, celebris. Magnifici domini Csetneky, patroni hic tempore reformationis, lubentes immiserant templo repurgatum evangelium. Annum definire nequaquam licet ob defectum documentorum. Hoc certissimum est, jam 1556. evangelicam ecclesiam et scholam fuisse, ut patet ex carmine nuptiali Thomae Fábri, rectori bartphensi, per rectorem scholae csetnekiensis, Martinum Moller neosoliensem, anno 1562. in 4. typis descripto. Incolae csetnekienses eo tempore potissimum germani fuere, quod facilitavit multum progressum reformationis, apud vicinos rosnavienses jam circa annum 1530. observatae; bellis, peste, aliisque patriae vicissitudinibus illis attritis, hungari, tandem initio prioris seculi slavi immigrabant. Circa annum 1590. hungari doctrinam Calvini adamare coepissent, nisi venerabilis fraternitas et magnificus dominus Stephanus Csetneky subscribendo confessionem V. liberarum regiarum civitatum, idem impedivissent, quod dum pastori loci, Danieli Vaindling, displicuisset, in majo mense ad Berzéte transibat, remanente in loco Elia Danielis, mox anno 1596. venerabilis fraternitatis csetnekiensis seniore, sub quo et magnificus dominus Joannes Bakos de Osgyán, jam haeres dominii Csetnek, confessionem, leges venerabilis fraternitatis subscriptione roborabat. Sub tutela tantorum magnatum, successorum gentis Csetneky, praesertim illustrissimi domini Gabrielis Bakos, qui anno 1668. tumulo illatus est, perpetua fruebatur ecclesia haec pace, quoad religionis exercitium, et anno 1610. adhuc rozlozsnensem, kún-taploczensem ecclesias, cum pagis adjacentibus, filias numerabat, quare pastorem, diaconum capellanumque alere habuit necessum, quod facile licuit ex decimis tantarum possessionum parochiae in usu existentibus. Rekenye anno 1648. deserendo ecclesiam Ber-

zéte, jam calvinianam, confessione edita in templo domini sacro sanctae trinitatis, itidem in filiam recepta est; aliis filialibus jam avulsis, ut suis in locis infra occurret. Acta visitationis anno 1670. notant, ad templi proventus 133. agros, prata 58. pertinere; singula haec surripuit avara manus. Decennalis persecutio exercitium religionis hic sufferre non poterat, civibus adhuc tributariis turcae existentibus, quare et anno 1680. die 1. oct. tutissime hic conveniebat fraternitas. Sub sequentibus motibus in patria csetnekienses stabant immoti. Anno 1746. tandem procella exoriebatur, his et dopschensibus pernitiem adlatura, nisi vigilassent. Infensus rebus evangelicorum liber baro Franciscus Andrásy, per dominum Stephanum Razlaviczy, tabulae regiae notarium, mandato impetrato, strictam inquisitionem peragendam fecit de usu exercitii religionis apud csetnekienses; nostri itidem excellentissimi domini judicis curiae regiae dispositione impetrata, contrainquisitionem meliori conscientia peragendam faciunt. Negotio ad excelsum consilium promoto, iterum inquisitio demandata inclyto comitatui, praesertim quoad pretiosas res templi csetnekiensis; sed prudenti opera domini Matthiae Bodo, domini Caspari Szontagh, superata sunt singula et admissa romanocatholicis templi aedificatione, nostri confirmati vivunt summa in pace. De afflictionibus filialis Rekenye, cujus usus anno 1774. turbatus fuit, jam superatis, brevitas scribere non admittit. Addam solum, omissis diaconis, pastores in sua serie: anno 1590. Daniel Vaindling, anno 1596. Elias Danielis, anno 1602. Andreas Fabricius, anno 1605. Martinus Vaxmann, anno 1608. Petrus Sexti, anno 1610. Elias Danielis, redux Váralja, anno 1614. Petrus Mollerus, seu Edenfy, anno 1616- iterum Petrus Sexti, anno 1625. Jacobus Holius, anno 1632. Andreas Dubniczay, anno 1636. Martinus Vaxmann (ultimus germanicus pastor, reliqui per decursum seculi XVII. slavico-hungarici), anno 1639. Joannes Piscatoris, anno 1645. Matthias Remenikius, anno 1664. Martinus Francisci, anno 1671. Valentinus Geletneky, anno 1681. Joannes Szentkereszty, anno 1683. Samuel Michaelides, anno 1686. Andreas Bodovinus, anno 1709. Samuel Antoni, anno 1738. Georgius Ambrosius, anno 1754. Jacobus Tubel, anno 1754. Elias Kubinyi, anno 1756. Paulus Major, anno 1759. Georgius Micsinszky, anno 1762. Samuel Institoris, anno 1789. Samuel Kosányi, anno 1791. Andreas Pazár.

3) **Dopschau** (Dobsina.)

In valle rosnaviensi existens, mature recipiebat repurgata sacra; certissimum est anno 1560. singulos ritus evangelicos jam adfuisse, teste protocollo venerabilis fraternitatis I. pag. 310.; paulo post turcis subjecta, affligebatur frequentissime, quoad per hos devastata fuisset, existente pastore Casparo Pilcio, doctrinae Calvini addicto, qui historiam devastationis typis editam reliquit chronostico sequenti inscriptam :

BIs septena DIes oCtobrIs Vt aXe refVLget
DopsChIna fLebILIter tVrCICo ab Igne perIt.

Residui oppidani a clade hac, mox anno 1585. rectorem scholae antea Sigismundum Peczelium alias Atzmann (cujus itidem uxorem turcae anno 1573. in captivitatem abduxerant) constituebant pastorem, qui ordinatis rebus ecclesiae et specificationem proventuum consignatam inter venerabilis fraternitatis documenta reliquit. Felix pace ecclesia per seculi decimi sexti cursum, ad nostram etiam aetatem retinet exercitii usum, qui anno 1675. administratore parochiae existente plebano vlachoviensi, interturbatus quidem fuit, verum in domo privata nostris constanter cum ministro religionis suae cultum retinentibus, vi legum anni 1681. confirmatus, permansit, simul cum reddito templo anno 1746. illocatus in oppidum plebanus jam 1790. templum aedificat nostrosque metu liberat, quem ad Csetnekinum descripsi. Pastores ecclesiae sequentes habent protocolla : anno 1584. Casparus Pilcius, anno 1585. Sigismundus Peczelius, anno 1627. Michael Lachanius seu Kraut und Fleisch, anno 1637. Valentinus Schirger, anno 1646. Philippus Heutschelius *), filius, anno 1667. Joannes Metzelius, anno 1669. Gregorius Hirsch, anno 1704. Daniel Budeus, 1716. Samuel Platani, anno 1722. David Frühauff, anno 1731. Jacobus Szolkovius, anno 1753. Joannes Ruffiny, anno 1789. Godofredus Ruffiny, filius praefati superintendentis.

---

*) Helyesebben : Heutschius. Lásd : Monumenta evang. aug. conf. in Hung. historica I. köt. 73. l., vagy : Beiträge zur Geschicte evangelischer Gemeinden In Ungarn. Herausgegeben von Victor Hornyanszky. Pest. 1863. 43. l.

4) Gömör.

Ecclesia hungarica, frequenter tentationibus in abitum ad calvinianos obnoxia seculo sexto decimo; his liberata anno 1619. templum reaedificavit, tandem cum pastore Leonhardo Kello, mox cum filialibus Lökösháza et Otrokocs lites habuit. Anno 1642. praesertim nobiles in filiali Otrokocs calvinianum ministrum inducere nitebantur, resistebant plebei, assistente inclyto comitatu et venerabili fraternitate; iterum 1648. per pastorem tornallyensem otrokocsienses tentati, tamen persistebant, quoad ad simultaneum consensissent templum, paulo post penitus abducti. Sub decennali persecutione pastor Posonium citatus, ad triremes damnatus, liberatus redierat, ecclesiae autem providebant vicini, quoad anno 1680. curam illius suscepisset Jacobus Regius, venerabilis fraternitatis senior, Rosnavia motus. Ita liberata periculo amittendi exercitii, perdurat felix ecclesia cum filia Lökösháza, ad quam excursus pastori anno 1772. inhibitus quidem, mox per tolerantiam admissa et facultas oratorii ponendi. Ministrorum nomina sunt sequentia: anno 1615. Leonhardus Kello, anno 1636. Simon Dubeczius, anno 1642. Georgius Ribár, anno 1645. Stephanus Kőszegy, anno 1646. Paulus Branyik, anno 1655. Georgius Porubszky, anno 1657. Nicolaus Bugan, anno 1674. ad carceres Comaromium detrusus per delegatum judicium posoniense, anno 1680. Jacobus Regius, anno 1690. David Perlaky, anno 1707. Petrus Szergeny, anno 1720. Paulus Áldásy, anno 1726. Paulus Schuhajda, anno 1730. Matthias Ursini, anno 1749. Andreas Simonides, anno 1756. Georgius Mumhard, anno 1774. Andreas Pataky, anno 1777. Joannes Simonides, anno 1782. Matthias Frnda.

5) Rimaszéos.

Calvinianorum doctrina post annum 1565. acceptata, recedebat a communione nostrarum ecclesiarum cum multis hungaricis tractus inferioris ecclesiis.

6) Rosnavia (Rosnau, Rozsnyóbánya).

Prima initia reformationis hic posita fuisse anno 1530. jam in parte generali hujus comitatus praemissum legimus. Anno 1538.

utraque natio separatum habuit pastorem, germanica quidem Jacobum Moller. Adflicta statim initio fuit excursionibus domini Georgii Bebek, qui hic praedas venabatur ipsumque coenobium in Gombaszegh, anno 1557. diripuit, imo ultro turcis diripiendas partes has reliquit, existentibus ministris hungarico Matthia Gilgh, germanico Joanne Matern, quorum posterior anno 1573. die 14. mart. in captivitatem turcicam abductus, non amplius huc rediit, verum per ducem dominum Ruberum liberatus, in Felka apud scepusienses sacris praefuit. Turcis tandem tributo obnoxii rosnavienses non amittebant libertatem exercitii religionis, sed plena facultate ad medium usque seculi, nullis hic existentibus romano-catholicis, fruebantur, quod acta visitationum anni 1610., 1637. ostendunt clarissime. Circa 1650. tenente oppidi dominium reverendissimo archiepiscopo strigoniensi, Georgio Lippay, inducebantur huc jesuitae, qui omnis generis adflictiones causabant ad exitium sui evangelicis hujatibus. Et quidem speciatim inducebant archiepiscopum ad contractum cum civibus conficiendum, quo anno 1655. promiserunt auxilium in aedificando in foro templo jesuitarum, dum in usu suorum relicti fuerint. Intestinae duarum nationum de praerogativis dissensiones multas itidem ecclesiae adferebant adversitates; anno 1657. plane ad archiepiscopum confugerat natio germanica cum querelis, quod malum occasionem dedit, ut anno 1661. ereptum eis fuerit templum minus. Inchoata decennali persecutione, archiepiscopus Szelepcsényi anno 1671. in majo die 27. pulsis pastoribus Jacobo Regio hungarorum, Paulo Zarevuczius germanorum, et vetus templum adimebat. Post comitia soproniensia, sub quibus religionis usum exercitii privati, imo et templum in potestate sua habebant, quod edocuerant etiam anno 1748. instantia ad regium thronum missa, iterum anno 1682. die 18. aug. receperunt templa sua, quibus anno 1687. jussu archiepiscopi die 27. febr. privabantur. Sub motibus Rákóczianis anno 1703. pro privato usu exercendo inducebant pastorem utriusque nationis Martinum Pelsőczy, germani aedificato oratorio Samuelem Kephalides ministrum accersebant, moxque 1705. effecerunt evangelici, ut utroque templo potiri potuerint, hungarica parochia cum templo jesuitarum pro romano-catholicis relictis. Abutentibus civibus fatis secundis, rixae iterum inter nationes crescebant, hungari plures numero templum majus germanorum occupabant, peste prius castigati, anno 1711. die 13. febr. libero religionis exercitio vice

tertia penitus privati, Bisztram cultus divini causa commigrare coeperunt. Multis tandem precibus a comite Joanne Pálffy et duce Viardto obtinebant facultatem sacra agendi Rosnaviae in aedibus Georgii Müller in platea váraljensi, qui usus a die 13. maji usque ad 13. sept. terminabatur. Hinc exturbati migrabant cum exercitio ad Berzéte, vi quidem indorsationis, ut ajunt, quam cardinalis de Saxonia instantiae eorum inscripserat his verbis: „Augustanae confessioni addictos oppidanos nostros, cum ipsorum ministro, publice peragendi exercitii sui causa ad pagum Berzéte, eatenus articulariter destinatum, imperturbate ire permittant. Datum Posonii 30. sept. anno 1711.“ In locis separatis utraque natio dominica trinitatis XV. inchoavit sacra, pastoribus ad annum 1714. in oppido habitantibus, jussu regio, julio mense Berzetinum transpositis. Coaluerat dein anno 1717. utraque natio in unum pastorem et in fundo nobilium Mariásy, sub diversis vexationibus constantes cives, ad tolerantiae tempora, usum illum retinebant. Indulgente augusto Josepho II. summo cum gaudio anno 1783. in oppidum reducebant ministrum, imo et alterum addebant aedificatoque templo, in fidelitate regi debita, perseverent in aeternum! Jam porro subnectam pastores, hungarorum quidem: anno 1613. Petrus Labos, 1616. Samuel Reinhardt, 1632. Samuel Astronomy, 1641. Joannes Morikius, 1645. Stephanus Köszegy, 1656. Jacobus Regius, anno 1703. Martinus Pelsőczy, 1706. Georgius Hegyfalusy, 1707. Michael Aats, 1708. Joannes Sárosy; germanici autem: anno 1580. Thomas Schrötter, 1609. Leonhardus Martiny, anno 1613. Elias Danielis, anno 1632. Michael Busaeus, anno 1633. Joachimus Golcz, anno 1646. Volfgangus Peller, 1667. Paulus Zarevuczius, 1682. Melchior Bernstein, anno 1703. Samuel Serpili, anno 1705. Samuel Kephalides, anno 1706. Michael Unbehauen, anno 1711. Samuel Platani, anno 1710. Martinus Regis; utriusque nationis Daniele Lányi anno 1716. Kèsmarkinum evocato, anno 1737. Moses Regis, anno 1738. Paulus Major, anno 1755. Andreas Simonides, anno 1771. Joannes Laho, anno 1781. Samuel Major atque Joannes Molitoris.

7) Ratko.

Insessum circa annum 1440. colonis, per ducem Giskra ex Bohemia adductis, religionis sectae calixtinorum, qui statim posu-

erant templum, calicis effigie hodiedum insignitum. Illucescentem initio reformationis doctrinam evangelii cum aliis recipiebant promtissime, tandem turcicis irruptionibus, totidem ut kövinienses vicibus, ad incitas redacti, templum, coemeterium, parochiamque collapsa sub finem seculi sexti decimi habebant. Anno 1596. visitata ecclesia per ven. seniorem Rimanoviani, habuit filias Bisztra, cui templum jam adfuit inaedificatum, Répás, Filir, Ploszko, Gerlicza, Krokava, Szuchá, Lipócz, Róna-Patak media pars. Per decursum praeteriti seculi nunquam interruptum usum religionis exercitii ad hanc etiam diem eadem beata habuit. Anno quidem 1675. crescentibus persecutionibus evangelicorum et huc plebanus Hirko dictus (anno 1677. per praedones tumultuarios extra oppidum vita privatus) fuit illocatus, exercitium tamen nostri in domo privata feliciter retinuerant, praesente fideli evangelii ministro, ut clarum est ex serie pastorum continua: anno 1593. Emericus Christianus Chisnenus, anno 1603. Matthias Raskoviczius, anno 1607. Joannes Ambrosiades, anno 1609. Joannes Vietoris, anno 1610. Samuel Severini, anno 1619. Venceslaus Astronomi, anno 1624. Simon Dubeczius, anno 1637. Georgius Dubovinus, anno 1645. Georgius Ribár, anno 1647. Michael Prichradny, anno 1653. Stephanus Fidicinus, anno 1660. Stephanus Szentkereszty, anno 1683. Georgius Kapiri, anno 1687. Michael Keviczky, anno 1707. Joannes Nicolaides, anno 1724. Joannes Steigner, anno 1751. Andreas Schmal, anno 1767. Michael Szinovicz, anno 1776. Fridericus Coroni, in praesens venerabilis fraternitatis senior; feliciter! Recedente Bisztra, haec mater retinet porro filias Répás, Szuchá, Ploszko et Róna-Patak partem minorem.

8) **Nagy Rőcze** (Revúcza).

Praesentibus et praeteritis fatis fere aequalis cum ecclesia jolsvensi, dum sint oppida ejusdem dominii. Post depopulationem turcicam, quae anno 1556. evenerat, per praesidium arcis Murány defendebatur, atque sub illius pastoris et praefecti directione in sacris etiam refloruerat, ut ex parte generali comitatus hujus est clarissimum. Mokralúka, Revúczka et Zdichava, ejus filiae olim, modo duae posteriores affiliatae. Jam anno 1596. pastor hujus Benedictus Zamoscenus, meruit dignitatem ecclesiasticam venerabilis fraterni-

tatis senioratus. Felix perstitit coetus hic sanctior in pace ad annum 1673., quo exercitio religionis et templo privati sunt; illud receperunt anno 1683. tumultibus in regno sopitis, iterum anno 1689. deturbati. Idem fecerunt et sub Rákóczyanis motibus anno 1703., quibus et templum eis consignatum, verum gaudia haec triste exitium libertatis anno 1722. adferebant; afflictissimi adibant kövienses, bisztrenses aliosque in communione sacrorum; tandem tolerantiae beneficio et templum et parochiam scholasque splendide posuerunt lactabanturque in cultu divino. Pastores erant: anno 1590. Benedictus Zamoscenus, anno 1602. Emericus Christiani, anno 1621. Adamus Coronides, anno 1632. Christophorus Mazarnik, anno 1644. Simon Lestachius, anno 1662. Emericus Christiani, anno 1682. Joannes Zabanius, anno 1703. Andreas Sexti, Andreas Leporis anno 1706. Georgius Valentini, anno 1783. Samuel Kellner.

Sectio II.

De ecclesiis in pagis.

1) Balogh.

Seculo sexto decimo temporum vicissitudinibus vexata ecclesia, postquam dominium arcis et possessionis ad magnificum dominum Georgium Széchy delatum fuisset, mox refloruit. Hic heros evangelicus intentus felicitati ecclesiae, anno 1618. virum clarum eruditione, Jacobum Kottay, tandem anno 1632. venerabilis fraternitatis seniorem, nominavit aulae suae et ecclesiae pastorem atque sumptibus suis per superintendentem hungaricarum ecclesiarum, Nicolaum Gönczy, ordinandum voluit. Maria Homonnay, consors domini Széchy, aere suo templum aedificavit, altari affabre facto exornavit, imo vinea pastorem, quamdiu lutheranus fuerit, anno 1643. donavit gratiose. Meleghegy, Padár, Perjes, Uza-Panyit et Alsó-Balogh matri huic conjunctae fuerant. Anno 1658. Uza-Panyit recessit ad calvinianos, sensim et matri eandem doctrinam acceptam efficiebant in tantum, ut anno 1664. vix tertia pars incolarum penes sacra nostra remanserit; existente jam in loco et pastore calviniano anno 1667. per inclytum comitatum tres partes proventuum pa-

rochiae traditae et anno 1670. templum parochiaque per incolas resignata est. Nostri dum neque locum pro oratorio impetrare potuerint, recesserunt cum sacris ad Padár, ut infra dicemus. Series pastorum est sequens : anno 1618. Jacobus Kottay, anno 1635. Andreas Dubniczay, anno 1646. Moyses Regis, anno 1658. Georgius Kendy, anno 1660. Georgius Noroszad, anno 1663. Paulus Hunnius et Paulus Bartholomaei, mortuus 1629. *).

2) Berzéte.

Clarum est, hanc ecclesiam lutheranam diu fuisse, cui anno 1590. Philippus Urbanecz, legibus fraternitatis subscriptus, praeerat. Daniel Vaindling anno 1595. Csetnekino ob suspicionem doctrinae Calvini motus, datus his pastor, initia alterius doctrinae hic posuit ; adurgente fraternitate, eodem anno die 12. nov. abjuravit calvinismum, ut loquitur protocollon, permansitque in parochia. Post hunc legibus subscripti pastores adsunt : anno 1602. Laurentius Czeglédi, et anno 1634. Joannes Jánosy, anno 1644. Joannes Szikszay ; hi sensim firmata ecclesia in doctrina sua plenam secessionem a conjunctione fratrum anno 1645. indicabant simul cum pagis Körös et Rudnik, anno 1648. Rekenye ad csetnekienses accedente. De fatis ecclesiae lutheranae seculo praesenti apud berzétienses hospitantis jam ad Rosnaviam exposuimus.

3) Betlér.

Anno 1608. filialis ad Rosnaviam cooperantibus dominis terrestribus, magnificis Andrásy, adhuc evangelicis, eodem anno avulsionem et jus inducendi ministrum a venerabili fraternitate obtinuit, atque anno 1610. praesente visitatore domino seniore in statum ordinatum est reposita. In hoc perdurabat ad annum 1662., quo dominus Nicolaus Andrásy templum simul cum omnibus aedibus ecclesiasticis occupavit et mortuo pastore Holio, seniore fraternitatis, anno 1664. ab inducendo alio incolas inhibuit, licentiato in parochiam illocato, vicini pastores fideliter tandem alternatim providebant ecclesiae, sacra peragendo ; incolae suam causam in foris spiritualibus diligenter promovebant, ad tempus decennalis persecutionis, qua

*) Talán : 1669.

perdurante, omnis sublata libertas, sub tumultibus anno 1683. usum exercitii reduxerant; quo iterum anno 1702. per rosnavienses jesuitas et dominium privati, pastor rebus suis spoliatus, ad carceres deductus fuit. Anno 1705. per malecontentos templum his restituebatur; paulo post per dominum Paulum Andrásy occupatum, pastore ad annum 1712., quo ultimum exilium evenit, permanente. Aetate nostra aedificato oratorio polomensi ecclesiae vigore tolerantiae adhaerent. Pastores Betlér habuit: anno 1609. Christianum Floriani, anno 1626. Michaelem Paulini, anno 1632. Jacobum Holium, anno 1638. Petrum Zvaroviczium, anno 1646. Balthasarum Gallik, anno 1651. Joannem Stephanidae, anno 1660. iterum Holium, anno 1683. Matthiam Fabricium, anno 1705. Tobiam Hrebenda.

4) Beje.

Longa serie annorum habuit lutheranos pastores, ex quibus sequentes: anno 1616. Michaelem Claudiopolitanum, anno 1618. Petrum Blasium, anno 1622. Petrum Sartoris, anno 1628. Samuelem Astronomy, anno 1633. Andream Bani, anno 1637. Georgium Piscatoris. Sub ultimo sensim subintrabat Calvini doctrina, existente pago in dominio domini Andreae Viczmady, quae dum praevaluisset, anno 1641. inductus fuit minister calvinianus, causa cujus clandestinae occupationis fraternitas scripsit inhibitorias ad Casparum Gelcy seniorem Szikszóviae habitantem, verum sine effectu. Mox e otrokocsienses ad se pertrahere voluissent, sed vindicavit hos dic venerabilis fraternitas gömöriensibus addictos.

5) Bisztro.

Qua filialis ecclesia, templo gaudens, ad annum usque 1636 Ratkóviam habuit matrem; institit tandem apud venerabilem fraternitatem cum pagis Filir, Krokava, Gerlicze, pro libertate indu cendi ministrum, quam, examinatis in concursu publico die 2. juni in Bisztro habito causis, facile obtinuit. Ita ordinata dominis terrestribus a potiori parte evangelicis existentibus, perpetuum et sub persecutionibus retinuit usum exercitii ad praesens tempus, quo anno 1788. amplum aedificavit templum. Series pastorum hujus est anno 1636. Georgius Lányi, anno 1639. Georgius Paulini, anno 1670 Nicolaus Nohaides *), anno 1688. Georgius Subsilvani, anno 1704

*) Hornyanszkynál i. m. 26. l.: Rohaides.

Georgius Zsirko, anno 1706. Andreas Bubenka, anno 1710. Stephanus Ladislaides, anno 1729. Joannes Grelnercius, anno 1755. Andreas Grelnercy, anno 1765. Michael Hegedüs, anno 1789. Andreas Muranszky. Id triste fatum hujus parochiae est, quod agri ejus bene multi abalienati sint per malevolos.

6) **Bradno.**

Cum filiabus Poprocs, Rovna, Poloma, Zdichava, ecclesia antiqua; anno 1596. 10. febr. visitata per seniorem venerabilis fraternitatis murányensis, habuit patronum dominum Joannem Berbely *) de Meszesi, Zdichava autem dominum Joannem Bakos, qui in templo perlectos articulos fraternitatis suo et subditorum nomine recipiebant. Initio prioris seculi et Kiete huic adhaerebat. Pax hic continua est, si exceperis decennalem persecutionem, qua durante perferre debebat minister exilium, mox tamen reductus, ut clarum est ex successione ministrorum, ita ex protocollis decerpta: anno 1594. Joannes Valentini, anno 1597- Matthias Rosoviczius, anno 1605. Nicolaus Lányi, anno 1614. Adamus Nicolai, anno 1615. Joannes Szemier, anno 1618. Adamus Ocsenás, anno 1620. Petrus Zvariní, anno 1624. Simon Eustachius, anno 1633. Georgius Mensatoris, anno 1648. Andreas Cantoris, anno 1652. Isacus Caprini, anno 1683. Joannes Glosius, anno 1694. Joannes junior Glosius, anno 1699. Sebastianus Durany, anno 1700. Matthias Szopoczy, anno 1705. Georgius Szandany, anno 1729. Samuel Fabricius, anno 1787. Ladislaus Kovács, anno 1790. Georgius Tesslák.

7) **Budikfalva,**

Juris circa annum 1590. domini Joannis Kisfaludy, dein dominio Balogh addita. In visitatione, facta anno 1596. per seniorem fraternitatis murányensis, templum una ex parte ruinosum habuit; filiales vero Szliszkó et Hosztisovcze seu Gesztes, paulo ante Boreticze et Ostreny itidem hujus filiae fuere; priores duae hodiedum permanent. Frequenter ecclesiae hujus membra, ob dissidia cum ministris, notantur in protocollis, imo et ob negligentiam circa aedes publicas. Li-

*) Talán: Borbély; legalább Nagy Iván „Magyarország családai"-ban Berbely család nincs.

bertatis in religionis exercitio a tempore reformationis ad hanc diem usus est imperturbatus, cujus ministri ita succedebant: anno 1596. Georgius Albini, anno 1604. Nicolaus Bistricenus, anno 1607. Christianus Floriani, anno 1609. Joannes Smrtnik, anno 1616. Georgius Albini, anno 1619. Joannes Schirmer, anno 1625. Jeremias Milikius*), anno 1632. Valentinus Bartholomaei, anno 1641. Adamus Lamacz, anno 1642. Joannes Lányi, anno 1646. Georgius Parvi, anno 1651. Thomas Hrdina, anno 1667. Georgius Robács, anno 1669. Isacus Caprini, anno 1683. Nicolaus Hrabecius, anno 1690. Stephanus Paulovics, anno 1697. Sebastianus Durany, anno 1705. Matthias Nicolaides, anno 1712. Paulus Trisnaides, anno 1735. Laurentius Szarvas, anno 1746. Stephanus Lyczi, anno 1760. Joannes Felicides, anno 1770. Andreas Schulek, anno 1785. Samuel Paulini.

8) Chizsno.

Antea filia ad Jolsvam, anno 1612. incepit sollicitare pro separatione, quod et anno 1618. faciebat; difficilis fuit in concedenda eadem venerabilis fraternitas, quam tandem vicit precibus magnifica domina Maria Homonnay circa 1630. Sub domesticis pastoribus, utpote anno 1630. Petro Zvarini, anno 1641. Daniele Fabricius, anno 1646. Joanne Famelici, anno 1660. Joanne Krumholcz ad annum 1673. quieti fuerant in exercitio religionis, quo cum aliis ejus vallis et dominii Murány templo privati sunt, ut antea diximus. Initio motuum Tökölianorum anno 1682. Matthiam Sztehlo, mox anno 1684. Laurentium Bahil pastores induxit. Hic tandem per milites comprehensus, ad cruorem caesus, captivus Tyrnaviam ductus in itinere feliciter evasit. Sub initium praesentis seculi, auctis turbis patriae, anno 1703., post 16. exilii annos, inducebant ministrum Matthiam Fabricium atque anno 1705. recepto templo, delegerant Christophorum Nogl, anno 1709. Matthiam Albini et ultimum Matthiam Belicza, anno 1712. cum omnibus libertatibus ecclesiae evangelicae exulem. His temporibus tolerantiae beneficio jus privati exercitii impetrabant inductoque anno 1783. Joanne Vallaszky ministro, oratorium exaedificarunt cum filiabus Lubenik, Mnisán et Koprás.

*) Hornyanszkynál i. m. 37. l.: Kmelik.

9) **Derenos.**

A tempore reformationis, sub diversis dominis terrestribus, ad nostram aetatem exercitio religionis imperturbato felix ecclesia, utut satis pauper. Jam anno 1610. collapsum habuit templum, anno 1619. itidem reaedificatum, ruinat iterum, domini terrestres, Mária Homonnay, Jánoky et alii frequenter oblatis subsidiis somnolentos ut aedificent, diu excitare non poterant, quoad ligneum, quod superest, anno 1696. aedificarunt. Filiales sunt : Esztrény, Hrussó, Potok, Lipócz et Pápocs. Ex his Hrussó cum Lipócz et Patak anno 1787. inclyti comitatus indultu separatae sunt a matre, ut infra dicemus. Injurii saepe fuerant in suos ministros. quare et frequenter mutabantur, ut patet ex ordine eorum, qui sequens est : anno 1601. Nicolaus Bistricenus, anno 1604. Simon Eustachius, anno 1610. Georgius Albini, anno 1619. Andreas Haiszky, anno 1620. Georgius Albini, anno 1626. Adamus Lamacz, anno 1637. Georgius Piscatoris, anno 1643. Andreas Columbi, anno 1649. Matthias Bornay, anno 1650. Stephanus Kalinka, anno 1652. iterum Bornay, anno 1665. Georgius Gaudik, anno 1683. Georgius Institoris, anno 1690. Georgius Nicolaides, anno 1693. Jacobus Lúcze, anno 1720. Joannes Dlhányi, anno 1725. Matthias Albini, anno 1753. Georgius Sztehlo, anno 1758. Abrahamus Stranszky, anno 1759. Alexander Farkas, anno 1768. Andreas Schvantner, anno 1782. Stephanus Ján.

10) **Dereske** (Drskovcze.)

Ecclesia nationis hungaricae kövíniensi vicina, longo tempore sacris utebatur per Lutherum reformatis et anno 1595. fraternitati murányensi incorporata fuit; cum Licze atque Lévárt anno 1620. visitata, habuit pastorem Georgium Lányi, cui anno 1623- surrogatus fuit Petrus Blasi. Illustrissima domina Maria Homonnay, domina terrestris, multis beneficiis ecclesiam auxit. Anno 1639. inductus minister Nicolaus Korponay, ad annum 1644. hos in pace docuit; privatis odiis incitati in pastorem, de mutanda religione agere incipiebant et licet comes Gabriel Illésházy, inducto Petro Syn pastore impedire voluit, tamen sub manu cooperante domina Mária Széchy, anno 1646. ab ecclesia nostra defecerunt et quod plebanum inducere licuit, ad Kövi infantes baptisandos deferebant.

11) Dluhálúka (Hosszúrét).

Qua filialis ecclesiae murányensi diu adhaerebat. Anno 1636. cum Lehota, assistente dominio terrestri, a venerabili fraternitate impetrabat jus proprios habendi pastores, qui fuere: anno 1636. Joannes Bartholomaei, anno 1639. Joannes Policenus, anno 1652. Matthias Bornay*), anno 1652. Stephanus Kalinka, anno 1663. Nicolaus Nohaides, anno 1669. Georgius Petroviczy; anno 1673. tristi persecutione in valle Murány amiserunt templum et exercitium religionis, quod anno 1682. introducto pastore Jacobo Lúcze ad annum 1687. receperant. Iterum initio seculi praesentis anno 1704. Joannem Fabiány, mox in templum inductum, a sacris reverebantur; ultimo anno 1722. omni libertate spoliati, sub tolerantia aegre quidem impetrarunt privatum religionis exercitium.

12) Geozelfalva.

Perquam antiqua ecclesia, antea kobelariensem habuit filiam, in praesens Szlabos minor et Petermanovce (Pétermány) eidem sunt affiliatae. Jam anno 1596. pastor ex decimis habuit proventum et molam ecclesiae. Omissis aliis, seriem solum, quae neque decennali persecutione interrupta fuit, pastorum adnectimus: anno 1601. Christ. Floriani, anno 1607. Elias Zvarovicius, anno 1618. Michael Kribenius, anno 1620. Adamus Nicolai, anno 1630. Adamus Ocsenás, anno 1631. Michael Fabricius, anno 1645. Daniel Fabricius, anno 1680. Matthias Nagel, anno 1699. Jeremias Scheklicz, anno 1706. Andreas Pileatoris, anno 1714. Jeremias Scheklicz, anno 1720. Joannes Strigner**), anno 1724. Simeon Gally, anno 1730. Paulus Schuhajda, anno 1736. Matthias Klement, anno 1741. Paulus Felicides, anno 1765. Georgius Tirsch, anno 1768. Joannes Petrovics.

13) Hrussó.

Ultra duo secula conjuncta fuit cum matre Derencs; anno 1787. potestate sibi a rege data, inclytus comitatus instantem popu-

---

*) Hornyanszkynál i. m 75. l.: Bocznay.
**) Hornyanszkynál i. m. 66. l.: Stringer.

lum exaudiendo, medio mixtae deputationis, utpote ex magistratu civili et evangelico ecclesiastico, investigabat de necessitate separationis, quam dum deprehendissent justam, ministrum inducendum in oratorium eodem anno erectum admittebant. Lipócz et Patak huic matri, jure aequali in sacris obtento, adhaerent.

14) **Kiette,**

In limite kis-honthensium posita possessio, anno 1555. depopulatione turcica penitus ad incitas redacta, quare residuus populus bradnensi ecclesiae adfiliatus fuit, Babinecz (Babaluska) ad Kraszkó, Sztrizs vero ad Derencs. Circa annum 1623. resumtis viribus induxerunt pastorem Andream Bacsik et jussu domini terrestris, magnifici domini Georgii Széchy, Babinecz additum habebant. Cooperante domino Francisco Jákóffy, anno 1625. babinenses recesserant iterum ad Kraszkó, sed paulo post iterum matri affiliati, hucdum uniti permanent. Praeerant ecclesiae pastores post Bacsikium anno 1627. Samuel Frölich, anno 1632. Georgius Mensatoris, anno 1633. Balthasar Gallik, anno 1642. Joannes Murányi, anno 1646. Stephanus Kalinka, anno 1647. Adamus Lamacz, anno 1655. Nicodemus *) Hrabeczius, anno 1684. Andreas Grelnerczy, anno 1726. Elias Sartorius, anno 1745. Joannes Rissany, anno 1771. Thomas Major, anno 1780. Zacharias Major, anno 1782. Samuel Csipkay, anno 1786. Paulus Janovszky, anno 1789. Samuel Prúny.

15) **Kobelár** (Fekete Patak.)

Filialis ad Geczelfalvam, tandem anno 1622. separata a matre Adamum Ocsenás induxit pastorem, post hunc anno 1634. Michaelem Fabricius. Circa annum 1645. poenituit hanc separationis, quare iterum priori matri ad annum 1663. accessit. Hoc anno reiterabat vota de dando pastore domestico, quae dum et magnificus dominus Gabriel Bakos approbasset, effectuata sunt, inducto ministro Joanne Schramcus. Usus exercitii et sub persecutione universali retentus fuit, existente pastore Georgio Petrovics, quem anno 1688. Jacobus Lúcze, anno 1689. Joannes Kakovini **), anno 1693. Matthias

*) Ugyanannál id. m. 95. l. : Nicolaus.
**) Ugyanannál i. m. 62. l. : Markovini.

Vietoris, anno 1705. Stephanus Ladislaides, anno 1707. Paulus Fábri, anno 1711. Jeremias Matthesius, anno 1727. Samuel Mikoviny, anno 1729. Paulus Mikoviny, anno 1731. Martinus Závodszky, anno 1744. Matthias Holko, anno 1749. Michael Ursini, anno 1774. Georgius Zsirko, anno 1782. Andreas Muránszky, anno 1789. Paulus Janovszky excipiebant. Filialis Brdárka anno 1699. ligneum, anno 1787. muratum oratorium aedificavit.

16) Kövi.

Jam seculo XII. hungarorum possessio, postea ab illocatis hussitis, quod anno 1440. evenerat, Kamenani dicta, repurgatam religionem cum aliis mature recepit, sed frequentibus turcarum ex arce Fülek excursionibus depopulata, ad incitas redigebatur anno 1555, 1588.. Praefuisse anno 1590. ecclesiae Andream Fabricium pastorem ex protocollis certum est, quem et visitatio senioris Joannis Rimanoviani anno 1696. facta hic deprehendit. Adnexae erant ecclesiae filiales Szirk, Rákos, Nandrás, quarum priores anno 1598. recedebant. Post longam desolationem anno 1610. reparabant templum existente pastore Stephano Herény, quo anno 1614. Rimabányam recedente, inducebant Albertum Otto, mox anno 1617. Herényum revocarunt, hoc anno 1623. fatis functo, ex dispositione domini terrestris, illustrissimi domini Georgii Széchy, praefecerant sacris Joannem Lucius, anno 1628. Nicolaum Articulari, anno 1643. Nicolaum Schlain, anno 1645. Michaelem Fabricius, venerabilis fraternitatis seniorem, anno 1651. Paulum Fabricius, anno 1657. Augustinum Martini, anno 1665. Danielem Sinapius, anno 1667. Georgium Paulini. Sub hujus directione facta est visitatio anno 1670. per Jacobum Regium seniorem, in cujus actis singuli agri, prata et alia ecclesiae supellex optime descripta habentur. Mox ingruente decennali persecutione, dum vicinae ecclesiae occuparentur manu militum, hujus membra vigilantia et donis effecerunt apud praefectum arcis Murány, inhibeat ingressum ad possessionem hanc fisco regio subjectam; talibus protectionis literis salvam effecerunt possessionem templi et pastorem constantem, praefatum Georgium Paulini, qui et anno 1681. conservato inter tumultus usu exerciti religionis plurimum contulit ad pacem ecclesiae. Tandem sub pastore Jona Bartholomaeides anno 1686 venerabilis archidiaconus

Bakó, plebanus jolsvensis, insultus faciebat in ecclesíam et anno 1690. armata manu templum ademit, sacris operante in domo privata adflictissímo pastore Georgio Antoni. Incolae, praesertim nobiles, subintrantem plebanum ultra sesqui annum ad templum non admittebant, denegato eidem proventu; post difficultates multas superatas, nonnisi initio seculi praesentis receperunt per articulos regni competentem templi usum et parochiae pastorem illocabant. A temporibus illis quieti permanent in usu sub pastoribus: anno 1705. Joanne Fabricius, 1719. Joanne Major, 1722. Thoma Kmetóny, anno 1747. Joanne Szakolczay, anno 1753. Michaele Schramko, anno 1784. Martino Klanitius. Anno 1711. igne amiserunt singula ornamenta et documenta templi. Anno 1764. ob excursiónem pastoris ad filiam Nandrás poenis subjecti, illucescente tolerantia, Nandrás recipiebat libertates, imo ligneum, mox anno 1783. muratum posuit oratorium.

17) **Krasznahorka.**

Cum Váralja. In libris publicis primum anno 1609. notatam deprehendo, quo pastor ejus, Andreas Fabricius, se et ecclesiam venerabili fraternitati incorporandam petiit. Mox anno sequenti visitata per seniorem in bono deprehendebatur ordine cum filialibus eorum Pacsa, Hárskút, Jólész et Hosszúrét. Anno 1618. praeerat eidem minister Jacobus Holius, anno 1625. Petrus Moller, sub quo per dominam Sophiam Becz, relictam domini Petri Andrásy, ejusque nepotem, dominum Matthiam Andrásy, una cum filiabus exercitio religionis privata fuit, ut habent Acta diaetalia anni 1647..

18) **Lehota** (Fekete).

Adjuncta ecclesiae Nagy Szlabos, vicissitudines habuit cum matre easdem. Anno 1773. acceperat indultum aedificandi murati oratorii, sub felici regimine Josephi II. separata a matre, anno 1785. induxit domesticum pastorem Joannem Subsilvany.

19) **Mokralúka** (Vizesrét.)

Per pastores oppidi Rőcze a reformationis initiis in sacris procurabatur, tandem anno 1628. 13. oct. consignatis coram dominio

proventibus proprii ministri cum Umrlá Lehota et Lubenik, indultu magistratus ecclesiastici, induxit ministrum Matthiam Pany, sub quo anno 1636. et visitatio ecclesiae peracta fuit. Post hunc anno 1641. Simonem Eustachium, anno 1646. Andream Machner, anno 1663. Jonam Biaho. Anno 1651. quidam ex incolis decimas templi rapiebant, ast per capitaneum arcis Balogh inhibiti. Anno 1673. provisor murányensis Michael Angelus cum jesuitis occupabat templum, pastorem amovit. Invalescentibus patriae motibus anno 1682. Andream Sexti et subseque anno 1703. Andream Pileatoris, atque anno 1707. Joannem Bahil accersiverant; anno 1688. et 1712. cum aliis ecclesiis vallis hujus tristia fata sentiebant, amissa libertate exercitii religionis. Indulgentia Josephi II. regis anno 1784. inducto pastore fruuntur in recenter aedificata sacra aede quiete publica sub pastore Daniele Fabricius.

20) **Murány.**

Celebris initiis reformationis ecclesia, ut parte generali descripsimus; postquam circa annum 1612. dominium Murány comitis Georgii Széchy proprietas effecta fuisset, cura ejus nihil neglectum est, quod ad felicitatem vicinarum quoque ecclesiarum pertinere potuisset. Suis potissimum expensis alebat pastores duos, quod demortuo comite et domina Maria Homonnay consors continuabat. Vicissitudinibus bellorum turbati, anno 1636. slavi Murányaljae, Lehotae cum Dluholucensibus in unam sunt conjuncti ecclesiam, in praesidio remanentibus hungarorum et germanorum ministris. Annus 1645. triste fatum pro ecclesia hac fuit, illustrissima Maria Drugeth, anno 1643. mortua, recessus a sacris nostris dominae Mariae Széchy, qua jubente mense apr. pastor aulicus, Stephanus Kőszegy, dimissus est ex arce, multum ingemiscente milite praesidiario. Capellae arcis anno subsequenti a regiis commissariis restitutionem petebant domina Catharina Széchy, consors magnifici domini Joannis Listhi, et Eva Széchy, consors illustrissimi Gabrielis Illésházy; repugnante comite Veselényi non sunt potitae votis, quare interiit penitus exercitii libertas. Hanc Murányalja et Lehota anno 1705. confirmata in usu templi reduxerat. Brevis debuit esse possessio tumultibus belli sedatis. Pastores succedebant hac serie: anno 1564. Cyprianus Friedt, anno 1585. Joannes Reinhardt, anno 1594. Joan-

nes Rimanoviani, anno 1597. N. Fabianus, anno 1616. Stephanus Delsönicz, anno 1624. Casparus Pilény, anno 1627. Andreas Dubniczay et Samuel Ockenus, germanorum, anno 1630. Casparus Aistycht germanorum, et anno 1633. Gabriel Piscatoris hungarorum, anno 1633. Joannes Düczke, anno 1636. Tobias Sutor, anno 1640. Martinus Tzercky hungarorum, et Michael Nondorosides, ultimus Köszegy.

21) Ochtina.

Post tempora reformationis csetnekiensem ecclesiam pro matre recognoscebat. Anno 1590. Petrum Moller proprium illius pastorem, et anno 1593. Matthiam Sculteti alias Scholcz in protocollis observo descriptos. Vicissitudinibus 1610. praesentibus, szlabosenses. lehotenses et rohovienses incolae ut filialistae comparuerant, fideliter decimarum exolutionem porro compromittentes parocho. Usus exercitii religionis et sub persecutione decennali nunquam sublatus est, licet divexationes complures habuerit circa annum 1690., quod patet etiam ex pastorum serie sequenti: anno 1604. Venceslaus Astronomi, anno 1620. Petrus Zvarovicius, anno 1632. Martinus Lihany, anno 1646. Andreas Bubenka ad annum 1685., anno 1686. Martinus Machner, anno 1693. Laurentius Bahil, 1720. Michael Holko, anno 1729. Samuel Bubenka, anno 1745. Jacobus Tubel, anno 1746. Laurentius Szarvás, anno 1748. Joannes Ruffiny, anno 1754. Jonas Bubenka, anno 1761. Andreas Bubenka, anno 1783. Ladislaus Bartholomaeides.

22) Padár.

Per seculi sexti et decimi atque sequentis defluxum fuit filia matris Balogh; invalescente Calvini doctrina in matre, anno 1669. instabat apud fraternitatem pro indultu introducendi apud se pastoris. Suspendit negotium senior, quoad finiatur coram comitatu lis cum baloghiensibus, qui compromiserant aedificationem parochiae pro lutherano ministro; unde factum, ut superingruente persecutione decennali, mox in Padár, mox in Balogh latitans minister sacra peragere debuerit in domo privata. Anno 1680. 4. jan. padarienses evocato pastore ordinario Andrea Magyar, cum Perjés conjuncti, matris cura recesserunt. Accedente anno 1690. et possessione Me-

leghegy, perfruebatur ita ordinata ecclesia pace continua ad annum 1746., quo minister ob interdictam excursionem ad filiales in ducentis florenis convictus, aegre speciem quandam retinuit exercitii religionis in illis ad tempora tolerantiae, cujus vigore in pleno usu religionis exercitii filiae cum matre confirmatae persistunt in pace. Post Andream Magyar fuere pastores : anno 1683. Petrus Sebő, anno 1700. Joannes Simonides, anno 1730. Joannes Simonides, anno 1767. Samuel Schmal, anno 1784. Thomas Major, anno 1788. Martinus Fábri.

23) **Panyita** (Gömör Panyit.)

Ecclesia hungarica anno 1615. restaurata, huic venerabili fraternitati accesserat, a quo tempore fruitur perpetuo usu religionis exercitii, domi existente nobilitate, quae tutatur jura ecclesiae. Sufficiat adnotasse ministros ejus : anno 1620. Petrus Syn, anno 1632. Georgius Arvensis, anno 1636. Andreas Bonyik, anno 1641. Moses Regis, anno 1649. iterum Petrus Syn, anno 1656. Joannes Schramcus, anno 1665. Joannes Fábri, 1670. Joannes Mensatoris, 1683. Nicolaus Bugányi, 1703. Christ. Joany, 1712. Matthias Belicza, 1724. Elias Sartorius, 1731. Georgius Claudini, anno 1741. Andreas Novák, 1745. Michael Ursini, 1761. Samuel Kriskovics, 1765. Andreas Pataky, 1774. Georgius Józéfy, 1760. Thomas Major.

24) **Pohorela**.

Per secula fuit filialis süvetensis, hac sub persecutione decennali ad ruthenorum sacra inclinata, anno 1683. consentiente venerabili fraternitate proprium pastorem, die 9. jul. ordinatum, induxit. Sopitis tumultibus anno 1688. adimitur his libertas, quam licet iterum sub motibus reducere attentassent quidam, pluribus sacra romano-catholica sequentibus, nunquam licuit.

25) **Poloma**.

Alias Nagy Veszverés; possessio sub dominio familiae Andrássy, unde quoad hí sacra profitebantur evangelica, satis felix ecclesia, ut acta visitationum anni 1596. et anni 1613. docent clarissime. Filia Henczkó anno 1642. jecit sacelli fundamenta; paulo post et

Kis Poloma templum cum turri aedificavit. Incitavit felix status ecclesiae invidiam dominii terrestris, quam non ita facile, ut in Oláh-Patak, effundere licuit. Anno tamen 1673. potiti sunt templo jesuitae per dominos Andrásy, neque anno 1681. exercitium retinere licuit incolis. In tumultibus anno 1683. receperant illud, iterum ejecti templo; jussu tandem Rákóczyi anno 1705. eis traditum; in Kis Poloma romano-catholicis consignatum praesente seniore Bodovino. Cessantibus initio seculi hujus turbis, iterum anno 1712. omnibus privati sunt exercitii libertatibus. Beneficio tolerantiae aegre satis anno 1784. donati usu privati exercitii religionis, ministrum inducunt, oratorium, parochiam egregiis sumptibus ponunt. Pastores in hac serie legimus: anno 1590.. Andreas Passer, anno 1594. Christ. Floriani, anno 1603. Georgius Albini, anno 1610. Balthasar Bubenkius, anno 1628. Michael Paulini, anno 1633. Georgius Paulini, anno 1639. Matthias Prokopius, anno 1644. Michael Prichradny, anno 1656. Christ. Nigrini, anno 1683. Georgius Sandany, anno 1686. Martinus Kriczany, anno 1694. Andreas Bodovinus, anno 1705. Paulus Trisnaides, exul anno 1712.

26) **Polomka.**

Cum filiabus Závadka et Helpa, initio praecedentis seculi, sublevante praesertim praefecto arcis Murány, dominii domini Francisci Jakóffy, in optimo statu ecclesia, ut continent acta visitationis anni 1636. Paulo post et possessio Baczuch cum consensu civitatis briznensis et praefecti camerae neosoliensis, qua filia huic accessit, quam anno 1649. dominus superintendens Lányi reducere intentabat. Anno 1673. occupata fuit per officiales arcis Murány et licet anno 1682. reduxerit usum, tandem anno 1688. per jesuitas durius habita fuit. Anno itidem 1706. assignatus eis est locus pro aedificando oratorio vicinique pastores perficiebant sacra, mox eo ejecti sunt. Series pastorum haec occurrit: anno 1625. Casparus Gazur, anno 1636. Daniel Litomelicziny, anno 1641. Joan. Molcsan, anno 1683. Georgius Fasko, anno 1685. Joannes Paulini.

27) **Rákos.**

Anno 1598. sejuncta a matre Kövi cum Szirk, Turcsok, tandem et Cservenecz constituebat matrem. Huic quies fuit ad annum 1673., quo templum ereptum, pastor pulsus, sublevante negotium

milite murányensis praesidii. Revolutione Tököliana anno 1682. accersebant ministrum, quem, cessante eadem, anno 1687. iterum dimittere debuerunt. Idem attentabant anno 1703. ad 1712., quo interiit libertas. Haec docet et ordo ministrorum talis: anno 1598. Georgius Albini, anno 1610. Joanne s Molitoris, anno 1619. Hieronymus Melikius, anno 1630. Stephanus Moller, anno 1637. Michael Prichradny, anno 1645. Michael Histrici, anno 1656. Joannes Dubniczay, anno 1672. N. Vidonius, anno 1682. Andreas Baráth, anno 1696. Paulus Jacobi, anno 1703. Martinus Machner, anno 1709. Matthias Keviczky, anno 1612. exul. Nostra aetate affiliati sunt evangelici hujates ab anno 1784. matri Szirk.

28) **Redova.**

Prioribus seculis habendo templum, utebatur in sacris pastore Felsö-Sajó, matris suae. Sub tolerantia post multas difficultates superatas, excelsi consilii regii indultu anno 1784. obtinuit libertatem pastorem intertenendi, quem delegit Jacobum Benedicti, post illum anno 1790. Josephum Petrovics.

29) **Ribnik.**

Una ex antiquissimis ecclesiis cum Brusznik, Spanopole, Lehota et Szásza filiabus, anno 1610. visitata per seniorem, quod factum et anno 1619., existente tum possessore pagi vicecomite Joanne Farkas. Jam et pagus noviter exstructus, Drienok dictus, tum matri adhaerebat, paulo post dissipatus. Ratkó-Lehota ob perpetuas dissensiones cum matre, dum facultatem inducendi domestici pastoris a fraternitate obtinere nequivit, maluit anno 1665. sacra sequi romano-catholica. Decennali persecutione templum eis occupatum est, usum cantando minister conservavit. Anno 1687. jolsvensis parochus Joannes Bakó vi mediante illocabat licentiatum, quem dum non acceptassent incolae, ad nundinas Jolsvam venientes arestavit, imo in faucibus currus eorum in perpetuum retinuit; idem factum alia vice attentavit et perfecit anno 1690. illocando licentiatum. Hoc iterum remoto induxerunt ministrum perdurantque in usu ab eo tempore sub pastoribus, qui ita succedebant: anno 1596. Joannes Virga, anno 1602. Balthasar Bubenka, 1608. Jeremias Melikius,

1614. Joannes Viticzechoviensis *) moravus, 1615. Felix Kosztka, 1620. Adamus Lamacz, 1623. Valentinus Bartholomaeides, 1626. Christianus Mazsary, 1634. Paulus Valentini, 1660. Matthias Fabricius, 1683. Laurentius Bahil, 1693. Michael Abrahamides, 1706. Matthias Szopoczy, 1731. Joannes Medzibrodszky, 1751. Andreas Grenerczy, 1756. Joannes Krsjak **), 1762. Joannes Petrovicsius, 1769. Martinus Fábri, 1779. Andreas Maróthy, 1782. Georgius Zsirko.

30) Rozlozsna

Et Gacsalk a matre sua Csetnek non citius liberari poterat, quam dum anno 1634. Szendrőviae coram provisore domini magnifici Stephani Csáky, Stephano Aszalay, proventus suis futuris pastoribus consignaverunt, quo facto dominus terres tris, renitentibus csetnekiensibus, effecit repraesentatione sua in venerabili fraternitate, ut iisdem petitio admittatur atque publica auctoritate, quod fecerunt anno 1625. privata, inducendo ministrum, Michaelem Paulini, pastor constituatur. Usus istius libertatis anno 1673- occupato templo turbatus quidem, sed penitus sublatus nunquam fuit, quare ad nostram aetatem permanet sub pastoribus : anno 1634. Matthia Prokopius, 1637. Petro Blasi, 1639. Michaele Histrici, 1646. Valentino Laurentiades, 1647. Joanne Badany, 1648- Stephano Kalinka, 1656. Matthia Homolovínus ***), 1683. Stephano Paulovics, 1689. Sebastiano Durany †), 1696. Andrea Bubenka, 1707. Georgio Severini, 1744. Josepho Hrebenda, 1751. Stephano Fabricius, 1765. Jacobo Benedicti, 1780. Stephano Ján, 1783. Andrea Frideli, 1784. Laurentio Bahil.

31) Rostár (Restér.)

Eo nomine valde felix, quod usum exercitii religionis perpetuum habeat sub ministris : anno 1590. Georgio Tyrotarichius, 1610. Nicolao Zubek, 1641. Joanne Stephanides, 1652. Matthia Rumene-

*) Hornyanszkynál i. m. 237. l. : Vitticzchory.
**) Ugyanannál i. m. 238. l. : Krsnak.
***) Ugyanannál i. m. 242. l. : Homolay.
†) Ugyanott : Duranik.

rius *), 1664. Joanne Stephanides, 1667. Joanne Dianiska, 1690. Joanne Makoviny, 1724. Samuele Makoviny filio, 1729. Joanne Szalay, 1739. Paulo Mikoviny, 1742. Joanne Felicides, 1760. Paulo Jczsovicz, 1771. Georgio Farkas, 1785. Joanne Glosz. Filiae hujus erant: Markusfalva et Hankova; posterior assentiente inclyto comitatu, propter propinquitatem loci, felsö-sajóiensi anno 1786. affiliata est.

32) Szlana.

Superior (Felsö Sajó) cum Redova, jam jura matris possidente, ex antiquis ecclesia, frequenter in actis visitationum priori seculo cum proventibus descripta, simul cum pastoribus, qui ininterrupto nexu sacra continuabant et fuere: anno 1590. Georgius Glir, 1594. Venceslaus Astronomi, 1596. Petrus Sexti, 1602. Christ. Radler, 1607. Daniel Alitis, 1609. Joannes Schermier, 1620. Stephanus Boksany, 1624. Joannes Huszti, 1626. Felix Kosztka, 1629. Joannes Molitoris, 1631. Daniel Fabricius, 1637. Joannes Stephanides, 1641. Balthasar Gallikius, 1645. Joannes Lányi, 1651. Martinus Machner, 1687. Matthias Sztehlo, 1698. Georgius Pixiades, 1705. Andreas Holvaidt, 1729. Martinus Závodszky, 1731. Andreas Schmal, 1751. Joannes Palcsek, 1761. Martinus Laucsek, 1784. Nicolaus Michaelides.

33) Szlana.

Inferior (Alsó Sajó) seculis prioribus dives quietis in tantum, ut ne decennali quidem persecutione templo caruerit; praesenti autem seculo satis afflicta fuit. Anno 1745. sub specie amicae visitationis baro Josephus Andrásy jesuita praesens, sumto apud pastorem prandio, desiderio videndi templi, illud cum pastore subintrat, per servos claves templi tandem surripit et sigillo proprio januam signat. Abscedente domino, rustici conscii eundem illud attentasse ausu privato, templum aperiebant sacraque peragenda jubent. Post dies aliquot adest baro senex cum haidonibus et judice nobilium, factum filii vindicaturus; sed vigilante plebe non amplius licuit. Iterum anno 1760. sub specie juris id attentatum fuit; neque via

*) Ugyanannál i. m. 236. l.: Romoneez.

illa successit, dum docuerint anno 1681. usum, in quo porro permanent. Docentes habuit ecclesia : anno 1594. Venceslaum Astronomi, 1597. Jeremiam Molenda, 1598. Nicolaum Zubek, 1610. Christianum Martini, 1620. Balthasarem Bubenka, 1630. Joannem Melczer, 1633. Jacobum Polay, 1635. Gregorium Scultéti, 1659. Andream Vidony, 1689. Jeremiam Czoklicz *), 1699. Paulum Trisnaides, 1705. Andream Korbely, 1759. Joannem Beck, 1761. Andream Bubenka, 1766. Nicolaum Michalides, anno 1789. Joannem Prúni.

34) Nagy Szlabos.

Cum filia Lehota anno 1611. die 5. jan. habita congregatione in matrem ecclesiam renunciata, ultra 34. agros templi possidebat, quorum quosdam adhuc anno 1619. olim mater csetnekiensis usuabat. Frequentes ejus visitationes diversa habent fata; nobis unum adnotasse sufficiat. Anno 1698. in filia ligneum aedificatum et anno 1665. in matre ampliatum esse templum. Decennali sub persecutione exclusi fuerant templo per breve solum tempus. In praesens, ut supra dictum est, Lehota separata, exigua mater manet. Pastores hac serie fuere : anno 1612. Christophorus Floriani, anno 1614. Joannes Szlakosány, 1619. Joannes Moller, 1623. Adamus **) Lamacz, 1630. Michael Nicolai, 1641. Andreas Bubenka, 1650. ***) Andreas Columbi, 1682. Georgius Petrovicsius, 1705. Andreas Sexti, 1706. Jacobus Zsirko, 1711. Georgius Pixiades, 1712. Joannes Sexti, 1720. Andreas Fabricius, 1751. Michael Schramko, 1762. Joannes Lányi, 1764. Joannes Major, 1784. Georgius Sexti, 1790. Joannes Pauer.

35) Stimeczium.

Cum filiabus Telgard, Vernard et Pohorella, sub dominio magnifici domini Georgii Széchy et consortis ejus, Mariae Homonnay, purioribus sacris provisa, semper negligens fuit in curandis aedificiis ecclesiasticis, dum et anno 1636. templo adhuc caruerit saepe ad aedificandum excitata. Plerosque incolas habuit ruthena sacra

*) Ugyanannál i. m. 243. l.: Cseklicz.
**) Ugyanannál i. m. 259. l.: Andreas.
***) Ugyanott: 1660.; — 1650-re pedig Ladislaides János.

amantes, quare privati anno 1673. templo et pastore, anno 1682. subintrantem Bajko popam ruthenum facile recipiebant, paucissimis exceptis, qui aliquamdiu nostro adhaerebant, mox penitus rejectis sacris lutheranis. Erant ejus pastores : anno 1627. Georgius Comes, 1632. Joannes Prichradny, 1648. per plagiarium auditorem ad captivitatem turcicam Agriam adductus ibique mortuus, anno 1649. Samuel Mazsary, 1659. Joannes Dionisy, cui voluntate domini palatini Veselényi, anno 1665. subtractum salarium arcensique plebano consignatum fuit, anno 1669. Matthias Nagel, 1683. Joannes Kalinka.

36) Süvete.

Suppar aetate ecclesiae kövinіensi; acta visitationis anni 1596. observant, templum et alia aedificia ecclesiastica hic fuisse post devastationes turcicas adhuc desolata, pastorem habere viginti et unum agros, prata octo, Miglesz esse filiam. Circa annum 1618. apud dominum terrestrem magnificum Georgium Széchy, ratam ex mola denegantem, reddere dignetur pastori instabat ecclesia, quo successu? non reperio; anno 1673. templum formae circularis ademptum est, iterumque anno 1688, et ultimo anno 1712., ut factum per integram vallem murányensem. Benigna voluntate Josephi II. inducto pastore anno 1785. elegans oratorium et sedes parochiales aedificavit renovata ecclesia sub pastore Andrea Fridely, domino inspectore spect. domino Stephano Czékus. Qui prioribus seculis fuere pastores, hanc habent successionem : anno 1596. Emericus Oziby 1602. Christianus Martini, 1615. Adamus Ocsenás, 1618. Michael Paulini, 1625. Georgius*) Bohemus, 1628. Martinus Libany, 1630. Simon Eustachius**), 1640. Petrus Zarevuczius, 1644. Joannes Murányi, 1646. Andreas Columbi, 1651. Georgius Parvi, 1670. Joannes Dionisy, 1682. Georgius Antoni, 1686. Joannes Bahil, 1704. Samuel Marcelli, 1707. Matthias Vietoris, 1708. iterum Joannes Bahil, exul anno 1712..

37) Szirk.

Seculo praecedente filia rákosiensis, nunc mater. Jam anno 1610. proprium habuit templum, modo romano catholicorum, licet

*) Ugyanannál i. m. 258. l.: Gregorius.
**) Ugyanott: Lustachy.

tales vix decem numerentur; proximum huic aedificarunt novum lutherani, indulgente augusto anno 1784. inducto pastore Samuele Jacobaei.

38) Tamásfalu.

Nationis hungaricae ecclesia, cum filiabus Hacsi, Rakotyás et Szutor, quarum posteriores duae anno 1650. defecerant ad calvinianos. Templum per integrum praecedens seculum desolatum a turcis jacuit, dum prata et agros templi domini terrestres Valentinus Bolyky, Casparus Baksy, Daniel Kurtiny ad se pertraxerint. Insufficientes alendo pastori, frequenter propendebant jungi vicinis calvinianis, tamen ad persecutionem decennalem retinuerunt pastores nostros, qui subsequuntur : anno 1636. Petrus Syn, 1651. Joannes Korcsek, 1652. Andreas Thuróczy, 1655. Petrus Syn, 1656. Georgius Kendy, 1685. Petrus Allodiatoris, 1666. Paulus Bartholomaei, 1670. Paulus Pollicenus. Parochia aedificata fuit in loco mediae sessionis colonicalis per illustrissimum dominum Georgium Szèchy oblatae.

39) Kún-Taplocz.

Filialis csetnekiensis ad annum 1609., quo adurgentibus dominis Czékus in parochiam fundata, anno 1654. templum renovabat. Continent singulos ejus proventus protocolla visitationum. Anno 1654. turcae eam depopulati sunt et quod singulare, duas pastoris puellas abduxerunt. Exercitii religionis libertas semper hic constans fuit permanetque, pastoribus ita se excipientibus : anno 1609. Joannes Schermier, 1622. Georgius Lányi, 1630. Nicolaus Carponensis, 1639. Petrus Blasi, 1643. Moses Regis, 1647. Jacobus Szentiványi, 1652. Isacus *) Holius, 1654. Andreas **) Thuróczy alias Koncsek, 1697. Georgius Vendriszky, 1711. Stephanus Dorog ***); 1724. Andreas Vietoris, 1756. Martinus Laucsek, 1761. Casparus Reisz †), 1766. Joannes Trsztenszky, 1771. Andreas Kossuth, 1785. Matthias Schulek, 1790. iterum Trsztenszky.

*) Ugyanannál i. m. 106. l.: Jacobus.
**) Ugyanott: Jacobus.
***) Ugyanott: Dorsch.
†) Ugyanott: Rarisz.

40) **Vlachovo** (Lamperti villa, Oláh-Patak.)

Cum filia Gócs, inter primas a tempore reformationis ecclesia, depopulationibus turcicis saepius adflicta, res pastoris igni traditae, singula devastata. Initio seculi prioris optime meritus est de reducta ecclesia Petrus Sexti minister, conscriptosque singulos proventus parochiae anno 1610. inter documenta venerabilis fraternitatis reposuit, anno 1645. filialis recenter erectum templum anno 1791. iterum reaedificatum consecrandum curavit dotemque pro ejusdem conservatione constituit. Dominus N. Andrásy anno 1662., ut status exponunt in actis comitiorum anni 1662., ministrum (Stephanum Francisci) exturbari, incolas compedibus implicari inque arce Krasznahorka, quoadusque coemeterii et parochiae claves traderent, detineri curavit omniaque occupavit in matre et filia, jesuitam, reclamantibus incolis, induxit. In his adversitatibus vigil senior diligenter per vicinos pastores sacrorum exercitium continuandum jussit, in diversis foris causam ecclesiae promovit, absque successu tamen. Ingruente decennali persecutione ex latitantibus ministris subvenit huic adflictissímae Jonas Blaho et ad annum 1687. constanti animo continuabat usum per idque ab interitu etiam liberavit in tantum, ut subsequentes etiam mutationes, anno praesertim 1740. per dominum Josephum Andrásy attentatae, parum ei nocuerint ad nostra tempora. Pastores hujus jam adnotamus : anno 1564. Albertus, 1590. Stanislaus, 1602. Petrus Sexti, 1607. Matthias Raskoviczius, 1610. iterum Sexti, 1615. Andreas Fabricius, 1625. Petrus Zarevuczius, 1639. Georgius Marci, 1649. Martinus Lihany, 1656. Stephanus Francisci, 1670. Jonas Blaho, 1687. Andreas Sexti, 1705. Samuel Marcelli, 1711. Andreas Leporini, 1737. Paulus Mikovini, 1738. Joannes Fábri, 1751. Matthias Prúni, 1779. Georgius Schulek, 1783. Matthias Lányi.

Ultimum locum ecclesiae aulicae occupare deberent, quas habuit hic comitatus in Murány, Balogh et Krasznahorka arcibus. Singulas ut publicas matres attigimus superius cum patronis, qui dotabant parochias, quare non repetimus amplius.

II.

COMITATUS LIPTOVIENSIS.

PARS GENERALIS.

§. 1. Quanto infelicior erat status rei christianae in Hungaria ante reformationem, tanto vehementius desiderium emendationis illius nascebatur in animis bonorum. Liptovienses jam seculo quinto decimo melioris religionis qualemcunque notitiam a hussitis, qui jussu Elisabethae reginae Hungariae oras has circa annum 1445. immigraverant, acceperant, imo et ritus quosdam sacros, per illos allatos, diu sequebantur. Ita praeparati, illucescente luce repurgati per Lutherum evangelii, brevi tempore toti commoveri facile poterant, ut institutis humanis, ad quae stringebantur, sacra repurgata anteponerent, praesertim dum anno 1481. per Jacobum fratrem de Bononia et Antonium de Roma clericum indulgentiarum praedicatione satis exasperati *), iterum anno 1519. decimis papalibus, mandante Leone X. pontifice romano, cujus breve dominus Joannes Chermendi canonicus strigoniensis exequebatur, se gravatos sentirent **). Subsequentibus annis ex libris Lutheri, maxime diligentia fratrum bohemorum, in cognitione verae religionis sensim proficiebant. Doctores hos inducebant secum milites, praecipue dominus Nicolaus Kosztka ***), Joannis Zápolya partes secutus, tandem per Ferdinandum I. partibus his illocati ex vicinis provinciis alii. Inter hos eminerat magnificus dominus Ludovicus Pekry circa annum 1534. supremus harum partium capitaneus, dein dominii Likava possessor et supremus comitatus comes. Comprimebat quidem hunc osorem †) romano-catholici cleri non ignota regis Ferdinandi I. avitae religionis defensio in tantum, ut noluerit dici lutheranus, tamen

*) Vid. cel. Belii Not. Hung. com. liptov. p. 549..

**) Matricula XXIV. regal. scopus. fol. 4. sq..

***) Conf. comitatus nostri trenchinensis et arvensis partem generalem.

†) Petrus Bornemisza in Tract. de Tent. p. 906. editionis anni 1579. scribit: „Pékri Lajos az plébánust jól tartotta és meg hatta azután, hogy egy egész hétig alunni ne hadgyák, még ezer forintot elő nem hozatott.“

tacite in purganda ecclesia doctoribus ecclesiae auxilio fuit, praesertim postlimínio iterum restitutis dignitatibus, quod factum est anno 1546. Circa annum 1564. jam manifeste ritibus sacris antiquis quibusdam relictis, nostri profitebantur doctrinam evangelicam, cui propagandae intenti fuerant multi reformatores, ex quibus ab oblivione vindicantur: Balthasar Duchon, Stanislaus Mokoschinus, Andreas Jacobaei, Antonius senior Pribisch aliique infra in suis ecclesiis commemorandi. Regnum Maximiliano II. adeunte, jam singulae ecclesiae, quarum matres et filiae templis provisae 44. tum numerabantur *), evangelico-lutheranos habebant pastores, qui clare anno 1569. legibus suis sub numero 25. statuebant: „Nunquam antea accedant domini fratres ad peragenda negotia in convocatione, quam prius caput unum ex confessione augustana perlegatur.“ Haec de initiis et progressu reformationis eruderare potuimus.

§. 2. Regnante Maximiliano II. singula fata religionis evangelicae in hoc etiam comitatu felicissima esse coeperunt. Is namque ab anno 1566. religionis exercitium illis liberum permisit, qui symbolum nicaenum, ephesinum, chalcedonense et constantinopolitanum profitentur, dummodo retinuerint subordinationem in ecclesia usu receptam, quod et anno 1567. per regnum publicatum exstitit, imo iterum anno 1570. repetitum **). Successerat in regno anno 1577. Rudolphus, qui magna moderatione usus nunquam comitatus hujus evangelicos in usu religionis turbandos admisit; neque id ex terrestribus dominis quisquam attentasset, dum omnes nobilium familiae jam sacris evangelicis patrocinarentur, praecipue praenobiles Pongrácz, Plathy, Palugyay, Pothurnay, Horváth, Rády, Kubinyi ***), Szentiványi, Okolicsányi, Joob, Szmrecsányi †), Baan et reliqui, sectione sequenti adducendi. Ipse comitatus supremus ab anno 1568. comes, magnif. dom. Joan. Krusith de Lupoglava, dominii Lietava ab anno 1577., quo illud aere a fisco regio emit, cum domina Cath. Pálffy

*) Vid. Indicem ordinatorum Vittemb. ad ann. 1578..

**) Vid. Matric. XXIV. regal. in Scepus. p. 575. et Ribiny Memorabilia p. I. sect. III. passim.

***) Christophorus Kubinyi, causarum advocatus, post annum 1550. plurimum reformationem promovit, quod observant in Indice ordinat· vitteb. specificati ex liptoviensibus.

†) Ad dominum Bogomirum de Szmrecsán miserat magnificus de Réva literas d. Lutheri ad se scriptas.

consorte, possessor, insignem munificentiam, singulas ecclesias in pace protegendo, cultoribus religionis praestabat ad annum 1581., quo decessit. Voluntate regis Maximiliano Ditrichstein simul cum Stephano Illésházy anno 1582. dignitas supremi comitis in hoc comitatu attributa fuit, quorum posterior dum anno 1586. Catharinam Pálffy, viduam domini Krusith, in uxorem duxisset, atque dominium Likava suae ditionis effecisset, solus dignitati illi praefectus, summus evangelicorum patronus exstitit. Et primum quidem anno 1683. prudenti suo moderamine non solum inclyti comitatus statibus, sed et venerabili fraternitati die 18. oct. quoad recipiendum calendarium novum se accommodare velint, svasit, quod dum effecisset, sane multis hos evangelicos liberabat difficultatibus, imo ad augenda fata ipsorum prospera novam stravit viam. Subsequenti statim anno parochi liptovienses in juribus suis turbati ad thronum regium recurrendo, singularem obsequii sui sentiebant fructum. Rex etenim literis, quas licet proxime e tenebris protractas typis publicaverim, iterum repeto, hunc favorem declarabat : „Rudolphus II. dei gratia electus romanorum imperator semper augustus, Germaniae, Bohemiae, Hungariae etc. rex, archidux Austriae. Fideli nostro venerabili Joanni Kutassy, praeposito s. Thomae canonico ac in spiritualibus vicario et causarum auditori, ecclesiae metropolitanae strigoniensis generali salutem et gratiam. Exposuerant majestati nostrae in personis honorabilium, Melchioris Duchon vicem gerentis et parochi ad beatam virginem, Michaelis Batis ad s. Michaelem, Ambrosii Poloni in Ternovecz, Caspari Danisca bodensis, Blasii Veiszli terstenensis, Martini Vespertini selnicensis, Leonhardi Mokoschini liptschensis, Samuelis ad s. Joannem, Laurentii kuacsanensis, Andreae Zubor zagyelensis, Jacobi selniciensis de Lubelye, Philippi ad s. crucem, Andreae rosenbergensis, Nicolai Benedicti liszkafalvensis, Stephani in Nagy Palugya, Matthiae Raduch in Bobrovecz , Emerici ad s. Nicolaum , Nicolai prividiensis in Szmrecsán, Antonii Pribisch in Mattyasovecz, Georgii Melikii ad s. Stephanum, Balthasaris Cherny in Dubrava, Georgii Poluch in Proszek, Leonhardi Szentpéteri hybensis, et Balthasaris novisoliensis teplensis, parochorum videlicet comitatus liptoviensis, qualiter hisce superioribus praeteritis diebus, iidem exponentes per fidelem nostrum venerabilem Joannem Chermendy archidiaconum nitriensem et canonicum praefatae ecclesiae metropolitanae strigoniensis, ratione et praetextu certorum

quorundam censuum, per praefatos exponentes parochos, memorato archidiacono et canonico praefatae ecclesiae metropolitanae strigoniensis annuatim, ut idem praetenderet, solvendorum, non spirituale forum, sed seculare judicium concernentium, in tui praesentiam fuissent citati, convenissentque in causam, in qua tu etiam procedere, et exinde ad instantiam praefati Joannis Chermendy eosdem exponentes aggravare et damnificare niteris et velles, in derogamen jurium eorum exponentium manifestum. Et quia causae, seculare judicium concernentes, non in praesentia aliquorum judicum spiritualium, sed in curia nostra regia, coram judicibus regni nostri Hungariae ordinariis, verti soleant et judicari; pro eo fidelitati tuae harum serie firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus causam praescriptam inter partes easdem coram te, ut dicitur, motam et vertentem, in eodem, in quo nunc est statu, absque omni gravamine et difficultate aliquali ipsorum exponentium, in curiam nostram regiam, nostram scilicet in personalem praesentiam, ad terminum competentem, per literas tuas, partibus ipsis praefigendum, mature revidendam et fine debito terminandam, transmittere modis omnibus velis et debeas. Quae si non seculare, sed spirituale judicium concernere agnita fuerit, rursum eadem indecisa in tui praesentiam remittetur, per te fine debito terminanda. Secus non facturus, praesentibus perlectis, exhibentibus restitutis. Datum in possessione Alsaz, in profesto b. Barbarae virginis, anno domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto. Rudolphus II." Ab hac aetate evangelicos summa in ecclesia abundasse pace in hoc comitatu, est certissimum. Lege publica regni eadem mox confirmata fuit.

Initio etenim seculi septimi et decimi dominus magnificus Stephanus Illésházy, exul in Polonia per regem Rudolphum revocatus, ille pacificator felix inter regem et dominum Bocskay exstitit, qui fideliter cum archiduce Matthia eo studia perduxit, ut non solum arma deponerent, sed et honesta pace firmata, religionem etiam evangelicam in exercitio publico omnibus liberam, pactis pronunciaverint. Eodem comitatus hujus supremo comite auctore, anno 1608. libertas illa in leges regni relata hoc augmentum accepit: „quaelibet religio suae professionis superiores seu superintendentes habeat", in qua libertate, a coronando rege Matthia imploranda, multum laborare debuit, propter resistentem petitis talibus nuntium

apostolicum cardinalem Meltin. Mors anno 1609. Illésházy patris optimi praeripuit complementum eorum, quae conceperat; comes Georgius Thurzo palatinus anno 1610. tandem perfecit in synodo solnensi, ad quam decem comitatus evocaverat. Liptovienses dominos Benedictum Pongrácz et Michaelem Okolicsányi, cum reverendis Christophoro Mazurkio teutoliptschensi pastore et venerabilis fraternitatis seniore, ac Martino Mokoschino teplensi, cum plena facultate agendi eo expediverant atque subordinationis ecclesiae novas leges, per eosdem confirmatas, acceptabant. Ad normam jurisdictionis ecclesiae evangelicae componendo actus suos felix perdurabat ecclesia ultra dimidium seculum, vim omnem repellentibus statibus ad vigorem regni legum, quas studiose protegebant praesertim successor praefati domini Illésházy, Casparus, ea conditione in filium adoptatus, ut ejurata romano-catholica, evangelicam retineat. Hic comitatus liptoviensis, trenchiniensis, arvensis supremus comes, sacrae caesareae majestatis consiliarius et aurei velleris eques, ad annum mortis, qui fuit anno 1648., quantum profuerit et hujus comitatus ecclesiis, in comitiis regni, in foris domique, debita meritis laude dicere non sufficimus. Id tacuisse injustum esset, quod venerabilem fraternitatem liptoviensem magni habuerit, unde anno 1633. et 1641. ad nuptias liberorum suorum gratiose invitatos ejus deputatos trenchiniensi in arce, in concursu magnatum, laute habuit, convocationibus fratrum interfuit, verbo ecclesiam et scholam nutritius quidquid licuit in commoda contulit. Filius major natu, Gabriel, partem dominii Likava comiti domino Stephano Tököly in pignore consignabat; minor, Georgius, adhuc vivente patre, romano-catholica sacra secutus, supremus comes comitatus hujus renunciatus fuit, fortunas tamen ecclesiarum nostrarum vel propter comitem Tököly, vicecomitem Petrum Pongrácz aliosque auctoritate potentes praenobiles turbare palam non est ausus *), quanquam fatendum est, evangelicos posthaec pauciora mala perpessos fuisse, nisi hic per jesuitas quosdam ex nobilitate ad suam deduxisset religionem, ut mox descriptos inferius memorabimus. Anno 1671. inchoata nostrorum in exercitio turbatio fere per seculum diversis temporibus

*) In actis diaetae anni 1681. querulabantur romano-catholici: „religio catholica adeo adtenuata est, ut in comitatu liptoviensi nonnisi duae catholicorum, illorum autem 46. reperiantur ecclesiae.“ De jure, quo utebantur nostri anno 1670. loqui ita placuit.

diversa perdurabat nihilque prosperi reliquit, praeter duas regni articulis decretas ecclesias, hibensem et nagy-palugyensem, imo boczabanyensem etiam, quae anno 1681., quo articulares exassignabantur, in usu religionis fuit meritoque articularibus, implicite in lege contentis, adnumeratur. Posteaquam sat diu patientiam liptoviensium exercuisset coeli pater, excitavit et hic levamen edicto tolerantiae per augustum Josephum anno 1781. publicato, quo satis declaravit, tum evangelicis, tum sacris eorum se optime velle. Relevati eodem consortes nostrae fidei, in novem locis exercitium religionis inducebant, atque positis sacris aedificiis gratia regia fruuntur, quod patebit in sectionibus sequentibus.

§. 3. Imperatorum privilegiis legibusque regni cautum fuit, ne cui propter religionem apud liptovienses injuria inferatur; ast initio seculi prioris subintrantibus jesuitis oras has, statim persecutio, perfringendo vim libertatum, cum inimicitiis semet insinuabat. Hi namque obtento dominio oppidi Triumszlécs, non solum plebanum in hoc comitatu a reformationis tempore nullibi habitum, primum in oppidum illocabant, sed etiam anno 1616. templum, parochiam imo et amorem religionis adimebant, dein sensim vicinarum ecclesiarum evangelicarum visitationem sibi arrogabant, nobiles quosdam permovebant ad turbandum usum decimarum, pastores evangelicos concernentium, circa annum 1628. ademtae ecclesiae Kvacsan pernitiem struebant *). In talibus propositis non fuit satis facilis iisdem progressus, statibus fortiter renitentibus, quod patuit circa occupationem ecclesiae Tepla, de qua suo loco pluribus. Parum sane in relatione ad alios perpessi sunt malorum nostri, tentationibus privatis; praesente illa publica divexatione decennali, in libertatibus aliis citius oppressi. Statim etenim anno 1672. mense martio episcopus varadiensis, Georgius Bársony, occupatis prius per ducem comitem Sporck arcibus et nobilitati incusso terrore, rosenbergense liptschense, liszkoviense et plura, adjuvantibus militibus et domi nus Gabriele Thuránszky, Ladislao Rády, templa adimebat **). Sub sequenti anno ad delegatum judicium posoniense venerabilis fraternitatis senior Simon Frivaldszky, pastor Tóth-Liptschae cum quibusdam pastoribus citatus, comparuit, reversalibus ad mansionem

*) Vid. Protocoll. liptoviensis fraternitatis.

**) Acta comitiorum anni 1681. in 4. edita.

in patria sine officio *) 6. oct. subscripsit, per idque non parum jacturae adhuc in usu existentium ecclesiarum liptoviensium adtulit. Mox etenim reliqui pastores a ministerialibus prohibebantur mandato regio anno 1673. 10. oct. publicato simulque ad diem 5. martii anni 1674. cum rectoribus, cantoribus, studiosis Posonium ad praefatum judicium per dominum Nicolaum Mailáth, fiscum regium citabantur. Ad tertiam hanc (posoniensem secundam) citationem paucissimi ex hoc comitatu comparebant; alii latitando conservandis suis ecclesiis ac earum templis, inter adflictiones summas et fortunas suas consecrabant, ut sunt: Thomas Cornides dubravicensis, Joannes Fábri s. crucensis, reverendus Kromzay prosecensis, Christophorus pribilinensis, Joannes Dianisch dovaloviensis, Balthasar Ozyp S. Annae, Zacharias Clementis bobrovicensis, Esaias Rotarides liszkoiensis**)! alii in fuga levamen malorum quaerebant, singuli anno 1674. cum fine anni parochiis expulsi, quidam jam anno 1673. mense febr. talibus privati et nonnulli, ut Nicopoli etiam evenit, fere per annum cum romano-catholicis plebanis easdem inhabitabant ***). Tristissima haec evangelicorum facies fuit et nisi juribus suis invigilando nobilitas in residentiis, quae loca sub finem dabimus, pastores intertenuisset, facile major pars populi evangelici omnibus destituta templis, fuisset etiam a religione abducta. Durum hoc fuit decennium animabus fidelium etiam ob divexationes privatas, quas hic nihil interest meminisse; utinam longius protracta patientia tollendis malis remedia meliora aperuisset! Anno 1682. mense dec. protulit nimirum Emericus Tököly arma sua in comitatum, reddebat templa evangelicis ademta, quibus sensim et ministri praeficiebantur; verum brevis fuit talis libertas. Anno namque 1686. decurrente iterum armis caesaris reoccupata, amissionem magis lugubrem effecerunt. Ad comitia anni subsequentis Posonium ablegati domini Matthias Pongrácz, vicecomes, et Melchior Kubinyi intercessione amplius nihil efficiebant; articulis prioris diaetae inhaerendum fuit. Idcirco ordinabatur regia commissio, et quidem ad liptoviensês Er-

*) Reversales exhibent Georgius Lányi in tractatu: Funda Davidis et Ribiny l. c. ad hunc annum.

**) Joannes Burius im Micis evangelicis conservavit in manuscripto horum memoriam.

***) Vid. Caspari Okolicsányi, comitatus hujus notarii, relationem de statu ecclesiae anno 1720. scriptam.

dődiana, a comite Georgio Erdődyita dicta, cui intererant officiales regiae camerae, dominus Wichter et dominus Joannes Lapsanszky junior, secretarius commissionis, anno 1688. loca pro templis articularibus anno 1681. lege definita Nagy Palugyae et Hibbis assignantes. Praeterea commissio praefata annunciabat puncta quaedam in negotio religionis nostris praejudicíosa, ut scilicet nobilibus in residentiis praeter lectionem postillarum et preces, nihil ex divino cultu licitum sit, et id quidem absque plebis admissione; plebanis catholicis salaria, quae erant praedicantium, solvantur; scholae sint ad grammaticam restrictae et alia. His perterriti evangelici dominum Casparum Okolicsányi Viennam ad thronum expediunt, qui cum aliis ultra duos annos ibi agentibus tandem explanationem determinationum commissionalium, anno 1691. 2. apr. extradatam obtinent. Pro publicatione hujus ordinatus est apud liptovienses regius commissarius dominus Joannes Dvornikovics, mox anno 1692. vicecomes renunciatus, qui exemplar explanationis, quod loco exclusivae particulae habuit, secutus, ad solvendum plebanis pactatum pro decimis, quas antea ex terris suis pro ministris intertenendis nobiles deputabant, utriusque religionis nobiles cogebat. Permanebant nostri a tempore commissionis Erdődianae in usu aulicorum praedicantium evangelii, quod aliis praecipuum fuit, quoad anno 1705. sub motibus templa juxta potioritatem familiarum assignata fuissent, triginta quinque pro evangelicis, undecim pro parte romano-catholicorum, intelligendo matres et filias eisdem adnexas oratoriis provisas. Post synodum rosenbergensen anno 1707. celebratam atque lege publica anno 1715. sublatam, auctae sunt gradatim miseriae evangelicorum, anno 1710. omnibus templis reoccupatis; ipsi etiam ministri excedentes parochiis, decimas interim perceptas plebanis succedentibus pro annis praecedentibus reddere debebant. Ita ad duo articularia loca restricti evangelici, porro in residentiis nobilium ad annum 1715. exercitio religionis continuato sublevabantur, quod dum mandato Caroll VI. imperatoris sublatum esset, tanto majoribus ob religionem miseriis subjecti, plerique omni solatio privabantur. Tempore commissionis pestiensis vigore articuli anni 1681. ad minus restitutionem capellarum petebant, quas propriis sumptibus nobiles aedificaverant, utpote in Okolicsna, Bobrovnik, Andrásfalva, Benedekfalva, Német Poruba; verum petitis jam nihil efficere licuit, quin potius in dies augebantur calamitates, quarum tandem

nec modus, nec finis fuit, ut saepe nostri instantiis ad thronum regium delatis demonstrabant clarissime.

§. 4. Parochi liptovienses suscepta et perfecta reformatione subordinationem illam diu retinuerant, quae antiquitus obtinuit. Jam anno 1348. per Csanadinum archiepiscopum strigoniensem privilegii fraternitatis donationem obtinuerant, et quidem cum sedis spiritualis jurisdictione *). Rex Ludovicus itidem anno 1361. 15. calendis oct. diplomate dato sanxit, ut plebani liptovienses ab illicitis infestationibus secularibus conserventur, ab omni jurisdictione dominorum comitum de Liptov eximantur. Hoc privilegium anno 1550. egregius Georgius de Rakov, vices gerens locumtenentis palatinalis (utpote Francisci de Réva), nominibus et in personis plebanorum comitatus liptoviensis confirmandum exhibuit Ferdinando I. regi, qui illud plebanis comitatus Liptov et ipsorum successoribus quoad omnes articulos ratum, gratum et acceptum habuit et per regni cancellarium, reverendissimum Nicolaum Olahum episcopum agriensem expeditum, sigillo muniendum curavit Viennae 15. die mensis martii anno 1550. **). Praeterea expediverat anno 1344. pro his per archiepiscopum strigoniensem confirmatas constitutiones M. dominus Salamon archidiaconus honthensis et canonicus strigoniensis, ex quibus puncta quinque observare placet: cathedraticum quatuordecim grossorum singulis annis deponatur sub conditione defensionis in juribus et libertatibus; singulis annis vicearchidiaconum consona voce eligendi habeant inter se facultatem, idem habeat potestatem etiam cum plebanis quaslibet causas emersas vel emergendas judicandi; archidiacono visitationis tempore hospitalitatem praestabunt domini plebani; eidem paschalia munera die 16. domini plebani solvere tenentur. In singulis privilegiis his et subordinationibus, nostrae confessionis honorabiles ita vocatos plebanos successisse antecessoribus suis, ut praefatum diploma regis Ferdinandi, ita reverendissimi Nicolai Telegdini, praepositi strigoniensis et sede vacante in spiritualibus vicarii, donatio novi sigilli fraternitatis comitatus liptoviensis clare testantur. Utpote anno 1575. honorabiles viri Balthasar Duchon, parochus ad beatam virginem et viccarchi-

---

*) Cel. Belii Not. Hung. t. II. p. 548.

**) Protocollon liptoviense habet primis foliis, ut et reliqua, quorum hic meminimus.

diaconus Michael Batis ad sanctum Michaelem, et Antonius Pribisch in Tepla parochi et decani, praefatum dominum praepositum in Tepla existentem adibant, in personis exponentes, quod juxta tenorem antiquorum privilegiorum causas spirituales judicare et definire possint et soleant habuerintque sigillum fraternitatis, sub quo causantibus literas expediebant; quale dum deperditum sit, rogare demisse, aliud novum concedere dignetur. Exaudita petitione, acceperunt sigillum cum imagine arcae Noae et columbae supra arcam volantis, cum circumscriptione: Sigillum Sacerdotum C. Liptoviensis, cui literae donationis adnexae hodie quoque supersunt. Subordinationis talis ecclesiasticae nexus nostrorum cum archidiaconis nihil in religionis principiis mutabat, neque debitam tum sufferebat caritatem. Hic namque semper fratrum nomine nostros compellabat nullaque ratione in exercitio jurium eos turbare ausus est et praeter confirmationem vicearchidiaconi atque exactionem census sibi obtingentis cum nostris ad agendum nihil habuit *). Ex vicearchidiaconis, quoad subordinatio antiqua perdurabat, qui venerabilem fraternitatem hanc regebant, ad leges mutuo consensu anno 1569. publicatas saepiusque tandem auctas, hos habemus ab oblivione vindicandos:

Anno 1569. Balthasar Duchon ad beatam virginem Mariam parochus.

1577. Andreas Jacobaei rosenbergensis ab annis multis parochus.

1578. Stanislaus Mokoschinus senior Teuto-Liptschae parochus.

1580. Melchior Duchon parochus beatae virginis Mariae.

1594. Leonhardus Mokoschinus, Stanislai filius, Teuto Liptschensis.

1602. Emericus Aegydius Kokavinus, parochus ad s. Nicolaum.

1605. Christ. Mazurkius Teuto-Liptschae pastor **).

---

*) Vicearchidiaconum post electionem per nostros praesentatum archidiaconus literis plenipotentiae stabiliebat; fratres autem confirmatum jurejurando obligabant, ne quidquam in doctrina vel cerimoniis usu receptis mutet.

**) Hic primus senior subtractus jurisdictioni archidiaconi romanocatholici praefuit et redux ex solnensi synodo anno 1610. decessit.

Acta horum, dum priores reformatores fuerint, clarius recensenda essent, verum protocollon anno 1577. inchoatum, ad annum 1604. continuatum, in tenebris ubinam lateat ignotum est.

§. 5. Publica regni lege a subordinatione venerabilis cleri romano-catholici nostri anno 1608. liberati, acceperunt jus proprios superiores seu superintendentes eligendi. Electio anno 1610. Solnae peracta liptovienses parochos Eliae Lányi superintendenti subordinabat, qui ad normam sibi praescriptam moderabatur trenchiniensis, liptoviensis, arvensis comitatus ecclesiis, simul cum successoribus suis, quos in comitatu trenchiniensi descriptos dabimus. Illi omnes subordinationis nexum conservabant, partim ecclesias visitando, quod evenit in hoc comitatu anno 1611., 1613., 1622., 1625., 1632., 1653., 1707., qualia visitationum acta plurimum lucis adferent infra in describendis singularum ecclesiarum fatis; partim per dominos seniores, quorum in hoc comitatu series ex protocollo venerabilis fraternitatis decerpta haec est:

Anno 1611. Samuel Hieronymiades, ecclesiae beatae virginis Mariae parochus.

1613. 16. jan. electus Melchior Rohács, parochus Teuto-Liptschae.

1621. Florian Duchon, parochus Teuto-Liptschae.

1630. Jacobus Splenius, parochus rosenbergensis.

1640. Joannes Lochmann, parochus Teuto Liptschae.

1646. Samuel Chalupka, parochus tarnoczensis.

1647. Georgius Parschitius, parochus ad beatam virginem Mariam, dein rosenbergensis.

1653. Simon Frivaldszky, parochus Teuto-Liptschae.

1683. Samuel Tranoscius parochus nicopolitanus senior.

1685. Joannes Bónis, pastor rosenbergensis in congregatione divae Mariae electus.

1705. Christophorus Plochius, trsztenensis, tandem Omnium Sanctorum.

Reductis ecclesiis ad exiguum numerum, superintendens Elias Mohlius anno 1744. ordinem conservaturus, svadebat quatuor liptoviensibus atque arvensibus duobus ecclesiarum pastoribus, in unum coalescant contubernium; consilio acceptato communis senior delectus

1744. Joannes Textoris, pastor nagy palugyensis ecclesiae,

in conseniorem Daniel Bodrovini, pastor isztebnensis; his defunctis iterum ordo subordinationis cessabat, quoad sub tolerantia augusti Josephi II. per liptoviensem renovatam fraternitatem delectus fuisset

1782. Paulus Schramko, Nagy Palugyae, mox ecclesiae Teuto-Liptschae. Feliciter!

Tales compluribus pastorum votis delecti seniores cum adjunctis quatuor decanis, notario, oratore et fiscali seu custode carbonae in convocationibus seu congregationibus, ad normam legum synodi solnensis et legum fraternitatis in foro, ut dicebant, spirituali, singulas causas ecclesiasticarum personarum, casus matrimoniales et quidquid ad ecclesiasticam spectabat subordinationem, judicabant, decidebant, superius forum, praeter superintendentale, non agnoscentes in actionibus ministerium suum et ecclesiam attingentibus. Haec jura accuratius acta synodi solnensis explicant.

§. 6. Quemadmodum ingenia eximia nunquam defuere liptoviensibus, ita seculis praecedentibus evangelici sedulam navabant operam, quo perficiendorum domi egregiae constituerentur officinae. Praeibant liberalitate magnates, hos vero, ut par fuit, sequebantur nobiles, atque certatim domicilia musarum non ditabant solum, sed docentium facto delectu, mirifice literarum culturam adaugebant. Unde facile eveniebat, ut non solum oppidanis lingua latina promiscua fuerit eaque in judiciis et consignandis uterentur protocollis, sed complures etiam literatorum ecclesiasticorum enumerare liceret centurias, qui majori ex parte haustis in patrio solo literis, ecclesiis posthac scholisque maximo praecerant cum emolumento. Ne vero verba potius, quam rem ipsam sectari videamur, paucis praecipuas condam evangelicorum in hoc comitatu scholas attingemus lineolis.

I. Rosenbergense

Gymnasium, tribus ordinarie collegis provisum, idemque munificentia Joannis Krusith et successorum ejusdem, comitum Illésházy, erectum et sat diu in commoda evangelicorum sustentatum fuit. Anno circiter 1567. Andreas Jacobaei, vir doctissimus et successu temporum vicearchidiaconus liptoviensis, primus hic loci evangelicorum praeceptor exstitit. Sigismundus Nostitius sane posthac, ejus in munere successor, ipsius rectoratui attribuit sua in religione et bonis literis incrementa (Ordin. vitteb.). Jacobaeio in loci

pastorem promoto succedebant clari doctrina Andreas Czengler et Thomas Doroticius. Posterior apud comitem Stephanum Illésházy anno 1596. stipendium pro octo alumnis sustentandis impetrabat. Emortuo anno 1609. praefato comite, successor ejus Casparus majoribus donis augebat scholam et docentibus providebat ad annum 1616. Martino Monkoviceno, 1619. Tobia Benedicti, sequentibus annis Melchiore Smrtnik, Joachimo Kalinka, Jacobo Majtan et Joanne Kucsera, qui editis eruditis tractatibus inclaruerant. Agmen docentium claudebat Matthias Rumeneczius, sub decennali persecutione amotus.

II. Teuto-liptschensis.

Altioribus studiis hic seculo reformationis praeficiebantur: Simon Jeszenszky, *) Petrus Borosch, Leonhardus Mokoschinus, Michael Zabanius, ex quorum discipulis plerique deligebantur in ministros ecclesiarum. Anno 1596. comes Stephanus Illésházy, anno 1619. comes Casparus Illésházy alumneum fundo donabant, qui auctus oppidanorum benevolentia, sufficiebat juventuti ad annum 1673., quo existente rectore Jeremia Rotarides schola haec eversa fuit.

III. Sanoti Nicolai.

Familia praenobilis Pongrácz et membra reliqua ecclesiae conferebant beneficia ad alendam hanc scholam, cujus inter reliquos docentes clariores fuerant ad annum 1573. Martinus Záborszky, anno 1583, Leonhardus Baran, anno 1614. Martinus Lipóczy, anno 1646. Samuel Platani, quoad persecutione decennali sublata fuisset. Anno 1704. nobilitas liptoviensis in congregatione publica ex cassa comitatus decreverat salarium rectori Georgio Lischovini, ea ratione educationi filiorum suorum prospicere volens; coepta haec anno eVangeLICIs DepLoratIssIMo in primis initiis exstincta sunt.

IV. Nagy palugyensis.

Ademtis aliis in ordinem reducebatur cura patronatus anno 1696. inducto rectore clarissimo Georgio Lischovini, qui in tantum perficiebat discipulos, ut anno 1705. Samuelem Lischovini ecclesiae

*) Hornyanszkinál i. m. 41. l.: Tessenszky.

tarnoczensi sistere potuerit ordinandum ministrum. Anno demum 1714. accepit docentem celeberrimum polyhistorem, Georgium Bucholczium, cujus coepta successores in schola continuabant pro modulo ad tolerantiae tempora. His addenda superest

V. Okoliosnensis.

Sub initium seculi praeteriti Sebastianus et Nicolaus Okolicsányi erudiendae familiae suae hanc fundabant atque primum docentem Joan. Hrabecium praeficiebant. Per decursum seculi nullis parcebant sumtibus domini Okolicsányi, docentes discipulosque his accedentes liberaliter alendo, quoad anno 1676. Joannes Paulini rector extrusus fuisset. Ita Lexicon Korabinszkyi p. 499..

Minores scholas tacemus.

Pars specialis.

Sectio I.

De ecclesiis in oppidis.

Singula comitatus hujus oppida post tempora reformationis exercitio religionis evangelicae ditissima fuerant, quare instituti ordo deposcit, fata illorum describamus brevissime.

1.) Bobrovecz (Nagy Bobrócz).

Interest, primum reformatorem ecclesiae nominemus; documento destituti Matthiam Raduch et ejus successorem Matthiam Simonides inter primos pastores observamus. Hunc patriae filium anno 1598. per doctorem Hunnium Vittebergae ecclesia ordinandum curavit. Reliquos pastores serie continua in protocollis nominatos sub protectione illustrissimae familiae Illésházy, ad annum 1673. in summa pace rexisse ecclesiam, eadem testantur protocolla. Dicto anno die 23. febr. minister Zacharias Clementis ejectus fuit per Gabrielem Thuránszky. Hic fidelis pastor, existente in parochia plebano Francisco Mruzin, latitans, anno etiam 1679. grassante peste procurabat ecclesiam. Posteaquam Tököly arma sua intulisset comitatui, anno 1682. 20. dec. nostris ecclesia restituta ad annum

1687. in usu fuit. Sub motibus Rákóczyanis ab anno 1705.—1709. Joannes Páldiák pastor horum fuit. Filias numerabat: Kis Bobrócz, Pálfalvam; rigor dominii incolas pertraxit ad romano-catholica sacra attraxitque matres ecclesias, utpote Nádasfalvam et Szmrecsán.

2) Booza.

Ut auro praestanti, ita exercitio religionis dives montanum oppidum. Inter primos pastores ejus fuit Georgius Mokoschinus et anno 1571. Joannes Graszius; sub posteriore oratorium exstructum fuit, quod fere duobus seculis majori parte ferramentis sustentatum, ad annum utpote 1785., quo novi erectio concessa est. Anno 1674. ejecto ministro Michaele Lányi templum occupatum accipiebat parochum catholicum Andream Molitoris, antea evangelicum, qui sex mensibus evolutis, dolore conscientiae actus, sacra nostra reassumsit, et qua evangelicus pastor ecclesiae huic ad annum 1683. praefuit. Reclusi inter valles, retento usu exercitii ad annum 1681. et seqq. sub rigorosissimis inquisitionibus, anno 1721., 1756. peractis, ad nostra tempora pace fruuntur, existentibus pastoribus: anno 1683. Michaele Vozor, anno 1704. Andrea Vozor, 1709. Andrea Reberi, 1720. Paulo Reberi, 1762. Joanne Schmal, 1763. Paulo Doleschal, 1778. Joanne Fabricio, 1782. Michaele Gazsi, 1783. Petro Ambrosy, anno 1788. Paulo Triznay.

3) Hybe

Seu Gybe, sub dominio Hradek, luce evangelii collustratum, multis annis seculo sexto et decimo decurrente per Leonhardum Szentpétery ministrum docebatur; reliquos non numerabimus. Anno 1673. templum in foro romano-catholicis consignatum fuit, exule pastore Matthia Petrovics. Anno 1682. redditum nostris, in quo Joannes Dianisch sacra perficiebat ad annum 1687., quo vi regni articulorum exaedificarunt oratorium ad superiorem finem oppidi atque priori ministro alium, Joannem Zaban, adjunxerant. Multis superatis difficultatibus, anno 1704. iterum ingrediebantur antiquum templum, in eoque ad annum 1709. sacra agebant, duobus operantibus ministris. Rejecti tandem in oratorium perdurant in exercitio, quod auctis, gratia Josephi II. ecclesiis, per unum jam pastorem administratur.

4) **Liptscha** (Német Lipcse).

Ordine et cultu prae aliis excellentem habuit semper ecclesiam, cujus reformationem circa annum 1550. Stanislaum seniorem Mokoschinum perfecisse ex Indice Vitteb. ordinatorum clarum est. Vir hic dignitate vicearchidiaconi seu superintendentis, ut tum nostri loquebantur, ornatus, plurimum inclaruisset, nisi statim anno sequenti, magno cum moerore singulorum, funere fuisset elatus. Successit in ecclesia filius Leonhardus, insignis poeta; huic Christophorus Mazurkius, anno 1611. Melchior Rohácsius, anno 1620. Florianus Duchon et Joannes Lochmann, poeta laureatus caesareus, anno 1645. peste hic mortuus, anno 1665. Esaias Rotarides. In tanta celebritate existentem ecclesiam repente oppressa decennalis persecutio; anno utpote 1672. die 7. martii dominic Reminiscere illustrissimus Bársony cum manu militum capitanei Lam, praesentibus dominis Gabriele Thuranszky et Ladislao Rádai jam romano-catholicis, templum utrumque, utpote in foro Matthaei et aliud infra oppidum situm, minus, beatae Mariae virgini sacrum occupabant, traditis clavibus canonico Martinkovics. Parochus hujas et simul venerabilis fraternitatis senior, Simon Frivaldszky citatus Posonium ad delegatum judicium, reversalibus ad mansionem in patria sine officio subscripsit; oppidani autem orbati pastore gemebant ad annum 1682. diem 18. dec., qua invalescentibus motibus bellicis, per dominos Adamum et Melchiorem Kubinyi reductum exercitium accipiebant, parochiae illocando Martinum Macsek et anno 1686. Franciscum Frivaldszky. Eodem anno die 13 nov. praefectus arcis Arva, cum provisore likaviensi, plebanum e Szlécs inducebant moxque subsequenti anno die 15. maji majus templum occupabant. Hoc tempore Joannes Kerner provisor likaviensis frequenter multis variisque mandatis dominii et venerabilis cleri ad defectionem oppidanos perducere voluit, qui prudentia superarunt tentationem. Sub tumultu Rákóczyano ad annum 1709 Andreas Zsdánszky minister eorum fuit, quo ejecto, praesertim circa annum 1730. per plebanos loci ab aditu ad locum articularem multis vexis praecludebantur, quoad pater patriae, Josephus II anno 1783. exercitio religionis, cui praefecerant reverendum Paulum Schramko, eos donasset. Filiae olim fuerant: Felső et Közép Malatin; nostra aetate plures habet affiliatas possessiones.

5) Sanctus Nicolaus.

Ex primis docentibus repurgatam religionem habuit Emericum Aegydium Kokavinum, anno 1599. vicearchidiaconum, anno 1604 hic tumulatum. Frequenter hic cogebantur conventus, seu sedes spirituales fraternitatis, in quarum anno 1583. die 13. oct. celebrata calendarium gregorianum receptum fuit. De pace continua ecclesiae inscriptio templi, anno 1664. sub ministerio Samuelis Tranoscii renovati, quam ex Závodszkyi Diario Korabinszky in Lexico p. 633. exhibet, clarum est testimonium. Defuncto celebri pastore Georgio Tranoscio, qui anno 1631. inductus fuit, abeunte Bajmoczinum reverendo Tobia Benedicti, successorem habuit anno 1638. Melchiorem Smrtnik, anno 1649. mortuum. Ingruebant fata adversa, templum anno 1673. abreptum jesuitis resignatum fuit, misso in exilium pastore, Samuele Tranoscio. Patres jesuitae Radecius et Podhoránýi abduxissent incolas a religione, nisi Joannes Matthesius exul eos doctrina erexisset. Sub motibus Tökölyanis Samuelem Tranoscium, sub Rákóczyanis Joannem Matthesium pastores habebant; anno 1709. omni libertate exuti. Illuxit tandem et his anno 1783. libertas religionis, vigore cujus conjuncti cum oppido Vrbicza, fruuntur exercitio. Vrbicza, Okolicsna, Déményfalva, Plostin et Illanovo cum Andrásfalva seculo praeterito hujus filiales fuerant. Templum okolicsnense qualibet dominica cum sacris adibant diaconi, ex quibus fuerant anno 1592. David Budeus, anno 1610. Pelargus, anno 1667. Stephanus Mensatoris, ultimus Michael Balneatoris, teste matricula ecclesiae.

6) Rosenberga.

Initio reformationis celebris fuit hic doctor Andreas Jacobaei, circa annum 1576. archidiaconus, ut scribit Sigismundus Nostitius in Indice ordinat. vitteberg. ad annum 1578., per eum in diaconum evectus. Eidem succedebat Andreas Czengler, sub quo renovatum est templum, cui imposita haec inscriptio: „*Tempore Rudolphi II. R. Imp. M. D. Steph. Illésházy, comes comitatus liptoviensis et mag. curiae R. H. ac M. D. Catharina Pálffy consors sua reaedificari hoc templum curarunt anno 1585.*“ Inter alios pastores celebres fuere ad annum 1596. Hieronymus Thurocenus, ad annum

1612. Thomas Doroticius, tandem Jacobus Splényi alias Neussel, Parschitius, Kucsera, Urbanovics, quos protocollon continet, simul cum laudibus meritorum in ecclesiam magnifici domini Caspari Illésházy, et consortis ejus, dominae Helenae Thurzo. Auream pacem primum turbat vi hostili dominus Georgius Bársony anno 1672. jesuitis templum resignando. Sub tumultibus patriae, sub pastoribus Joanne Bónis, Samuele Mikovinyi et Andrea Lúcze induxerant usum exercitii, qui diuturnus ob regni decreta esse non potuit. De synodo hic celebrata alibi egimus. Atroci tandem jesuitarum divexationi initio hujus seculi resistere nequeuntes, omnes fere incolae deserebant sacra evangelica. Filias habebat: Szent Márton, Hrboltovam, Revúczam, Bjelipotok et Vlkolinecz.

7) **Selnicze** (Szjelnicza).

Ecclesiae hujus reformatio adscribitur Martino Vespertini. Refloruit praesertim sub ministris anno 1616. Stanislao Brestovszky, 1621. Nicolao Accipitrino, antea rectore rosenbergensi, 1633. Joanne Braxator et Nicolao Parschitio celebri magnatum physico, hic anno 1667. funere elato. Anno 1673. jussu dominii likaviensis hinc ejectus fuit minister Andreas Serarius et templum occupatum. In reoccupato sub tumultibus Andreas Gyurkovics sacra peragebat. Aetate hac gratia Josephi II. aedificato templo anno 1783. induxerunt ministrum Joannem Migyelka.

8) **Szlécs** (Trium Szlécs).

Eo fato infelix, quod initio seculi XVII. loci dominium conventui thurocziensi jesuitarum obtigerit. Pastor ejus Matthias Rotarides in discrimine tentationum anno 1615. in conventu fraternitatis Nicopoli habito, a restrictione celebrationis quorundam festorum dispensationem obtinuit, livorem dominii effugere volens; pressus sequenti anno ad ecclesiam Sancti Andreae transeundo, dedit occasionem jesuitis et parochiam et templum rapiendi, propter quod factum excommunicatus per fraternitatem poenas dedit. Incolae inducebant quidem pastorem, Ladislaum Poláni, sed is quoque, non obstantibus legibus regni, anno 1623. ejectus est.

9) **Trnovecz** (Tarnócz).

In ditione likaviensi, cujus Ambrosius Poloni reformator fuit, cui successerat Vitteberga redux Georgius Mokoschinus. Ex reliquis praesertim clari fuere: anno 1612. Joannes Lycius, 1620. Martinus Monkovicenus, 1624. Tobias Benedicti, Venceslaus Csicsman et Samuel Chalupka, anno 1646. senior fraternitatis; anno 1672. cum aliis ecclesiis templo privati receperant illius usum prius serviente sacris Michaele Kromzay, dein Samuele Lisovinyi ad annum 1709., quo penitus libertatibus orbati fuere ad annum 1783. 28. oct., quo primum ministrum, Danielem Boczko, inducebant. Filias olim habuit: Beharfalvam et Benyusházam.

10) **Vrbicza.**

Prioribus seculis S. Nicolai filialis, ab anno 1783. die 9. jul. illius mater, quae inducto ministro reverendo Berzeviczky, positis sacris aedificiis crescat in perpetuum. Obtinuit haec usum eo nomine, quod S. Nicolaus praescriptum centum familiarum numerum, existentibus hic multis judaeis, demonstrare non potuerit.

Sectio II.

De ecclesiis in pagis.

1) **Szent András.**

Perpetuus per seculum et quod excurrit, usus religionis evangelicae apud hos, ex protocollo venerabilis fraternitatis, quod ab anno 1602., quo pastor fuit Balthasar Schrott, ad annum 1672. singulos nominat, patescit. Ex multis clarissimi fuere: anno 1587. Joannes Philomates, 1634. Joannes Burius, Stephanus Pilárik, et anno 1667. hic mortuus Leonhardus Mokoschinus. Decennali persecutione primum sublatus est usus, inter quas procellas delatus huc anno 1685. Joannes Michaelides, antea Szakolczae minister, docuit ad annum 1687., quo pulsus obiit. Et initio seculi praesentis brevis eis contigit usus libertatum. Habuit filias: Konszka, Jakubo-

vani, Huora et Benedekfalva. Hodie evangelici affiliati sunt vrbi c zensi, alii Sz. Iván ecclesiis.

2) Szent Anna.

Exigua, dives tamen pacis quoad religionem possessio. Joannes Fabricius initio prioris seculi, ultimus vigente legali usu, Balthasar Ozyp, parochianis praeerat. Hic anno 1672. occupato armis templo, latitando procurabat ecclesiam sub Tökölianis motibus; idem fecit sub Rákóczyanis Thomas Frölich anno 1709. penitus ejectus. Bukovina, Dussani, Szvinárki filiae fuerant; hodie nostri adhaerent ecclesiae Szjelnicz.

3) Bodice (Bodafalva).

Hic majores familiae Palugyay colli superaedificabant templum, quorum auxilio et reformatio perfecta fuit. Parochi inter alios fuerant Casparus Danisca*), anno 1620. Melchior Smrtnik, anno 1637. Georgius Schmal, qui frequenter contra dominos Palugyay subtrahentes decimas, querulabatur. Daniel Monkovicenus anno 1673. ejectus parochia, iterum 1685. reductus fuit. Et ultimis revolutionibus Georgium Stephanides induxerant, anno 1709. penitus pulsum.

4) Sanota Crux.

Seculo reformationis docuit hic Philippus Krnoc, anno 1636. Jacobus Ulibanides, qui insurgentis militiae suffragiis et expensis fraternitatis pastor denominatus fuit. Initio persecutionis decennalis nobilis Beniczky diu usum templi retinuit, quoad Joannes Fábri minister vi ejectus migravit. Anno 1685. Daniel Jarkovicius, anno 1706. Elias Bubenka inducti fuerant in templum mox iterum occupatum. Nostri hac aetate ecclesiae Nagy Palugyae affiliati sunt.

5) Dovalov.

Cum initio seculi decimi septimi munificentia dominae magnificae Magdalenae Zay nata ecclesia, cui eadem sumtu suo templum aedificaverat, docente in eodem anno 1610. reverendo Paulo Hladky.

*) Hornyanszkynál i. m. 28. l : Danisko.

Mox transeunte dominio arcis Liptó-Ujvár ad dominum Nicolaum Orlé, pluribus illius beneficiis ornabatur ecclesia. Crevit maxime pace sub magnificis dominis Nicolao, Paulo et Matthia Osztrosith, qui peste enecato Joanne Chalupka, ex scholae illaviensis rectoratu anno 1646. Joannem Duraeum ministrum evocarunt. Anno 1673. templo privati exulem dimittebant pastorem Joannem Dianisch, qui et anno 1682. reductus est, succedente tandem anno 1704. Joanne Textoris. Possessio Kokova huic fuit filia; modo haec est filia S. Petri ecclesiae.

6) Dubrava.

Ab initio reformationis ad decennalem persecutionem in usu quieto templi anno 1584. Balthasarem Cherni, anno 1611. Joannem Krno, anno 1635. Petrum Trnoviczenum, anno 1646. Thomam Cornides, anno 1685. Paulum Zachemszky numerabat pastores. Superstites evangelici modo adeunt Nagy Palugyam; templum est filiale s. Elisabethae.

7) Sancta Elisabetha.

Ecclesia inter vicos Lubella et Klacsan, sacra aedificia habet utriusque possessionis incolis deservientia; pastores ejus mox a templo, mox ab alterutra possessione denominati scribuntur. Tales ex nostris fuere: anno 1581. Jacobus Selnicicnsis, anno 1611. Petrus Máday, 1615. Nicolaus Csutka, 1648. Andreas Fabricius pulsus anno 1673.. Privati templo sub tumultibus anno 1685. Georgium Czacher, anno 1706. Joannem Gyurkovics ministros intertenebant; tandem anno 1709. omnibus amissis libertatibus, jam romano-catholica sacra sequuntur.

8) Szent Iván.

Sub protectione praeclarae familiae Szentiványi felicissima diu ecclesia. Anno 1580. Leonhardus Mokoschinus, tandem Samuel Mokoschinus, anno 1605. Andreas Bartasovicz, anno 1650. Georgius Chladni, anno 1646. Paulus Fasko, ut alios taceamus, docebant ecclesiam. Persecutione decennali et annis sequentibus cum aliis ecclesiis communia fata habuit. Durante tumultu Tökölyano Balthasar Clementis, sub Rákóczyano Joannes Paulini praeerant cultui

divino. Exclusi usu templi, initio seculi in castello sacra agebant. Tandem anno 1783. die 23. sept. evocato pastore Stephano Deluk *), sub tolerantia, sacris resumtis utuntur. Id singulare exemplum concordiae in familia praenotata est, quod ex cassa familiae generali primum pastori, tandem anno 1789. plebano parochiales aedes exstruxerit. Porubka possessio olim filia fuit. Sub synodo pestiensi praefuit ecclesiae Joannes Tichy.

9) **Komjatna.**

Teste protocollo venerabilis fraternitatis per seculum fertili religionis usu, nunquam turbato. Dominus Bársony, anno 167 perfregit fores templi cooperante milite per ducem Sporck submi so. Reliqua fata aequalia habuit cum aliis. Pastores deprehend anno 1587. Basilium Straszniczky, anno 1611. Sigismundum Ch lupka, anno 1673. et 1686. Israelem Hrabecium', anno 1705. J sephum Mokoschini. Sztankova fuit ei affiliata et Csemnova.

10) **Kvacsan**

Seu Quacsan, quam Laurentius Duchon circa annum 156 anno 1584. Nicolaus, ab anno 1589.—1623. Joannes Duchon reg bant. Ademtio ecclesiae in actis diaetae anni 1647. ponitur ad a num 1608., sed per errorem, dum certum sit ex protocollo, an 1623. usum eos habuisse. Quo jure tam mature romano-cathol occupaverint templa, non invenio.

11) **Lehota** (Király Lehota.)

Matri ecclesiae Hibe per secula adnexa fuit; recenter an 1784. prope centum familiis nobilibus Lehoczky constans, obtin libertatem exercitii inductoque ministro, Josepho Andaházy, pos sacra aedificia.

12) **Liszkova.**

Alias Liszkafalva. Hanc jam anno 1550. repurgatam fuis testis est Georgius Zapkovics, discipulus celeberrimi Fábri, an

*) Hornyanszkynál i. m. 80. l.: Wilhelm de Luque.

1569. pastor oppidi Pojnik, hic natus. Anno 1570. Nicolaus Benedicti, anno 1593. Joannes Royko, anno 1637. Georgius Molitoris, anno 1640. Stephanus Sartoris, anno 1673. Esaias Rotarides, anno 1687. Joannes Levius, anno 1709. exturbatus Joannes-Drompa parochi fuerant. Fata reliqua cum rosenbergensi in eodem dominio existens, eadem habebat.

13) Sancta Maria.

Olim praepositura et hodie dives ecclesia. Tempore reformationis plebanus ejus, vicearchidiaconus Ladislaus Ossko, retardavit, tandem adamavit sacra repurgata, quae Balthasar Duchon in ordinem reduxit, anno 1569. nostrorum vicearchidiaconus. Hic cum abbate domino Joanne Joó frequenter agebat de tranquillitate repurgatarum ecclesiarum conservanda. Ex subsequentibus pastoribus praecipui fuere : anno 1622. Samuel Hieronymiades, Joannes Raduch, anno 1650. Georgius Sectoris. Felicitatem ecclesiae annus 1673. fato tristi terminavit, exule Esaia Rotarides pastore. Circa annum 1650. inter comites Illésházy et reliquos patronos lis de patronatu mota fuit, quae coalitione mediante die 30. maji praedicto anno ita finita fuit, ut supremum patronatus jus penes comitem maneret, candidatorum vero alterum comes, alterum nobiles successive evocent cum sermone probatico, aptiorem visum ecclesia deligat. Jesuitae tandem abduxerunt a sacris nostris incolas plerumque et in filialibus, quae fuérant : Nagy-Olaszi, Bertalanfalva, Dechtari inferior, Párisháza, Guótfalva, Kermes, Szokolcz, Tvarozsna, Szesztercz, Bobrovnik, Zadjel, Hlinik et plures.

14) Matyasovcze.

Nobilium Matyasovszky hereditarius vicus, quorum cura perstitit ecclesia ad annum persecutionis decennalis sub pastoribus : anno 1580. Antonio Pribisch, 1611. Ladislao Polani, 1622. Stephano Rikes, 1672. Martino Matthaei. Alia fata communia cum aliis tacemus. Felső Matyasócz filia fuit.

15) Sanctus Michael.

Haec ecclesia anno 1247. fundata est a civibus teuto-liptschensibus. Circa annum 1556. reformavit illam Michael Batis, quem

excepit Nicolaus Benedicti, hunc anno 1610. Jacobus Splényi cum Joanne Lochmann, anno 1621. Andreas Sartorius, 1673. hinc exul. Filia Ivachnova dabat pastori decimas, quas dominos Rády ademisse, habent querelam acta diaetae 1662.. Alia filialis Alsó Malatin.

16) **Nagy-Palugya.**

In medio per hussitas exstructum templum habet, in quo Stephanus quidam circa annum 1560. repurgatum evangelium annunciare coepit, quem excipiebant Basilius Zaban, Andreas Fabiani, Andreas Jakschi, Matthias Steinhibel, et Joannes Stankovics, qui anno 1674. invalescente persecutione fuga salutem in Transylvania quaesivit. Dum evangelicis pro articulari, ut ajunt, definita fuisset, anno 1688. per regios commissarios excisa pro oratorio et parochia loca accipiebat in inferiori fine pagi Csertomisko cognominato : evangelici eodem non contenti, in superiore fine possessionis agrum domini Francisci Plathy occuparunt, qui recursu facto ad imperatorem adegit socios evangelicos ad centum florenos pro fundo deponendos. Confluente maxima parte populi comitatus ad sacra, duos induxerunt ministros, Joannem Michaelides et Joannem Matthaesius. Iterum in gratiam multitudinis anno 1774. oratorium novum, sex mille auditorum capax, ligneum solum posuerunt, cui post tolerantiam unus solum pastor, Matthias Schulek, optime de instituto praesentis laboris meritus, praefuit; hoc ad Tiszolcz translocato, Michael Zorkovszky.

17) **Kis-Palugya.**

Proprios a tempore reformationis habebat pastores, quos procollon fraternitatis ab anno 1610., quo fuit Samuel Melikius, ad ultimum exulem, Theodosium Miklány, continet. Sub revolutionibus vicinae bodafalvensi adhaeserat ut filia. Hodie evangelici, quorum est potior pars, Vrbiczam sacrorum causa intrant.

18) **Sanctus Petrus.**

Hic nostram fuisse ecclesiam non amplius intercidet memoria dum gratia Josephi II. regis anno 1784. reductum sit exercitium, sub ministerio reverendi Joannis Rubrini. A seculis praeno

bilis familiae Pothurnyay patrocinio antea viguit. Initio prioris seculi Georgius Paludini 42. annis hos docuit, peste utpote anno 1645., qua multa millia hominum in tractu hoc comitatus orientali enecata sunt, mortuus. Anno 1673. exul hinc abiit Nicolaus Litviny. Anno 1685. Daniel Buday et anno 1706. Matthias Prúni eandem regebant. In incendio anni 1786. oratorium evangelicum conservatum fuit.

19) Pribilina.

Initio seculi praeteriti S. Petri filialis fuit, demum domini Achatii Pongrácz munificentia accepit fundos atque anno 1602. templum et parochia aedificata inductusque pastor Martinus Fabricius. Anno 1676. existente ministro Christ. Plochio, manu militum plebanus Pongrácz templum ademit. Sub motibus Rákóczyanis pastor hujus ecclesiae, Martinus Cornides, a nobilitate in castrensem pastorem assumtus fuit; cessantibus turbis plebano, Matthiae Kucsinszky perceptos proventus parochiae, banderio adactus, persolvere debuit. Adeunt sacra apud hibenses nostra etiam aetate.

20) Proszek.

Sub tutela dominorum Jób a tempore reformationis ad tempora decennalis divexationis exercitio gaudebat, docentibus eam anno 1580. Georgio Poluch, 1610. Daniele Melikius, 1651. Andrea Lúcze; 1674. reverendus Kromzay nitebatur retinere usum, sed non diu valuit. Nostri modo ad Szjelniczam affiliati sunt *).

*) E gyülekezet pártfogóinak egyike, Jób Mátyás, ev. pap által kereszteltetvén meg gyermekét, Szkocskovszky György Ferencz, sz. annai plebános, a következő leveleket irta:

„Bona dies domine rector Lucae. Dicatis quod ego non consentiam ut praedicans baptizet sine necessitate, cum sint hic sacerdotes parochi: verum ego tamquam parochus ordinarius sacerdos in absentia mei do omni sacerdoti parocho, ut valide et licite baptizet meos parochianos, et quibus consensum praebeo in gravi necessitate et periculo. Hoc noto: est casus theologicus, non autem praedicanti haeretico licentiam praebeo. Non invadat messem sine mea licentia expressa et scripta, servetur ritus et rubrica ecclesiae sanctae matris romanae. Et sic praedicans non maculet infantes sine necessitate, praevalent enim domini omnes catholici et in hoc primatum habent, qualis ordo servatur in baptizando in necessitate, hic autem nullam necessitatem invenio, nisi contemtum haereticorum contra ecclesiam pugnantium. Et sic admodum reverendi domini parochi sacerdotes omnes

21) Omnium Sanotorum

Ecclesia cum Ludrova et utroque Selmecz prope Rosenbergam sita, cujus templum hodie etiam superest, Rosenbergae affiliatum. Pastor ecclesiae Joannes Fabricius anno 1620. aetatis 87. hic mortuus est. Nostris anno 1673. ademta Joannem Petrovics habuit minístrum. Sub priori revolutione Matthias Messko, sub ultima Christ. Plochius, in rosenbergensi synodo praesens, ecclesiam docebant.

---

habent a me licentiam expressam, uti S. Mariae, tarnóczensis, kvacsanensis S. Crucis, bodiczensis et alii. Die 22. oct. 1719. in S Anna. Georg. Franc Szkocskovszky sacerdos p. S. Annae."

A másik levél :

„Praenobilis ac generose domine et parochiane mihi observandissime Miror, quod generosa dominatio vestra tanta horrenda praejudicia faci non tamquam fidelis judlium inclyti comitatus, verum directum contem rem se contra sacrum mandatum caesareum declarat et rebellem sanct matris ecclesiae romanae se osorem demonstrat, et ordinem ecclesiastic turbat, et suam eminentiam primatem regni despotice spernit et me pe bus ordinarium parochum conculcat, cujus scitu, licentia et auctoritate haereticum praedicantem suum infantem ad maculandum et contemnend curavit deportari, insalutato et contemto suo ordinario parocho sacerdc nec licentia, nec consensus, nec commissio a me est petita baptizandi, i stolaría praevíe deposita, absque ulla gravi necessitate periculi, et sic i valide, nec licite haereticus praedicans baptizavit infantem sanum, con mnendo ritum et intentionem sanctae matris ecclesiae et Christi, in praes tia tot sacerdotum et digniorum catholicorum virorum. Ego theologicum canonicum casum suo loco promovebo et praedicantem mores una docel Maneo ejusdem ordinarius parochus Georg. Franc. Szkocskovszky ad Annam.

Qui fraudulenter et dolose facit, non est dignus officio
Die 24. oct. 1719. in S. Anna in Liptó.

NB. Quod non sit dignus tali modo officio, in cancellaria movebo ennae etc.. Pro suo lubitu et voluntate et libertate sine judicio qui fa male facit. Sutor non ultra crepitam et sic ordo non est turbandus, qu servare ecclesia et deus praecipit et mandat, certe istum nequam praedic tem mores docebo, idiotam et hebetem unum rebellem.

„K ü l c z i m: Praenobili ac generoso domino Matthiae Joob lut rano haeretico p. t. judlium comitatus liptoviensis, domino et parochis meo observandissimo ad proprias manus tradantur. In Proszék (Másolat ból a pozsonyi ev. lyceum könyvtárában).

22) **Szmrecsán.**

Id pervetustae familiae Szmrecsányi honori scribendum aequitas deposcit, quod a tempore reformationis ad nostram aetatem duae domus illius fidem nostram profiteantur. Vicecomites Szmrecsányi, anno 1623. Petrus et anno 1643. Joannes, maxime pater horum, Petrus, beneficiis in ecclesiam inclarucrant. Inter pastores memoriae commendantur anno 1584. Nicolaus Ladislai, Christ. Petrovicsius, anno 1640. hic sepultus, anno 1641. Paulus Fasko, 1643. Matthias Petrovics, 1670. Georgius Gobius, 1685. Andreas Trizna, 1706. Th. Schusnay.

23) **Sanctus Stephanus.**

Seculo sexto decimo in longo usu exercitii religionis permansit sub pastoribus : Georgio Melekis, Stanislao Belziczky, Georgio Czebani, Balthasare Clementis et Jacobo Blasio. Jus patronatus fuit penes dominos Okolicsányi, qui et in comitiis anni 1687. de restituendo templo laborabant. Hodie non amplius existit possessio, quia anno 1716. die 16. aug. gelu inauditum fruges omnes destruxit deditque occasionem dilabendi ob famem incolis, unde Sanctus Stephanus congelatus audit.

24) **Strba** (Csorba).

Dum sit proxima ecclesia ad scepusiensem comitatum, prioribus seculis fraternitati superioris Poprad conjuncta fuit. Anno 1645. peste grassante et pastorem, Joannem Dulium, sepelivit. Persecutione generali templo occupato, minister, Andreas Ocsoviny, latens ecclesiam pavit. Inductis plebanis nostri batizfalvensi ecclesiae adhaerebant, tandem anno 1784. privatum exercitium religionis, quod inchoavit reverendus Josephus Fornet, obtinuerunt.

25) **Tepla.**

Diversis vicissitudinibus propter terrestres dominos conspicua. Ant. Pribisch, circa annum 1560. ejusdem pastor, ordines, ut loquimur, sacros Tyrnaviae suscepit, profitendo religionem lutheranam, qualis submissio apud romano-catholicum clerum magnum

illi favorem conciliavit. Valuit gratia et apud reverendissimum vicarium archiepiscopi Nic. Telegdy, a quo sigillum quoque anno 1575. pro fraternitate hac impetrabat. Hunc excepit anno 1580. Balthasar Hrochovszky neosoliensis, anno 1590. Joannes Gallovi-czius, anno 1599. Martinus Mokoschinus, ut alios taceamus. Ex patronis maximus fuit magnificus dominus Casparus Horváth de Végla, ex cujus prognatis Franciscus et Sigismundus abducti a nostris sacris, cum praejudicio aliorum patronorûm, cooperante domino Ladislao Kubinyi, anno 1640. templum, parochiam et proventus occupabant; reliqui patroni Nicolaum Molitoris ministrum in propriis fundis collocarunt, divexatus interim per servitores domini Francisci Horváth, dimitti debuit. Anno 1644. princeps Transylvaniae huc arma proferens jussit nostros, reoccupent templum, cui illocarunt ministrum Beniaminem Carbonarius; recedente principis potestate anno 1646. iterum romano-catholici occupant, imo effecerunt, ut licet per pacta et acta diaetae restitutio decreta sit, tamen ex articulis regni anno 1647. exmissum fuit. Igitur mox in comitiis anni 1649. nostri status impetrant, decernatur articulo 11. his verbis: „Tepla in liptoviensi ex articulo 6. anni 1647. exmissa per inadvertentiam, restitutis templis adnumeretur.“ Legali hoc beneficio stabant ad annum 1673., quo Michael Institoris pastor captivus ad arcem scepusiensem deductus, templum et alia occupata. Sub motibus Tökölianis ministro Israeli Orlich nostri sacra committebant, quem dum dominus Joannes Dvornikovics persequeretur, anno 1685. 28. nov. a duce belli, Aenea Caprara, protectionales literas hujates implorabant; neque talibus leniebatur dominus praefectus, quoad adflictionibus summis subditos ad sacra romano-catholica perduxisset. Filias habuit Lazi, Madocsány, Kelemenfalva.

26) **Trstenno**

Seu Nádasfalva, distinctus vicus ab arvensi Trsztena. Tenuis, sed perantiqua quoad ecclesiam possessio. Anno 1580. Blasium Weiss, anno 1610. Andream Crellium, anno 1660. Davidem Buday, anno 1673. Joannem Holéczy cum omnibus libertatibus sacris, ejectum, habuit praecones. Patroni fuere nobiles Baán. Jalócz filialis Vrbiczam nunc evangelici recognoscunt matrem.

27) Vázsecz.

Quoad ecclesiam scepusiensi fraternitati super Poprad incorporata fuit prioribus seculis, integra permanente superintendentis partium harum in eam jurisdictione. Hinc intelligas, cur in indicibus per Lányium superintendentem ordinatorum pastores hujus scripti adsint, et quidem 1617. Tobias Christophorides; 1645. peste grassante amisit Danielem Albini, quem praecedebat in munere Georgius Stranovius. Praeter hos observasse sufficiat duos, seniores simul fraternitatis superioris Poprad, 1654. Paulum Simonides, 1707. Sebastianum Duranik. Sub imperio Josephi II. libertate religionis donati primum Adamum Stevonka, jam Joannem Ursini habent ministrum.

28) Vichodna.

Dotata per magnificam dominam Magdalenam Zay, mater constituta seculi prioris initio. Continuabat munificentiam in eam et dominus Nicolaus Orlé, dominus in Liptó-Ujvár, praesertim anno 1615. Georgium Sartorium suis impensis in ministrum ordinando. Post hunc magnifici domini Osztrosith patrocinabant ecclesiae, sub quibus hic praedicabant 1645. Nicolaus Nicolaides, 1647. Nicolaus Veredary, 1665. Georgius Vínodius. Hunc exulem 1673. cum lacrymis amiserunt, simul et templum. 1705. Joannem Kurtini pastorem sustentabant ad annum 1709., quo per commissarios ad liptovienses per ducem Heisterum missos, utpote Danielem Neffczer et Szuchodolszky cum ignominia ejectus, imo et supellectili omni spoliatus fuit.

Sectio III.

De ecclesiis in aulis.

Magnatibus et nobilibus in regno hoc in arcibus et solitis residentiis pro ritu suae professionis oratoria habere et ministros sacrorum intertenere diu liberum fuit; quare et hujus comitatus nobiles durante persecutione atque amissis templis, utebantur eodem jure. Brevissime attingamus talia loca:

1) Andrásfalva.

Habet residentias praenobilium Pongrácz, qui in capell tibus suis posita ab anno 1675. concionatores suos libere usque ad annum 1715., quo restricti sunt.

2) Benedekfalva.

Detrich, Kiszel et Luby familiarum liberalitate erect pellam atque usum exercitii religionis habuit ad annum 171 tinuatum.

3) Bertalanfalva (Nizsné Dechtáry).

Perantiqua familiae Kubinyi hereditas, in cujus resi domo dominus Michael Kubinyi sub decursum seculi praec habuit ministrum.

4) Bobrovnik.

Itidem capella provisum adflictis temporibus sacris lit

5) Dluhá Lúka.

Dominorum Khebritsch residentiae accersitum, cum sub decennali persecutione retinuit.

6) Hrádek.

Seu Liptó-Ujvár, arx per duo secula superiora a domi kosianis, Zay, Orlé, Osztrosith, possessa, quorum singuli ev fuerant; sub finem praeteriti et initium praesentis seculi ma dominus Matthias Osztrosith ministrum aluit ad annum vitae, qui fuit 1703.. Paulo ante Samuel Antoni, tandem Cs superintendens, hic aulicus pastor, hinc ad hibenses sub seculi praecedentis evocatus.

7) Kokova.

Ejusdem nobilis gentis de Ghiletincz sumtu positam c inaedificatam habuit, in qua itidem sub persecutione docuit evangelii.

8) Likava.

Arx, cui frequenter illustrissimus Stephanus Illésházy palatis, cum consorte sua, Catharina Pálffy, aulicos inducebat pastores; is successor, magnificus dominus Casparus plerumque eam inhabat domesticosque aluit sacrorum ministros circa annum 1640. seqq.. Idem fecit magnificus dominus Stephanus Tököly.

9) Nádasfalva.

Praecluso templo, capellam aperiebat aulicam ministro sacrom, jussu familiarum Baán, Szmrecsányi et Pothurnyay ad annum 15. possessam.

10) Okolicsna.

Scholam nobilium et templum munificentia dominorum Okocsányi in gremio sui intertenebat. Hic sub divexatione decennali que ad annum 1687. docuit reverendus Matthaesius, postea nagylugyensis rector.

11) Pothurna.

Sub iisdem adflictionibus ad annum 1705. sumtu dominorum ulicum habuit.

12) Német-Poruba.

Provisa capella dominii retinuit usum religionis ad annum 715.

13) Selmecz (Nagy).

Hic dominus Joannes Rakovszky anno 1687. intertenebat nistrum.

14) Szent-Iván.

Dum templum praeclusum habuisset, domini de eadem in relentia sua ab anno 1705.—1714. utebantur in sacris jure suo. De praemisimus quaedam et in parte generali.

III.

COMITATUS ARVENSIS.

PARS GENERALIS.

§. 1. Constat civibus patriae, hujus etiam comitatus statum initio seculi XVI., durantibus inter duos reges Hungariae bellis, fuisse miserrimum; eadem miseria haud pauca adtulit, quae res ecclesiae effecerunt prosperas. Milites, quos reges terris his induxerunt, cum aliis mediis, augebant in animis incolarum desiderium cognoscendae emendatae religionis. Illorum praecipuus fuit magnificus dominus Nicolaus Kosztka de Zedlicz, circa annum 1530. arvensis capitaneus, confessor et propagator ecclesiasticae doctrinae, quod in comitatu trenchiniensi demonstrabimus. Odio bohemico in clerum fervens, neque arvensium plebanis parcebat, quod dum et in scepusiensi frequenter effudisset, depopulator et tyrannus cleri communiter appellatus fuit. Paulo post subintrabant aliis partibus Ferdinando addicti, ex quibus nobiles silesii domini Zmeskal, quos dum rex ob fidelitatem quibusdam donasset possessionibus, illi subditos religione, quam colebant, beabant et per secula protegunt. Laudanda hic esset et doctorum evangelii industria, qui primi fuerant, sed nomina illorum ob defectum protocollorum, in scriniis occultis latentium, taceamus necesse est. Certum id est, sedatis inter duos reges bellis, comitatum hunc sub potestate fisci regii fuisse, quare semina reformationis, intra magna impedimenta, non facile crescebant; dein messis, quod paucis comitatibus evenit, insperata eaque largissima contigit beneficio altissimi!

§. 2. Anno namque 1556. dominus magnificus Franc. Thurzo, relicto nitriensi episcopatu, cui ab annis plus minus viginti praefuit, ducta uxore, emit a rege arvensem dynastiam; firmata emtione, renovatae per Lutherum doctrinae liberum cursum in his oris admisit promovitque, imo exemplo proprio tantum amoris erga illam instillabat, ut singuli nobiles incolaeque, cum plebanis simul, quorum tum parochiae per integrum comitatum sex solum numerabantur, repudiatis causis ignorantiae evangelii, constanter eandem professi sint. Marcellus circa annum 1560. vicearchidiaconus, pastor kubinensis, inexhausti laboris vir, nutu praefati magnatis, plurimum meruerat de

ovatis ecclesiis et reductis parochis. Ex his speciatim Casparum llárik, plebanum in Zsaskó, in tantum erudivit, ut auxilio librorum ɔs facile meliora docere potuerit. Vita quidem durante domini ancisci Thurzó, qui anno 1576. obiit, singula, quae bonum eccle- ıe ordinem spectabant, dum regni officiis *) immersus fuisset, quaquam perfecta sunt; posteri ejus coepta pastoris optimi sum- ı prudentia et munificentia complebant **).

§. 3. Magnificus dominus comes Georgius Thurzó, Francisci ius unicus, anno 1567. die 2. sept. mensis in arce Lietava natus ıdem sub tutela vitrici, tum per Hungariam eruditissimi, domini nerici Forgács, religionis evangelicae protectoris, in salutem pa ae ac ecclesiarum enutritus, comes perpetuus et dominus arven- hereditarius, ultimo regni palatinus, quantopere commodis evan- licorum hic etiam profuerit, pro dignitate meritorum describere is non licet. In libertatem per totum regnum repositam evange- ım ecclesiam sepivit constitutionibus etiam solnensis synodi; ia beneficia et arvensibus, auctis numero ecclesiis, propria effecit speciatim templa noviter erecta fundabat, ruinosa restituebat, neis docentibus, factis magnis sumtibus in eos, quos in academiis bat, succurrebat, ut talia infra attingemus brevissime. Jus hoc ronatus magna pietate exercebat, post fata mariti, domina Elisa- ha Czobor, tum praesertim, dum jussu regis, quod sine exemplo , supremi comitis arvensis dignitate conspicua fuisset. Filius uni- ıa, Emericus Thurzó, paternae religionis et singularum virtutum culum clarissimum, redux anno 1616. ex academia vittebergensi, et qua rector magnificus praefuit, anno 1617. die 15. mart. in gyfalu in supremum comitem arvensem ordinatus, tandem in comi- Neosolii anno 1620. habitis in protectorem evangelicorum electus, ad anno 1622. 19. die jan. in sacello arcis Árva sepulchro illatus set, quantum factis ostendit in religionis protectione zelum, vel tissima immatura mors, ab odio in fidem ejus profecta, acerbum testimonium ***). Arvenses sane habent, quod in laudibus pa- nis de gente Thurzóiana referant cum poeta:

*) Vid. Tolerantiam seculi XVI. meam p. 60..

**) Conf. orationem funebrem comiti Georgio Thurzó dictam per Je- iam Spiegel, praepositum kembergensem, editam Vittebergae anno 1618..

***) Vid. orationem funebrem comiti Emerico Thurzó dictam per re- endissimum superintendentem Melchiorem Rohács anno 1622..

Haec domus in nostram gestans pia pectora gentem,
Non paucas donavit opes, vasa aurea, fundos,
Unde sacri coetus debitis proventibus aucti.

§. 4. Per illustrissimos Thurzónes jactas hic existentium ecclesiarum fortunas, tandem firmabat deus per fidelem suum servum comitem Casparum Illésházy, ultra annos viginti hujus et vicinorum comitatuum supremum comitem, repurgatae religionis summum protectorem*). Cura hujus patroni, dum fuerit magnas auctoritate et honoribus percelebris, in perturbatis etiam patriae rebus, arvenses utebantur summa quiete quoad ecclesias, moderante, absente saepe comite, sapienter singulis rebus domino vicecomite Lazaro Grozith de Thura et Mokrágy. Ad hanc felicitatem id etiam plurimum conferebat, quod comes Stephanus senior Tököly, per Catharinam Thurzó heres, exsolutis aere plerisque heredibus, comitatus maximam partem tenuerit, itidem patronus nostrorum exstiterit **). Domino comite Illésházy anno 1649. die 11. apr. funere elato, mox romano-catholici in regni comitiis primam proferebant nomine arvensium querelam, nullum in integro comitatu romano-catholicum sacerdotem interteneri et plebem causa juvandarum animarum in Poloniam proficisci debere. Illustrissimus dominus Stephanus Tököly, supremus comes arvensis et bonorum ad arcem spectantium supremus director, regni legibus non obligatus, requisitione tamen regis Ferdinandi III. pacis causa parere volens, in tribus locis, utpote Oravka, Jablonka et Rabcsa, loca pro exstruendis templis romano-catholicorum anno 1651. exscindenda curabat, ut infra exponemus.

§. 5. Inducto romano-catholicorum sacerdotio in oram arvensem, mox quaedam contagio corpori evangelico parabatur. Quidam etenim ex plebanis, persecutionis studio inflati, nostros ademtione templorum terrebant, alii jurgiorum causas seminabant, praesertim illi, qui destinati ad comitatum, fixum mansionis locum paratum non invenerant. Praefatus comes cum aliis nobilibus per dominum Joannem Guzith, arcis capitaneum, motibus et accusationibus finem facere intendebat, nihilominus anno 1655. in co-

*) Plura de hoc in comitatu trenchiniensi sequentur.

**) Eruditionem comitis hujus cognoscimus ex orationibus in heidelbergensi academia habitis, et laudibus ei scriptis per dominum Danielem Tossanum in Disputat. de recta reformatione ecclesiarum praefatione, editionis anni 1597. Heidelberg.

mitiis accusati, mala imminentia avertere non poterant, imo via facti anno 1666. occupatum in possessione Oravka templum tristes intuebantur. Etiam reliquorum templorum possessionem, aegre satis, ad tempora decennalis persecutionis dictus comes protegebat. Hic tandem suspectus infidelitatis in regem, insperate per ducem exercitus Sporkium in arce Árva obsessus, sibi optime conscius, negotium cum nominato duce de contestanda fidelitate sua tractare incepit, mox anno 1670. die 3. dec. aetatis anno 49. moritur *). Fato patris territus, dominus Ambrosius Keczer unigenum filium comitis Emericum ad tutiora promovit, tres filiae Viennam missae, bona fisco adjecta. Illustrissimus dominus comes Draskovich comitis supremi dignitate hic auctus, nostras ecclesias adhuc pacatas permittebat; plebani iterum multiplicati illis inhiabant. Quare

§. 6. Anno 1672. mense junio gravissima decennalis persecutio hic initium habuit. Praefectus namque arcis ad querelas plebanorum primum pastorem trstenensem captivum in arcem duxit; tandem mense novembri, sublatis tumultibus, per Picam rebellem excitatis, singuli pastores periculum cum suis ecclesiis subivere. Lokcsensis, nizsnensis captivi facti, kubinensi et velicsnensi, simul cum diaconis, post direptam supellectilem, exilium indictum; reliqui singulas res praedae relinquendo, cum gravi periculo tutiora loca quaerebant. His peractis, in parochias et templa evangelicorum manu militum induct sunti plebani, imo statim promulgata prohibitio, ne audeat quisquam sub amissione bonorum et vitae pastorem lutheranum hospitio excipere, per comitatum integrum. Tristissima haec fata ultimum facile excidium adtulissent evangelicis (per integrum decennium namque citabantur, milite impellebantur ad sacra, reluctantes exilio mulctabantur, quoad religionem mutarant), nisi fideles pastores, viis occultis subintrando, gregem fidei suae verbo et sacramentis aluissent.**)

§. 7. In comitiis anni 1681. Sopronii habitis religionis exercitium in hoc etiam comitatu restrictum ad duo loca, in Felső-Kubin et Isztebne; vix eodem inchoato supervenit dominus Emericus Tököly

*) Comes hic Stephanus junior, a tenellis in sacris nostris educatus, strenuus fidei defensor fuit, ut scribit Christ. Parschitius in Dissert. de justificatione, edit. an. 1665. Rostochii. Habet de eodem plura Sammuel Pomarius in Gewissen zwang. l. II. p. 82..

**) Conf. Hungar. Predicant. Unschuld p. 106. sqq.

cum male contentis, atque in templum kubinense, velicsnense, zsask viense, duboviense, turdosiense, cum fine anni 1682. et initio sequei tis, pastores induxit; reliqua, utpote: Námesztó, Trsztenna, Lestyin Nizsna, Jablonicza, Subarx *) statim ministros habere non pot rant. Revolutionibus durantibus fata variabant harum ecclesiarum tandem anno 1686. et sequenti per dominum comitem Georgiu Erdödy, qui usus est opera dominorum Nicolai Pongrácz et Alexa dri Reviczky, ejectis ministris, iterum ademtis singulis templis, a articulare nostri restricti sunt. Sub Rákóczyanis motibus anno 170 quaedam ecclesiae resumebant usum religionis exercitii, sed priv tum solum, quoad in szécsényiensi conventu male contentorum r stris decreta fuissent restituenda templa in Alsó-Kubin cum filiat Knyazsa et Puczó, in Velicsna cum filia Zazriva, in Zsaskó, Dubo Nizsna et Trsztenna. Sopitis tumultibus anno 1709. tali usu priv saepius, praesertim in diaeta anni 1715. restitutionem instabs inductis ponderosis causis, quod nimirum in ecclesiis occupatis p cissimi essent romano-catholici; duas articulares ecclesias tai millibus evangelicorum non sufficere; loca talia esse plerisque motissima, imo ab eis frequentandis per plebanos vi prohiberi; vana fuit querela, potius divexationes titulo stolae, apostasiae al que ex praetensionibus in tantum creverant, ut integrae eccles nostrae modis illegitimis ad sacra romano-catholica traductae f rint. Plebanorum trsztenensis et turdosinensis technas durissimas actis pestiensis commissionis descriptas tristes legimus **). Inhi talia diducere dolor. Augusti Josephi II. tolerantia, qua semimoi respirare coeperunt, excitati arvenses, aedificatis in Velicsna Alsó-Kubin templis, jam in summa quiete felicissimum regin aulae regnanti comprecabuntur.

§. 8. Superstitionum mole liberatae ecclesiae arvenses, ju regum, per decursum seculi decimi sexti, archiepiscopi jurisdicti subjecti, multis modis aggravabantur, relicta eisdem una libert in subordinatione, ut e medio suorum pastorum vicearchidiacoi delectos habere potuerint. Ex his eruderare licuit nomina sequ tium: Michael Marcelli anno 1566. parochus kubinensis, 15

*) Árva-Váralja.

**) Mind a kettőről lásd: Monumenta evang. aug. conf. Hung. historica. II. köt. 270. s. k. l..

Michael Mokoschinus pastor velicsnensis. Post lege regia admissam subordinationem superintendentesque delectos, quos in trenchiniensi comitatu dabimus, comitatus hujus ecclesiae habebant suos seniores, qui plena jurisdictione ecclesiastica ad normam legum fraternitatis anno 1595. sancitarum, hic moderabantur rebus ecclesiae. Ordo surrogationis eorum, qui votis ministrorum perficiebatur, iste est:

Anno 1600.—1635. Nicolaus Baticius, pastor in Velka.
1635. David Eliae, pastor kubinensis.
1648. Samuel Chalupka, pastor kubinensis.
1649. Georgius Raphanides, pastor in Dubova.
1704. Matthias Petrovics, pastor in Kubin, mox in Lestyine, ubi obiit anno 1713..

Post longiorem officii talis vacantiam, adfulgente quadam quiete evangelicis, anno 1744. die 14. jan. moniti per superintendentem districtus posoniensis, liptoviensis et arvensis quatuor ecclesiae articulares in contubernium seu senioratum unum coalescebant, delecto in seniorem Joanne Textoris, Nagy-Palugyae ministro verbi dei, et conseniorem Daniele Bodrovini isztebnensi. His fatis functis, imo adversis fatis ecclesiae crescentibus, iterum in silentio gemebant, quoad illuxisset aetas tolerantiae, cujus initio iterum uniti cum liptoviensibus, eodem in directione utuntur seniore.

§. 9. Arvensis licet arvus sterili horreat avena, proferebat tamen seculo XVII. fructus literarum acceptos. Alsó-Kubin et Velicsna, ut per vires licuit, sustentabant alumnos deditos etiam majoribus studiis. Prior ex docentibus habuit anno 1580. Martinum Rozinszky, anno 1609. Nicolaum Hrabeci, 1616. Georgium Misovicz, 1618. Joannem Okraczky, 1622. Georgium Jeszenszky, 1640. Matthiam Urbanoviczius, 1646. Stephanum Scholius, 1650. Georgium Sartorius, 1667. Joannem Mensatoris, ultimus ex doctoribus Zacharias Petrovicsius; posterior simul cum nobilitate adjacente, musarum docentes aluit; quorum quosdam per reverendum Matthiam Schulek collectos in serie annorum retinemus: anno 1568. clarissimus Paulus Fabricius, 1580. Daniel Mensatoris, 1588. Andreas Lihany, 1600. Nicolaus Baticius, 1611. Nicolaus Hrabecius, 1630. Joannes Urbanovics, 1640. Andreas Matthesius, 1644. Stephanus Scholius, 1646. Casparus Zelenikius, 1660. Joannes Lindary, 1664. Esaias Rotarides, 1668. Stephanus Clementis, 1670. Georgius Nicolaides, pulsus cum musis ex agris arvensibus.

Pars specialis.

Sectio I.

De ecclesiis in oppidis.

1) Árva.

Arx et oppidum adjacens unam olim constituebant ecclesiam. Illustrissimus comes Georgius Thurzó reaedificata arce, ad splendorem hujus, praedicationem evangelii necessariam reputavit; quare anno 1611. die 15. mensis maji, inquit in Diario suo Závodszky, solenni ceremoniarum ritu, in arce Árva sacellum denuo exstructum et adornatum dei optimi maximi honori et cultui dedicandum et consecrandum curavit. In pastorem coetus nobilioris delegerat comes Michaelem Crispini, celebrem scholae bitschensis rectorem; hoc Solnam translocato, Georgium Grossmann, anno 1614. Adamum Corodiny; post fata magni patroni vidua ipsius, domina Elisabetha Czobor, anno 1618. ex schola banovicensi Danielem Paulini ministrum praefecerat. Patrona recedente Trenchinium anno 1620. comes Emericus M. Gregorium Lányi delegit, quem Michael Sinapius, Martinus Levius, Georgius Tranoscius, Martinus Sinapius exceperant. Hic jussu comitis Stephani Tököly in oppidi parochiam illocatus, Martinum Kurany et Joannem Petrovics habuit successores, capella autem arcensis administrabatur per concionatores, saepe cum domino patrono habitationem mutantes, inter quos celebriores fuere: Nicolaus Clementis, anno 1658. Joannes Andreae, anno 1668. M. Adamus Lazius, antea collegii eperjesiensis eloquentiae professor publicus, ut testatur applausus votivus per collegas eperjesienses eidem Lazio dicatus. Anno 1620. die 3. dec. mortuo comite, jam ob insimulationem conspirationis obsesso, mox in captivitatem ducta est omnis hic libertas religionis atque subsequente anno plebanus illocatus. Sub tumultibus mater haec ecclesia cum filia simul Pribiss dicta, kubiniensi aliquamdiu adhaerebat, in plenum usum amplius nunquam reposita.

2) **Kubin** (Alsó).

Oppidani emortuo plebano, Josepho Faki, de renovatae religionis exercitio pridem solliciti, reverendum Marcelli circa annum 1558. in parochiam illocarunt, cujus opera ex toto repurgata ecclesia in tantum crevit, ut alter pastor, Matthias Kollár, anno 1583. Balthasarem Schreter*) teutoliptschensem Vittebergae in diaconum ordinandum curare debuerit. Ampla hic pace perfruebantur cultores Christi atque sub pastore Davide Eliae, qui 35. annis ecclesiae praefuit, suis sumtibus aedificatum in Alsó-Kubin templum anno 1630. perfecerant. Usus illius imperturbatus fuit ad annum 1672. quo ejecto reverendo Stephano Mensatoris, simul et diacono Isaco Hieronymiades, dominus C. Sporck plebano, Martino Pongrácz, resignabat libertates. Anno 1683. feria novi anni subintrante domino Emerico Tököly comitatum, profugo plebano, nostri ex Lestina advocatum Matthiam Petrovics illocabant parochiae; fatis belli idem anno 1686. ejectus, iterum anno 1703. introducebatur, et quidem ad curiam prius, tandem post conventum szécsényiensem anno 1704**) in templum; in matre et filiabus perdurabat usus ad annum 1709. 2. sept., quo tempore per comitis Georgii Erdődy directorem dominii Árva pastor pulsus, tertium rediit ad Lestyine, ecclesia autem recipere debuit plebanum Martinum Koron. Gemebant pressi hic evangelici usque tempora tolerantiae, cujus beneficio fruuntur exoptato cultu religionis sub pastore Beniamine Uhlary ab anno 1783.. Erant autem filiales ejus : Felső-Kubin, Puczó, Knyázsa, oratoriis provisae; ad haec Zaszkál, Mokragy, Jelsova, Jaszenova, Medzibrogy et Lestyine.

3) **Námesztó.**

Jussu comitis Georgii Thurzó mater ecclesia declarata primum pastorem anno 1612. induxit Joannem Neborovinum, annis 34. optime de eadem meritum. Stephanus Boczko, qui illum exceperat, a novo vicino rabcensi plebano accusatus, in exilium anno 1656. abire jussus est; ecclesiae causabat multas adversitates, qui-

*) Hornyanszkynál idézett m. 105. l. : Schrötter.

**) Hibásan 1705. helyett.

bus immersa aegre perstitit, reducto eodem, ad annum 1672., quo pastor cum diacono, Joanne Levi, in fuga salutem quaerere coactus, res suas et ecclesiam praedae plebani reliquit. Revolutionibus male contentorum perdurantibus, anno 1683. Georgium Pixiades, anno 1704. Matthiam Klacsany, et anno 1706. Andream Hrusovszky, ex monacho dominicano archiepiscopi colocensis sacellanum, Martinopoli per superintendentem Stephanum Pilárik inauguratum, pastores induxerant, mox cum omnibus libertatibus male vindicatis ejectos. Filiales duae habebantur, Zubrohlava et Veszele. Prior anno 1648. oratorium posuit, in quo quavis quarta dominica sacra habebantur; posterior anno 1654.. Praeter has accedebant pagi, ut regestra superintendentiae habent: Jaszenicza, Vaszillo, Bobrovo, Vavrecska, Szlanicza, Lomna, Polhora, Rabcsa. Porro id fideliter observandum habeo, Veszelovam seculo XVI. inter sex matres ecclesias comitatus hujus numeratam fuisse et anno 1602. Thomam Johannidem parochum, Venceslaum Tobiadem diaconum adhuc habuisse; quo facto in filialem degeneraverit, id non invenio.

4) Trsztenna.

Cum adjacentibus pagis, utpote: Lieszek, Brezovicza, Vitanova, Csimhova, Vlkanovecz, Szuchához, Oszada, Oravka, Hámri, Usztya, ampla ecclesia in visitatione anni 1706. per superintendentem Krmann, simul cum omnibus ministris ejus, quorum praecipui: anno 1611. Martinus Jesztrabinus, 1647. Joannes Fabianus, 1654. Georgius Stranovius, descripta habetur. Summa ei pax ad annum 1672. perdurabat; tum reverendus Joannes Andreae alias Kardos per arcis praefectum primum ad arcem Likavam, vice altera Árvam ut captivus deductus, auro captivitate redemta ad Rima-Brezó in Kis-Honth delatus, e longinquo captivam ecclesiam deplorabat. Armis Tököly anno 1683. subacti comitatus hujus oppidi incolae recipiebant pastorem Michaelem Institoris, quem Joannes Lapsanszky et Nicolaus Pongrácz ad annum 1685. acriter persequebantur, imo sequenti anno jussu comitis Georgii Erdödy cum plebano permutabant. Ultimis tumultibus Joannes Neumann, Nicolaus Cervinus in pastorem assumtus ad annum 1709. perdurabat; tandem abducta fuit ecclesia ad sacra romano-catholica.

5) **Thurdosin.**

Seu Tordos, superioris districtus oppidum, a temporibus reformationis mater ecclesia. Ex pastoribus ejus Martinus Intibus et Georgius Kurkoviczius, tandem anno 1593. Velicsna per comitem Georgium Thurzó pulsus, Jeroslaus Urbanovics praecipui seculo XVI. fuerunt. Habent post hunc singulos pastores regestra superintendentum, quos brevitas non admittit recensendos. Anno 1669. Georgius Sartorius pastor mortuus. Anno 1672. persecutione invalescente Jonas Gastri fuga elapsus, plebano ecclesiam et res suas reliquit. Templa habuit alterum muratum, ligneum alterum. Ultimis revolutionibus prius nostris assignatum fuit, in quo per brevem moram docebant anno 1683. N. Baptisanus, anno 1686. Jonas Gastri, 1703. Joannes Neumann simul trsztenensis, ultimo Matthias Klacsany, anno 1709. actus in exilium *).

6) **Veliosna** (Welká, Magnavilla).

Inter primas, quae sacra repurgata receperant, ecclesia; deficiunt documenta, ex quibus depromere quidquam liceret de ejus primo reformatore. **) Hoc invenio anno 1567. scholae rectorem fuisse Paulum Fabricium, quem post decennium in schola expletum anno 1578. 12. febr. Vittebergae sacris perficiendis inaugurandum curabant oppidani. Succedebat huic anno 1580. Michael Mokoschinus, ab anno 1576. diaconus teuto-liptschensis, qui anno 1583.

*) Possessio Rabcsa, filia ad Thurdosin, ad annum 1651. gaudebat pace cum matre. Ast siquidem a seculo romano-catholici in hoc comitatu nullum sacerdotem habebant, id eis dolorem expresserat, quoad effecissent in comitiis anno 1655., huc primus illocetur; incolae diu resistebant denegando hospitium; territi poenis per constitutiones diaetae, adurgente comite Stephano Tököly, tandem fatis cedebant simul cum Oravka et Jablonka.

**) Circa annum 1527. cognitione evangelii perpurgati oppidanos hos illuminatos fuisse ex illis cognoscas, quae adducit clar. Vallaszky in Consp. hist. litt. p. 135. †) de Tobia Baticio velicsnensi. Anno 1548. Michael Marcell parochus oppidi hujus, qui apud Ferdinandum I. antiquorum privilegiorum oppidi confirmationem in persona exoperatus est, sine dubio postea in Kubin reformator fuit, ut connotatum accipio a rev. domino Matthia Schulek velicsnensi.

†) A második kiadásban 177. lapon.

Jacobum Schuller in suum deligebat diaconum. Ex multis hujus pastoribus celebres prae aliis fuere : Jeremias Sartorius, Joannes Nostitius, Nicolaus Baticius, et Matthias Petrovics. Hic anno 1672. initio persecutionis decennalis, aere redemta facultate emigrationis, cum diacono Stephano Clementis exul, ut tum erant tempora, anno 1683. inductus, iterum anno 1686. ejectus, anno 1703. iterum reductus, tandem in exilium duxit libertatem exercitii anno 1709.. Illuxit afflictissimis oppidanis gratia Josephi II. augusti anno 1784. quo reverendo Samueli Durco administrationem ecclesiae concredebant. Feliciter! Olim ecclesia numerabat filiales multas, de quarum ademtione legas querelam in actis diaetae anni 1681.. Harum Zazriva anno 1658. accipiebat in commissis, vetus templum pro sepultura honestorum relinquat, aliud amplius aedificet. Et siquidem in altari undecim solum apostolos depictos conspexit visitator superintendens, duodecimum addendum mandabat. Aliae fuere : Zabres, Poruba, Geczelfalva, Isztebne, Parnicza, Zaklabova, Orvisna, Bisztérecz et Benyó-Lehota.

Sectio II.

De ecclesiis in pagis.

1) Dubova.

Ultra-arcensis, circa annum 1610. auxilio patroni comitis Georgii Thurzó positis aedificiis parochialibus a matre sua recessit accepitque proprium pastorem reverendum Szopoczi, quem excipiebant : Stephanus Boczko, Georgius Raphanides. Perstitit in felici exercitii usu usque ad annum 1672., quo Georgius Raphanides pastor et venerabilis fraternitatis senior vi ejectus fuit per romano-catholicos atque in exilio apud thuroczienses anno 1674. obiit. Anno 1682. propagatis armis Tökölyi intrabat ecclesiam pastore carentem reverendus Michael Kromzay, qui post tres annos per praesidiarios arcis rerum suarum direptionem passus, per plebanum Mariásy, auxilio banderii, etiam in arestum deductus fuit. Mox depositis pecuniis redemtus, exulavit ad liptovienses. Idem evenit initio seculi nostri Andreae Fabricio pastori, qui anno 1708. per plebanum ex-

turbatus est. Filiales habuit Lehotam et Chlebniczam; haec aedificatum anno 1647. oratorium die 13. oct. per superintendentem Kalinka inaugurabat.

2) Jablonka.

In terminis Poloniae, itidem jussu praefati comitis fundata, Balthasarem Valentini radvanensem primum pastorem habuit. Post hunc Matthiam Migra, anno 1616. ordinatum, Martinum Levi, Michaelem Sztankovics, Venceslaum Adami, et Joannem Zahora ministros regestra superintendentum adscriptos habent. Urgentibus statibus romano-catholicis, imo rege Ferdinando III. locus pro templo romano-catholicorum anno 1655. per comitem Stephanum Tököly consignatus fuit, a quo tempore primus hic plebanus Joannes Schechovicius multas nostris inferabat vexas, quoad persecutione invalescente, anno 1672. praefatum pastorem Zahora ejecisset, templum occupasset. Sub revolutionibus ejectus pastor redibat, restrictis ecclesiis iterum penitus amotus.

3) Isztebne.

Longo tempore velicsnensis filia, jussu regio tandem anno 1681. inter articulares ut mater declarata, Stephanum Clementis acceperat pastorem, pulsum Velicsna, iterumque anno 1682. et 1709. reductum moxque eodem ad Isztebnam redeuntem, cui ad annum 1713. praefuit, quem sequebantur: Daniel Bodroviny ad annum 1747., Joannes Tonsoris ad annum 1773., Stephanus Doloviczény ad annum 1780., Joannes Zubek ad annum 1784.. Modo praeest ecclesiae Andreas Urbanovics. Perdurante clade rei evangelicae per seculum fere in comitatu multis millibus animarum ecclesia haec et Lestyina refugium exstitit. Satis praeterea divexata et hodie viget; velit optime ei deus!

4) Lestine.

Ad Kubin antea filialis. Uti quidem initio reformationis opera dominorum Zmeskal prima hospitium dederat docentibus primis ita fere toto comitatu anno 1673. pulsos ministros saepe sinu suo tenebat. Praenobilis dominus Jacobus Zmeskal ab ecclesia velics-

nensi exulem Matthiam Petrovics a sacris habuit, quoad effectum, ut anno 1688. ecclesiae juribus locus donatus fuerit *). Pastor praefatus sub tumultibus bis ad Kubin inductus, iterum huc redire debuit; sopitis illis, sub tutela familiae Zmeskal, Mesko et aliarum, magno adjacentium commodo sustentabatur ecclesia et quidem per ministros post Petrovicsium anno 1713. donatum, filium ejus Zachariam, anno 1740. Martinum Mudrony, anno 1785. Andream Farbaky.

5) Lokosa.

Sita in superiori comitatus districtu, sub dominio illustrissimi comitis Georgii Thurzó, suum anno 1611. Ladislaum Lúcze primum accipiebat pastorem cum filiabus Babin, Hrustin et Kruszetnicza, quarum oratoria anno 1666. Joachimus Kalinka superintendens consecrabat. Anno 1653.—1660. docuit hic Nicolaus Clementis. Anno 1672. minister Joannes Frölichius cum diacono Elia Ursiny, vi parochi submoti, imo in arce captivi, ecclesiam et res suas direptas deplorabant. Initio hujus seculi filialis Hrustin aedificata parochia recipiebat Andream Fabricium, sub quo superintendens Krmann visitaverat ecclesiam; sed annus 1708. excidium adtulit exercitio.

6) Nizsna.

Instructa per dominos patronos reditibus, deligebat initio seculi decimi septimi pastorem Georgium Francisci, postea Georgium Philippi et anno 1653. Martinum Panificis; tandem Matthiam Urbanovics persecutio anno 1672. inchoata in vincula conjecit, parochiam plebano occupante. Ab anno 1683. ad 1686., ut fecerant omnes ecclesiae, ministrum Joannem Buris reposuerat; idem attentabat et anno 1704. Matthiam Klacsany assumendo, sed post quadriennium, ut lex patriae poscebat, suppressa est.

*) In comitiis anni 1681. et 1687. destinatus fuit locus pro articulari ecclesia in Felsö-Kubin, sed dum familiae Kubinyi et Mesko de exscindendis locis necessariis convenire non poterant, tandem nobiles Zmeskal in Lestina promte talia exhibuerunt et superveniente regis commissario, comite Georgio Erdödy, confirmationem juris publici exercitii illius anno 1688. obtinuerant.

7) Oravka.

Anno 1614. mater ecclesia constituta, inchoabat sacra publica sub ministro Blasio Sztrazeniczky auxilio maxime officialium arcis, dominorum Stephani Kusith, Georgii Abaffy, et Joannis Skrabák. Alter ex ministris anno 1640. evocatus Joannes Voloschinus superintendentem Kalinka anno 1647. visitantem salutabat. Tandem repetita vice rex et status regni romano catholici adurgebant illustrissimum Stephanum Tököly, bonorum arcis Árva supremum directorem, locum pro templo romano-catholico hic etiam exscindendum curet. Assignato plebanus non contentus vi nostrum anno 1661. occupavit, Andrea Matthaeides pastore existente. Vide Acta diaetae anni 1655., 1662..

8) Zsaskó.

Antiquitus fundata, tempore reformationis ita felix erat, ut per proprium plebanum ad nostra sacra accedentem, circa annum 1558., utpote Casparum Kolárik, tenebris subducta fuerit romanis. Eodem anno 1580. hic mortuo, incolae fideliter inhaerentes coeptis, fideles semper habebant pastores, quos nominant regestra superintendentum hac serie: ad annum 1588. Jeroslaus Urbanovics, ad annum 1611. Sigismundus Chalupka, ad annum 1618. Joannes Okruczky, ad annum 1629. Thomas Dorotitius, ad annum 1649. Joannes Zitkius, ad annum 1658. Matthias Urbanovics, Martinus Kuranius, Stephanus Scholius, Georgius Stranovius ad annum 1672., quo Stephanus Dianovszky vi ejectus est. Sub turbis regni nostri consectabantur usum anno 1683. Michaelem Institoris et iterum anno 1705. Georgium Zolensem*) inducendo ministros; verum tristis aetas illum sustulit. Haec etiam tandem anno 1791. vigore libertatum regni lege confirmatarum induxit ministrum Andream Holéczy, scholae velicsnensis antea rectorem. Filiam habuit Valaszka, Dubova.

Sufficiant haec in praesens, satis magno labore eruta, ob defectum arvensium protocollorum ecclesiasticorum, quae inquirant alii.

*) Hornyanszkynál i. m. 281 l.: Zolnai.

IV.

COMITATUS TRENCHINIENSIS.

PARS GENERALIS.

§. 1. Nulli parti Hungariae cessit facilius opus reformationis, quam comitatui huic. Paulo ante initiis purioris religionis per fratres bohemos, sibi in Moravia vicinos, lingva et moribus conjunctos, assveti, illucescentem lucem evangelii promti admittunt incolae. Singula fata, quasi conjunctis consiliis, quae proveniebant, idem opus trudebant mox ad perfectionem. Lutherus anno 1535. dextram fraternitatis dictis fratribus exhibuit, recognoscendo veritatem eorundem dogmatum; accessit itaque trenchiniensibus occasio major et libros et doctores recipiendi. Ferdinandus rex multos ex Bohemia et Moravia fratrum ministros ejecit; nostri carentes propter fata belli aliis, tales amplectebantur. Nicolaus Kosztka, multarum possessionum dominus, ut statim subnectemus, amore religionis, a romano-catholica diversae, captus, manum protegentem reformatoribus addebat. Episcopus nitriensis, cujus jurisdictio ecclesiastica huc extensa fuit, nulla impedimenta ponere potuit, dum animo in repurgationem propensus fuerit, imo mature satis ipse eandem veritatem professus. Igitur reformatores facile progrediebantur in exstirpandis superstitionum radicibus. Initia posuit anno 1525. Basilius Modonius in Banovicz oppido; sequebantur alii turmatim. Paulus de Hunicsova bohemus Drietomam; Georgius bohemus Szoblahoviam; Valentinus Otypky Bradnam; Joannes Schindler Beczkoviam; Turman Szelecz, Bierovecz et plures; Obora Szucsam; Joannes Polák Bolessoviam; Joannes Kulhajka Lúkam, alii alias, infra in suis ecclesiis adducendi, purioribus sacris donabant. Sufficiat nobis protocollorum ecclesiasticorum partium harum testimoniis innixis id cognovisse, ad annum 1564. singulas comitatus trenchiniensis ecclesias sacra tenuisse lutherano-evangelica.

§. 2. Qui oculos reflectit ad civilia fata, facilius cognoscet externi status ecclesiarum hujus comitatus laetam faciem. In duas partes regni Hungariae imperium divisum fuit initio reformationis;

mox Ferdinando I. regi, mox Joanni Zápolyae et hic comitatus parebat. Uterque illis, quos suarum partium esse voluit, multum indulgebat et in rebus sacra spectantibus. Inter praecipuos armis et divitiis valentes magnates, hic fuit dominus Nicolaus Kosztka de Zedlicz, dominii Lietava, Rajecz et plurium possessor. Placuit diu eidem sequi partes Zápolyianas et dum abominabatur romano-catholici cleri dominatum *), evangelii doctoribus impense favebat jamque anno 1530. portae arcis lietaviensis propugnaculo incisa reliquit verba Esai. 40. „*Slovo Hospodinovo zustává na veky.*" Hic magnam partem comitatus incolarum ab omni vi ob acceptationem renovatae doctrinae liberam effecit; imo ita felix in successore deligendo fuit, ut repudiatam dignitatem episcopalem, vivus adhuc in defensionem lutheranorum commutatam conspiceret. Magnificus namque Franciscus Thurzó ab anno 1534. episcopus nitriensis et camerae regiae praefectus, relicto anno 1556. episcopatu, quam diu animo tenebat, publice professus est fidem evangelico-lutheranam ac ducta **) in uxorem Barbara Kosztka, dum plurimum apud imperatorem Maximilianum et Rudolphum valeret, omne malum ab evangelicis avertebat ***). Hoc anno 1576. mortuo, magnificus dominus Emericus Forgács alteram ejus uxorem, Catharinam Zrinyi, ex qua natus fuit anno 1567. comes Georgius Thurzó, duxerat, quo nexu tutor constitutus et pueri Georgii et ecclesiarum in ditionibus singulis, mox supremus comes comitatus constitutus, ad annum 1583., quo mortuus, curam gessit diligentissimam, alioquin illa aetate inter magnates regni dominus literis clarissimus †). Plures jam etiam excitaverat tempore hoc deus patronos in comitatu hoc, quorum praecipui : magnificus dominus Stephanus Dersfy de Szerdahely, dominus in Sztrecsen, anno 1568. funere elatus, cujus filii, ut ad

*) In XXIV. regalium plebanorum matricula pag. 69. sqq. latro et tyrannus plebanorum appellatur.

**) Id cognoscere licet ex inscriptione sepulchrali in templo rajeczensi arci vicino existente, quae sequitur : „*Magn. Franciscus Thurzó de Bethlemfalva. C. Arvensis et Dnus in Letava monumentum hoc amoris memoriaeq. ergo uxori suae fidelissimae dilectissimaeq. Barbarae Kosztka de Zedlicz piisq. ejus parentibus Nicolao Kosztka et Annae Russav, qui in Domino sub hoc tumulo una quiescunt, moerens dolensque statuit An. MDLXI..*"

***) Cf. Tolerantiam meam p. 60..

†) Familiam et merita ejus fusius habet descripta Petrus Albini in vita Jacobi despotae Moldaviae typis edita 1587. Vitteberg.

Solnam dicemus, abducti a nostra religione, patrem his versibus epitaphii orrandum voluerunt:

Et CLarVs genere et beLLo speCtabILIs heros
De SerDheL StephanVs regna sVperna Capit!

Joannes et Ladislaus Bánfy de Alsó-Lindva, possessores dominii Beczkó, a munificentia in ecclesias et studiosos literarum saepe in Indicibus ordinatorum Vittebergae laudati; illustrissimi domini liberi barones Zay, Petrus, Laurentius, Andreas, Joannes, ab anno 1547. evangelii ad nostram aetatem amatores constantissimi in successoribus suis; comes Georgius Zrinyi anno 1564. supremus comitatus comes; magnifici domini Joannes Osztrosith, 1549. supremus comitatus comes, Andreas item et Nicolaus Osztrosith de Ghiletincz*) custos coronae; domini Ungnad, Jakusith, Révay, Madocsányi, Szúnyogh, Petróczy, singuli per decursum seculi sexti decimi magnae auctoritatis in hac ora, simulque externae pacis ecclesiarum studiosissimi. Seculum subsequens si nullos ex praefatis familiis in commoda pacis ecclesiae habuisset, Thurzónes, Illésházyi, Osztrosithii, diu superstites, vi patriae legum sufficiebant. Magnificus dominus Stephanus Illésházy, anno 1549. Thoma Illésházy genitus, primi conjugii nexu, duxerat etenim relictam domin Nícolai Dersfy, herois in hoc comitatu potentis, filiam domini Petr Erdödy, saepe hic agebat, tandem anno 1586. supremus comitatu comes, qua evangelii protector ab omnibus recognoscebatur. Hero hic ille est, cujus religionis et fidelitatis tota Hungaria vivet memoi ob conciliatam pace viennensi anno 1606. facta libertatem evange licam, legibus regni signatam, quam Matthias II. rex nuntii roma pontificis, cardinalis Melini persvasionibus nunquam admisisse nisi Illésházy difficultates prudenti vigilantia perrupisset. Merit huic aequalis tum fuit et comes Georgius Thurzó, demortuo anr 1609. Illésházyo etiam regni palatinus, in hoc comitatu multaru possessionum dominus, qui sapientibus consiliis et multis vigili perficiebat publicam ecclesiarum pacem. Nutu ipsius anno 160 pastores trenchiniensis tractus Solnae congregati libellum suppl cem adornabant, quo in comitiis liberationem sui a jurisdictione r mano-catholici cleri et facultatem superintendentes habendi cons cuti sunt pro omnibus Hungariae ecclesiis. Sane cherubinus eccl

*) Conf. Postilla Stöckelii edit. ann. 1595. in praefatione.

liae merito compellatus est noster comes, ut publice*) superintendens Abrahamides professus est: „Acri namque studio propagandae verae de deo doctrinae flagrabat, templa et oratoria sumtu magnifico vel nova fundabat, vel vetusta squaloreque ruinosa restituebat, ecclesiarum et scholarum necessitatibus succurrebat, alumnos quotannis liberali sumtu foris domique alebat.“ Horum successores, comes Casparus Illésházy et comes Emericus Thurzó, nihil negligebant, quod harum partium ecclesiis pacem augere firmareque potuit. Hic in comitiis neosoliensibus protector evangelicorum per Hungariam delectus, nisi mature e numero vivorum anno 1621., ut in comitatu arvensi occurrit, sublatus fuisset, spem de se conceptam implevisset; ille magno trenchiniensium etiam commodo ad annum usque 1649. virtutibus et dignitatibus in regno celeberrimus, abunde ecclesiis opitulabatur**). Minor hujus filius Georgius, vivente patre, a nostris descivit sacris; major illustrissimus dominus Gabriel etiam jesuitarum illecebris irretitus anno 1650. Tyrnaviae religionem mutaverat; tandem illustrissimae Evae Széchy, consortis, labore reductus, feria Thomae professus est veritatem evangelicam illiusque nutritius perstitit omnibus vitae suae annis.***) Illustrissimi Stephani Osztrosith filii, Nicolaus, Paulus, Matthias †), barones Zay multique alii inferius in ecclesiis laudandi, tandem turbari coeptas res evangelicorum, ut licuit, fideliter protegebant. Studium illorum interruptum, jam subintrantibus comitatum jesuitis, amplius fixam pacem ecclesiis efficere non poterat. Nunc primum regnante augusto

---

*) Vid. orationem exequialem comiti Georgio Thurzó in templo bitschensi habitam per Isacum Abrahamidem, editam typis anno 1617. Leutschoviae in 4.. Item protocollon venerabilis fraternitatis comitatus hujus.

**) M. Zacharias Lányi in Strigilis Kircherianae praefatione, edita anno 1641. describit.

***) Conf. Joanni Institoris dictum panegyricon, edit. an. 1661.; Oration. exequial. Evae Széchy, D. Gabrielis Illésházy consortis ... Andr. Horváth edit. Trench. 1655. in 4.; item Currum Jehovae Steph. Pilárik edit. an. 1674. p. 18. sqq.. Hic comiti morienti adstitit. Fallitur anonymus Fragm. hist. cassov. edit. p. 414., qui comitem rediisse opera jesuitarum scribit; alter ille fuit Gabriel.

†) Conf. orat. exeq. magn. Paulo Osztrosith. dictam per Mart. Tarnóczy, editam Trench. 1652.; item ejusdem Schematismum in funere illustr. Nicolai ... anno 1660. productum.

Josepho II. mitescere debent intentata mala, restitutisque ecclesiis privatis, illuxit exoptata externa quies, lege regni 1791. per Leopoldum augustum firmata.

§. 3. Comitatus hic tot sensit funestas ob religionem conversiones, ut multorum incolarum dispersio jacturam etiam publici boni facere debuerit. Ex infinitis evangelicorum calamitatibus quasdam solum easque brevissime adponamus, institutum nostrum admittit. Impedimenta initiis reformationis posita per regem Ferdinandum I., venerabilem clerum, dominos arcis Sztrecsen Dersfyos, dum facile superata fuerint, non libet attingere; de quibus status regni evangelici in comitiis querulabantur divexationibus, ut publicas. plerumque verbis actorum diaetalium subnectemus. Archiepiscopus strigoniensis Pázmán, episcopus nitriensis Valentinus Lépes agriensis Georgius Jakusith, in dominiis suis, speciatim in Biskupicz, Apáti, Drietoma, in bonis Oroszlánkő post annum 1617. coercionatores nostros ejiciebant, subditos ob religionem indecenti ratione tractabant. Exemplis animatus comes Nicolaus Eszterházy platinus, in bonis arcis Bicse; dominus Daniel Eszterházy in dominiczensi; magnificus dominus Paulus Serényi in Csicsmán, magnificus dominus Stephanus Veselènyi in Sztrecsen, dominus Franscus Révay in Lietava, dominiis occupabant templa*). Ex occupatria solum durantibus comitiis anni 1647., utpote in Alsó-Hricz Jeszenicz, Predmir, restituta fuere. In quibusdam locis, ubi pr manibus catholicorum remanserant, alia aedificata, vigore artic 10. anni 1647.. In episcopalibus autem possessionibus plerumque religione minis abducti sunt. Multo major subsequebatur paulo p persecutio Illésházyana, Nádasdyana. Illustrissimus comes Franc cus Nádasdy, judex curiae regiae, cum comitibus Paulo Eszterhá et Nicolao Draskovics, manu armata in dominiis suis circa annu 1660. multa templa adimebant, pastores ecclesiarum exagitab vexis, libros et vestes eorum comburebant**). Comes illustrissim Georgius Illésházy cum consorte, illustrissima Maria Forgács,

*) Vid. acta diaet. an. 1647. et Kazy in Historia universitatis tyrnaviensis p. 249. sq..

**) V. acta diaet. an. 1662. et Steph. Pilárik Currum Jehov cap. 17., ubi observat: dum jussu comitis Nádasdy libri pastoris comburtur, charta ardens in sinum comitis decidit; morio adstans igni dicebat „Dic comes, quando te ita diaboli in inferno assabunt, quid tum senties?"

nior Gabriel Illésházy anno 1661. jesuitarum consiliis acti, quam late patebat dominium illorum, subditis religionis causa summas causabant divexationes; quod et Franciscum de Réva, archiepiscopum Szelepcsényi et plures fecisse, in comitiis anni 1662. nostri querulabantur. Multum adtenuati evangelici facile tandem persecutione decennali, potentia jesuitarum dilatata existente, opprimi poterant. Postquam anno 1673. superintendens Joachimus Kalinka, cum quibusdam ministris Posonium ad delegatum judicium citatus, reversalibus in exilium subscripsisset, statim subsequebatur magna ecclesiarum strages, singula templa per ducem exercitus dominum comitem Strassoldo, ademta, ministri citati alii, alii dilapsi. Tristissimam cladem hanc augebant varia poenarum genera, quibus per decennium ad sacra romano-catholica cogebantur pastoribus suis destituti incolae. Cognoscuntur miseriae illorum ex scriptore romano-catholico, Stephano Dubniczay, qui illas, ut suos laudet, describit in Metamorphosi fidei orthodoxae in comitatu trenchiniensi edit. an. 1737. Cassoviae in 8.. Adflictissimi evangelici supplices in diaeta (et in commissione pestiensi) sopronienses remonstrabant, templa in oppidis Puchó, Csácsa, Beczkó, in possessionibus Kis-Ugyicza, Marikova, Lednicze, Kocskócz, Kochanócz, Halusicz, Melcsicz, Lieszko et Hanzlikfalva sacellum, propriis evangelicorum sumtibus esse haud ita pridem aedificata: sed caruerunt preces effectu *). Sub disturbiis prioris et hujus seculi vicissitudines et receptarum ecclesiarum usum poenitet adnotare, infra potius suis in locis indicandum; illis suppressis magis recrudescebant mala. Commissio Erdödyana anno 1688. eadem incommoda hic quoque intulit, quae in comitatu Liptó exposuimus, simul vero excisionem locorum pro templis, regni legibus anno 1681. assignatorum, Trenchinii, in Szulyó et Zay-Ugrócz definiverat. A frequentatione horum templorum paulo post arcebantur multi extranei, vestibus spoliabantur, conjiciebantur in carceres atque omnis generis calamitas eis augebatur ob religionem. Commissio cameralis sub illustrissimo Joanne Fronek anno 1696. et sub Pinneo initio seculi nostri durusque agendi modus illustrissimorum comitum Erdödy **) praesertim Solnae et vicinis locis, fata causaverunt tris-

*) Conf. acta pestiensis commissionis.

**) Gabrielis Erdödy episcopi agriensis vita ed. Cassov. continet ejus tales laudes.

tissima. Et quis persecutionis anni 1733. per dominum Ladislaum Mattyasovszky in Lednicz, Puchó, Lúka, Lisza, Lás et aliis locis comitatus hujus sine lacrymis reminiscitur? Singulas tales divexationes *), quae saepius intimatorum regiorum interpretatione dubia inductae fuerant, mandato tolerantiali, his abrogatis, subticemus jam, laudando deum, qui Josephum II. augustum in solatia adflictissimorum trenchiniensium etiam, implevit clementia, qua donati, in novis oratoriis, in precibus pro augusto permanent, in aeternum!

§. 4. Primis reformationis annis non statim licuit reformatoribus omni dominationi romano-catholici cleri, quod reges vi legum dominantis religionis nolebant, se subtrahere; quare subesse episcoporum et archidiaconorum jurisdictioni nitriensi et hos oportuit, salvo tamen permanente religionis usu atque cum eodem connexis singulis ceremoniis et consvetudinibus. Nostri parochi e numero suorum candidatos deligebant tres, hos repraesentando petebant, unus ab archidiacono romano-catholico constituatur vicearchidiaconus ex illis, pleno jure dirigendi fratrum coronam; acceptis literis denominationis instituebant convocationem, in qua novus vices gerens fraternitati fide promittebat, se in religione repurgata cum fratribus concordem futurum, contra contubernii privilegia cum archidiacono nihil suscepturum seu praeter leges fraternitatis se nihil effectui daturum **). Erant autem contubernia fratrum seu fraternitates tres, quas, ut in regestris visitationum superintendentalium cum specificatione ecclesiarum occurrunt, exhibeo :

---

*) Conf. Hist. univ. tyrn. Kazyi p. 265. de missione lednicensi.

**) Sub patrocinio summi patroni in partibus his eruditissimi hac aetate comitis Emerici Forgács omnes pastores ecclesiarum comitatus trenchiniensis convenerant Trenchinii et leges numero 27. anno 1580. die 9. oct. sanciebant, ut legimus in protocollo superioris districtus antiquo p. 64. sqq.. Divisa fraternitate superioris et inferioris districtus ecclesiae suas accipiebant auctas leges; inferior quidem tractus anno 1590. mense jan. tales publicabat; superior autem anno 1600. 12. febr. in congregatione Bitschae celebrata. His subscripti adsunt praeter pastores serie sua, comes Georgius Thurzó, N. Dersffy, Sigismundus Balassa, Moyses Szúnyogh, Jeremias Pongrácz, Theod. Szirmiensis, Joannes David de Szentpéter, Joannes Hrabovszky, Franciscus Eszterházy. Pretium operae esset singulos hic adscribere, brevitas instituti tamen non admittit.

I. Venerabilis fraternitas districtus superioris trenchiniensis.

Ecclesiae : Bitscha, Solna, Ujhely ad Kiszuczam, Teplicza Varin, Roszina, Hricsó, Visnyove, Trnovo, Lietava, Konszka, Pauba (?), Rajecz, Frivald, Domanicz, Szúlyó, Predmir, Bisztricze, Puchó, Ugyicza, Jeszenicz, Stavnik, Lúka etc..

II. Venerabilis fraternitas districtus inferioris, trenchiniensis.

Ecclesiae : Szlopna, Viszolaj, Kocskócz, Bellus, Kossa, Velká, Poruba, Illava, Dubnicza, Csácsa, Tepla, Msena, Dobra, Trenchin, Szoblaho, Miksova, Lehota, Turna, Birócz, Szelecz, Beczkó, Halusicz, Melcsicz, Kochanócz, Drietoma, Szucsa, Nemsova, Bolessó, Pruszka, Lednicze etc. (alias povasiensis fraternitas).

III. Venerabilis fraternitas gradnensis.

(Saepe audit transmontana vel bánóczensis), cujus ecclesiae : Motesicz, Bobóth, Szlatina (Drzeticze malé), Dezsér seu Dezsericze, Podluzsán, Pruzs, Uhrócz (Zay-Ugrócz), Bánócz, Pravoticz, Bielicz, Zsámbokrét, Nagy-Osztraticz, Peicuani (Pjechó?), Chlivén, Gradna, etc..

His moderabantur sub jurisdictione episcopi existentes vicearchidiaconi seu seniores evangelici, quos eruderare licuit :

In districtu superiori anno 1570. Andreas Schindler, pastor trnovensis.

1578. Joannes Gvidonius, pastor Lietavae.

1580. Franciscus Dropkinius, pastor predmiriensis.

1583. Petrus Berger, pastor bitschensis.

1593. Albertus Husselius, pastor Bitschae.

1596. Paulus Miticenus, pastor puchoviensis.

1598. Joannes Nostitius, pastor bitschensis.

1609. Lucas Lányi, pastor Bi-
tschae.
1604. Samuel Paulini.

In districtu inferiori anno 1550.—1590. Laurentius Koczauriensis, presbyter in Drietoma.
1591. Nicolaus Polák, presbyter in ecclesia Bellus.
1594. Michael Zabanius, parochus trenchiniensis.
1606. Florianus Duchon, parochus trenchiniensis.
1607. Joannes Lasitius, parochus illaviensis.

In districtu gradnensi anno 1606. Michael Lazany, pastor bánóczensis.

Sub tali romano-catholici archidiaconi regimine nostri pastores, non obstante eo, quod suos habuerint vicearchidiaconos, frequenter injuriis afficiebantur. Quoties census cathedraticus de lege regni archidiaconis, tanquam visitatoribus deponendus, sive decimae vel aliae exactiones, penes inaugurationes novorum parochorum solitae, persolvebantur, toties novae exagitationes inventae sunt, praesertim quoad ministri evangelici ordines sacros a capitulis petere cogebantur. Omissis ordinibus capituli, apostatae audiebant, conjugia, liberi, uxores illegitimae proclamabantur, atque aliae contumeliae in dies auctae, ultimo et jura vicearchidiaconi denegantur. Frequenter auctis injuriis, interponebat petitionem dominus comes Georgius Thurzó, pastorum patronus, datis ad Marcellum Nagy archidiaconum literis, praesertim demortuo vicearchidiacono Miticeno. Dominus Nagy anno 1598. die 24. jun. datis respondebat, se nulla ratione persvadere potuisse episcopo nitriensi, ut hominem diversae religionis vicearchidiaconi dignitatis honore et officio pateretur defungi. Acceptis literis, iterum argumentis minantibus adgressus est comes praefatum abbatem *), quibus effecit, ut fratres parochi hanc literam legere potuerint :

*) Literas tales produxi in Tolerantia seculi XVI. p. 103. et Ribiny l. c. part. I. p. 535..

NB. Literae hae videantur in Ribinyi Memorab. aug. conf. p. I. 535.. Haec erat ultima archidiaconi in hoc comitatu constitutio sui vicegerentis; nostri namque talibus vexis episcopi Forgács incitati, sub protectione magnatum comitatus hujus dominum Florianum Duchon seniorem plena potestate in inferioris districtus fraternitate, et Samuelem Paulini viceseniorem in superiori deligebant, spe pleni de eliberatione sui a potestate cleri romano-catholici. Talem eliberationem, ut supra observavimus, dum in comitiis regni anno 1608. accepissent, priusquam de electione superintendentum et constituenda norma regiminis novi agere poterant, anno 1609. die 21. jan. Bitschae congregati in seniorem districtus superioris eligebant reverendum Eliam Lányi, pastorem bitschensem, in districtu gradnensi Georgium Piscatorem, gradnensem pastorem. Interea comes palatinus Georgius Thurzó, Moschoviae primum initiis deliberationum factis, Solnam indixit 10. comitatibus synodum evangelicam *) et quae salutaria ecclesiae Christi judicabat, cum deputatis utriusque ordinis viris, novae subordinationis fundamenta jecit.

§. 5. Per evangelicam constitutionem, ecclesia Solnae in delegatismembris praesens, primam directionis potestatem superintendentibus attribuit. Horum dioecesibus seu districtibus limitatis, comitatus hic cum liptoviensi et arvensi proprium dum obtinuisset ejus successores longa serie in gremio suo habuisset, ordinis deposcit ratio, brevissime tales hic in conspectum ponamus. Fuit ex his :

I. Elias Lányi.

Thurocziensis, in neerensi et alnoviensi scholis prius docuit, tandem anno 1596. ecclesiae moschoviensis simulque anno 1602. fraternitatis thurocziensis senior, pastor inclaruit. Anno 1608. Bitscham translatus, mox 1610. 30. martii in synodo solnensi in superintendentem inauguratus. Quanta ei fuerit fidelitas, prudentia, eloquentia, saepe in synodis, praesertim anno 1616. Bitschae habita, in qua Joannes Moschovinus ob Photii errorem proscriptus fuit, vir hic

*) De hac egit ven. Ribiny p. I. p. 371. sqq. et Jonas Csernák Tridua. nus, acta synodi solnensis in manuscripto reliquit. Legas acta synodi, quae in comitatu posoniensi dabo.

magnus palam fecit, imo et in libris publicatis *) posteritati reliquit, mortuus anno 1618. die 5. nov. in majori templo bitschensi sepultus acet. Ordinavit pastores num ero 55.**)

II. M. Joannes Hodikius.

Thurocziensis, pastoris tóth-prónensis filius, Vittebergae, sumtibus per comitem Stanislaum Thurzó donatus, studiis percultus, redux Semptae et Bitschae majores scholas, tandem trenchiniensem ecclesiam gubernabat. Mortuo Lányio superintendente vicini cum consensu comitum Emerici Thurzó et Caspari Illésházy Trenchinium synodum convocabant, in qua anno 1619. 27. jan. in superintendentem consecratus, paulo post bitschensis pastor pronunciatur. Hic anno 1627. dominium arcis tenente regni Hungariae palatino, Nicolao Eszterházy, cum jesuita Hajnal habito de religione colloquio, exilium meritus est arbitrio dominii. Trenchiniensibus redditus magna cum utilitate publici gessit officium ad annum mortis 1642.. Octo superintendentes et 113. ministros ritu sacro pronunciavit ***).

III. M. Zacharias Lányi.

Apud thuroczienses, patre Elia Lányi, superintendente primo natus; impensis comitis Caspari Illésházy vittebergam adiit, redditus patriae Banoviczii, Trenchinii scholis, mox iterum Banoviczio pastor et senior fraternitati praefuit, quoad anno 1642. die 17. mart. per fratrem, M. Gregorium Lányi superintendentem in eandem dignitatem inauguratus fuisset, ad trenchinienses transvectus. Id dolorem maximum causabat ecclesiis, quod anno 1645. morte viro optimo privatae fuerint insperate. Scriptos per hunc libros supra citati recensent. Pastores numero 8. ordinavit †).

---

*) De his legendus rev. Horányi et ven. Paulus Vallaszky in Historia litter. Hung..

**) Láss többet róla: Monumenta evang. aug. conf. in Hung. historica 1. k. 10—15. ll..

***) Bővebb életirata ugyanott 16—19. ll..

†) V. ö. Ugyanott 19—21. ll..

IV. Joachimus Kalinka.

Rosenbergensis, ubi rector scholae, dein diaconus fuit. Illinc anno 1635. Rajeczium, tandem Illaviam qua pastor promotus, ecclesiam 30. annis docuit. In conventu banoviczensi anno 1646. 15. febr. per Gregorium Lányi et Danielem Dubravium superintendentes superintendens renunciatus est. In dicendis sacris sermonibus facundus existens, in comitiis regni statibus evangelicis a sacris frequenter adhibitus, quoad anno 1673. cum genero, Martino Tarnóczy, itidem superintendente, et 38. ministris, citatis Posonium ad judicium, in exilium subscripsisset. Intercessione sua elector Saxoniae, Georgius II., apud imperatorem Leopoldum aditum in patriam eidem exoperari voluit, necesse tamen fuit, Zittauiae exul anno 1678. sepeliatur. Conf. Tarnóczyi Threnographiam Kalinkianam. *)

Durantibus adflictionibus evangelicorum in Hungaria, et hae partes ad annum 1706. superintendente destituebantur, quo electus fuit in posoniensis, nitriensis, trenchiniensis, liptoviensis, arvensis, strigoniensis et comaromiensis comitatuum superintendentem

V. Daniel Krmann.

Ecclesiae solnensis pastor. Natus fuit anno 1662. in exilio reverendo Daniele Krmann pastore turopolensi **). In academiis sumtu magnifici domini Nicolai Osztrosith eruditus, Illaviae, Moschoviae scholis praefuit, anno 1687. Turolukam in locum patris pastoris officio admotus, diligenti opera miaviensibus complacuit. Ab his per praefectum Erdődyanum in carcerem cseitensem devectus, effugit iterum Vittebergam. Sopitis divexationibus, miavienses revocabant virum, a quibus anno 1703. Solnam evocatus. Hic anno 1706. superintendens delectus feliciter res evangelicorum moderabatur, quoad anno 1711. tertium Miaviam introductus esset, unde ad perpetuos carceres Posonium anno 1729. devenerat, in quibus anno 1740. decessit ***) atque solenni ritu in divi Martini templo ob ven-

*) Életrajza ugyanott 22—25. ll..

**) Igy turolucensi helyett.

***) Fusius haec leguntur in Memorab. ven. Ribiny p. II. pag. 341. sqq.. De singulis autem superintendentibus plura habet ven. Andreas Schmal in Vitis superintendentum.

ditatam conversionem per jesuitam Josephum Weismayr sum[illegible]u archiepiscopi sepultus fuit*).

Permissione regia accedente, nostri tandem pro quatuor s[illegible]-perintendentibus admissis quatuor efformabant districtus, quoru[illegible] posoniensi hunc addebant comitatum, quare reliquos superintende[illegible]-tes, comitatui nitriensi inscriptos, amplius non repetemus.

Subordinatos his seniores fraternitatum in hoc comitatu a[illegible]-nectamus, instituti ordo jubet. Hi fuerant:

In fraternitate superioris districtus:

Anno 1610. Samuel Paulini, pastor besztercensis.
1612. Stephanus Kruspir, pastor kiszucza-uj helyiensis per 24. annos.
1623. Martinus Intibus, pastor hricsoviensis.
1654. Elias Ladiver, pastor solnensis.
1672. Andreas Sartorius, pastor cassensis exul.
1706. Elias Lányi, pastor kiszucza-ujhelyiensis.

In fraternitate inferioris districtus:

Anno 1610. Joannes Lazitius, pastor Illavae.
1616. Samuel Paulini, pastor Dubniczae.
1622. Joannes Lévi, pastor trenchiniensis et dubniczensis.
1647. Jonas Hodikius, pastor trenchiniensis.
1657. Joannes Augustini, pastor dubniczensis.
1658. Samuel Chalupka, pastor trenchiniensis
1669. Joannes Sinapius, pastor trenchiniensis
1706. Samuel Michaelides, pastor trenchiniensis.

In fraternitate gradnensi transmontana:

Anno 1610. Georgius Piscator, pastor ecclesiae gradnensis.
1611. Joannes Blatnicius, pastor nagy-sztriczensis.
1615.—1628. Isacus Hodikius, pastor banoviczensis.
1636. Joannes Hrabecius, pastor zsámbokrétensis.
1639. Zacharias Lányi, pastor banoviczensis.

*) V. ö. Monumenta evang. aug. conf. in Hung. historica 1. k. 99.—102. ll..

Anno 1643. Nicolaus Molitoris, pastor gradnensis.
1648. Joannes Duraeus, pastor ugróczensis.
1651. Jacobus Hankovius, pastor banoviczensis.
1670. Joannes Hodikius, pastor ugróczensis.
1706. Casparus Visnovszky, pastor bobotensis, tandem dezsericzensis.

Restrictis ecclesiis per articulum 26. anni 1681. ad duo loca, ultra seculum nullus senior fuit in comitatu hoc, si demas tempora inquieta*). Redeunte tolerantia, his temporibus auctis ecclesiis, anno 1783. delegerunt omnes ecclesiae comitatus hujus unum seniorem, venerandum Joannem Zubek, pastorem ecclesiae trenchiniensis meritissimum.

§. 6. Mirabitur, qui fusius indagaverit, quod literarum cultura in hoc comitatu neglecta jaceat, quae seculis superioribus summo in flore fuit. Divexationibus propter religionem jactatus comitatus amisit scholas majores:

Trenchiniensem.

Quae in altioribus studiis tantos fructus tulit, ut plerosque docentes ejus eruditas dissertationes typis trenchiniensibus editas, per suos discipulos defensas, publicasse sit notissimum. Liberalitate comitum Thurzó et civium, post reformationis tempora, statim clarissimos habuit docentes, anno 1570. Petrum Boros, anno 1572. Nicolaum Colacini **), anno 1586. Joannem Prúno, anno 1592. Jeremiam Sartorius, anno 1595. Georgium Szopoczy, anno 1599. Alex. Szoczovinum, anno 1657. Paulum Bellobradenùs. Habet reliquos reverendus Klein in Biographia pastorum Hung. p. II. p. 423..

*) Anno 1743. in congregatione zay-ugróczienst superintendens Elias Mohl districtus trenchiniensis cum nitriensi unitis ecclesiis ordinem reddere voluit leges anno 1600. in districtu superiori trenchiniensi publicatas, reformatas iterum publicando; verum exiguus fuit coeptorum fructus, crescentibus restrictionibus per integram ecclesiam.

**) E tanárok szolgálatévei is mutatják, hogy tévedett Podhradczky József, midön az 1853-ki „Uj magyar muzeum“ VII. füzetének „A magyar tudományos intézetek hivatalos közlönye“ osztályában a 290. s k. l. 1572. s 1584-ki okmányokra hivatkozva, még ezen években is római-katholikusnak állitá a trencsini iskolát.

ditatam conversionem per je
archiepiscopi sepultus fuit *).

Permissione regia acced
perintendentibus admissis qua
posoniensi hunc addebant com
tes, comitatui nitriensi inscript

Subordinatos his seniore
nectamus, instituti ordo jubet.

In fraternitate superioris
Anno 1610. Sa
1612. Ste
hel
1623. Ma
1654. Eli
1672. An
1706. Eli

In fraternitate inferioris
Anno 1610. Jos
1616. Sa
1622. Jo
d
1647. J
1657. .
1658. .
1669
170

In fraternitate gra
Anno 16

1



*) V. ö. M
rica 1. k. 99.—1

Pars specialis.

Sectio I.

De liberae regiaeque civitatis Trenchiniensis ecclesia.

Trenchin urbs, libertatum antiquitate excellens, et meliores literas et repurgatam religionem ab initio reformationis ad hanc aetatem fovet liberalissime. Non suppetunt fontes, ex quibus depromere liceret, quo praecise anno reformationis opus inchoatum; ex libris ecclesiasticis vittebergensibus, quibus ordinati ad sacrum ministerium nomina scribunt, clare patet, circa annum 1550. in usu exercitii religionis evangelicae cives exstitisse, quod inde etiam conjicias, dum paulo post ipse magnificus dominus Franciscus Thurzó, ex episcopo nitriensi lutheranus factus, arcis possessor, membrum ecclesiae talis fuerit. Inter docentes ecclesiam, seculo sexto decimo, deprehendo anno 1580. Andream junior em Schindler, anno 1587. Nicolaum Baticium, qui auxilio illustrissimi domini patroni Emerici Forgács eodem anno Joannem Laziczky in diaconum delectum Vittebergam mittebat, anno 1591. Michaelem Zabanium, vicearchidiaconum, et anno 1596. Hieronymum Sartorius, reliquos protocolla habent. Initio seculi prioris in magnum florem evecta ecclesia et schola praesertim munificentia illustrissimi domini Stephani Illésházy et consortis ejus, Catharinae Pálfy, et quidem docente illam M. Joanne Hodikio, anno 1619., dum superintendens delectus fuisset, ad bitschenses translato. Ejectum Bitscha iterum suum constituebat ministrum et eodem moderante anno 1640. templum inferius dictum proprio aere exaedificabant, typographia aliisque literis civitatem exornabant. Accessit honori ecclesiae id etiam, quod demortuo Hodikio anno 1642. iterum tali dignitate auctum acceperint M. Zachariam Lányi. Post fata hujus comes Georgius Illésházy, existente pastore Jona Hodikio, jam pontificiis accersitus, jura ecclesiae turbare coepit tempore sepulturae filii, quem nostri cum ritu romano-catholico templo inferendum non admittebant. Nisi anni 1608. articulus 1. et transactio, quam ecclesia anno 1648. cum comitissa Helena Thurzó, relicta comitis Caspari Illésházy, iniverat,

familiae partem cryptae, sed absque jure patronatus in templum, cedendo, cives defendissent, facile majus discrimen, adnitente comite, suis libertatibus fuisset natum. Similis formae literis confirmabat mox anno 1649. et 1651. comes Gabriel Illésházy ecclesiae jura, quae postea non ita facile licuit comiti Georgio adgredi, quoad anno 1671. majora ausus, per constitutas jam in regno evangelicis technas, manifestam persecutionem inchoasset. Spretis eorum libertatibus, legibus firmatis, die 16. dec. assumtis satellitibus superius templum, itidem evangelicorum sumtibus reaedificatum, occupavit, atque subsequenti die M. Joannem Sinapium presbyterum, diaconum, rectoremque scholae domibus exturbavit; imo et inferius templum tandem sigillo obsignavit. Cives attoniti apud regem defensam petunt; id solum obtinent, in suburbio privatae domus aream instantibus admitti pro loco exercitii. Post sesqui annum et illo beneficio privati fuissent per colonellum dominum Collalto, nisi diaconum dimisissent et quod durius, reversalibus de non repetendis amissis templis subscripsissent. Sinapius die 25. aug. 1673. citatus Posonium, in exilio Halae Saxonum mori habuit necessum; cives autem per illocatum plebanum Nicolaum Trenchani dire exercebantur ob religionem. Animo relevati esse incipiebant, dum anno 1681. in comitiis fuisset decretum, civitatibus regiis loca pro templis, scholis, parochiis assignentur; usum vix ingressi, jam jussu comitis Strassoldo per praefectum arcis et civitatis, dominum Joannem Prosper Burgesel vexabantur, quae adversitas multum aucta exstitisset, nisi eam excelsum consilium bellicum, diligenter implorantibus civibus, stitisset et in privatis aedibus operante sacris reverendo domino Joanne Repaczio, usus exercitii perdurasset. Sub motibus Tökölyanis in exciso solum permanebant evangelici loco; tandem anno 1688., adprobante magistratu jam romano-catholico, quasdam inquilinarias domos emebant. Mox praesens comes Erdödy vi commissionis regiae pro oratorio, residentia praedicantis et schola spatium subdividebat; cives autem, ut citissime licuit, aedificia posuerunt. Anno 1697. alter, ut vocant, commissarius regius, dominus Joannes Fronek, induxit, stolam plebano nostri pendant, unum solum praedicantem admissum ex sua bursa solvant, in schola doceant solum trivialia, magistratus constet ex romano-catholicis; quare mox judex, Paulus Jeszenszky, diaconum, Samuelem Antoni, expulit, pastorem, Matthiam Michalovics, a stola inhibuit. Augebantur ve-

rationes et per tertium commissarium, illustrissimum dominum Joannem Szúnyogh, existente pastore Joanne*) Coledano, semperque in persona etiam hujus crevissent, nisi anno 1701. morte ereptus fuisset, per plebanum jussu magistratus sepultus. Infaustis turbis Rákóczyanis auctis, dominus praefectus munimenti Pfefferhof, contra hostem civitatem defensurus, anno 1704. 23. jul. suburbium, in eoque oratorium nostrorum exurenda curat atque partem superiorem curiae civitatis pro sacris evangelicis consignat. Hic deserti a ministro, Samuele Michaelides, ad cassenses abeunte, ab introductione alterius inhibiti, ad loca alia pro sacris transibant, quoad indulgente augusta Eleonora anno 1712. mense decembri exercitium in domus privatae area, ex Divék-Ujfalu advecto Joanne Blasio ministro, resumere licuit. Anno 1719. vexante eos praefecto praesidii, domino Moreli, implorabant protectionales, quoad exercitium; et iterum anno 1724. fraudibus jesuitarum proprietarii domo Kubinszkiana eos movere satagentes, dabant necessitatem impetrandi ab augusto conductionem alterius privatae domus, tum apud eos agente ministrum Matthia Prúni. Neque hic quieti ob frequentes ad regem delatas accusationes, pulsant iterum iterumque precibus thronum, tandem jam anno 1735. die 3. mensis sept. obtinent resolutionem, qua a solutione stolae plebano liberantur. Oratorium eis in loco anno 1688. emto, cum aliis aedificiis admittitur, cum illa restrictione, ne fine peragendarum functionum praedicantes civitatem intrent. Non quiescebant his lectis jesuitae, sed in comitatu alibique efficere non negligebant, suspendatur resolutionis effectuatio. Apud regem Carolum VI., iterumque apud augustam Mariam frequenter cives eatenus querebantur, ast nonnisi anno 1745. petitis potiuntur, mox anno 1747. subsequente inhibitione, ne alienigenae ad oratorium admittantur. Fatis functo ministro evangelii Matthia Augustini, ab anno 1732. hic operante, romano-catholici, querelis quatuor et decem Viennam missis, eversionem ecclesiae intendunt; nostri mox solide ad easdem respondent et intimato anno 1752. 8. oct. emanato, exercitium, quale habebant, cum facultate ministrum adhuc inducendi, consequuntur. Particula et zelus jesuitarum cives evangelicos et ministrum Eördög, tandemque filium praefati Augustini multis angoribus implebant; verum jesuitae prius suum, quam ecclesiae

*) Hornyanszkynál i. m. 269. l.: J o n a.

hujus experiebantur excidium, conspiciuntque omnes boni, venerabundi deum, pacem auctam trenchiniensium aetate nostra. Seculo praecedenti filiales erant: Zamarócz, Zablath, Riba, Orechó, Zlatócz; prima per jesuitas abrepta, ut habent acta diaetae anni 1662. pag. 114. Secundam et tertiam abripuit domina Clara Trsztyanszky, relicta domini Pauli Serényi; postremae per dominam Mariam Forgács, consortem comitis Georgii Illésházy occupatae. Nostro seculo ex Moravia et circumjacentibus 45. pagis huc populus pro sacris confluebat. Ex singulari regia gratia anno 1783. 20. nov. a stola plebano pendenda nostri liberati sunt et facultas plena ministerialia peragendi pastori concessa. Singula haec in compendium data, in documentis fidedignis, possidet ecclesia frequentibus divexationibus ad diligentem inquisitionem similium excitata.

Sectio II.

De ecclesiis in oppidis.

Tota haec ditio, evangelicorum olim sedes, in oppidis singulis praestantes habuit ecclesias, quas interest breviter attingamus.

1) Baan.

Seu Banoviczium, quantum eruderare licuit, omnium ecclesiarum in hoc comitatu prima, in suscepta doctrina repurgata. Jam anno 1525. evangelium hic docuit Basilius Modonius arvensis, teste ejus epitaphio, quod tempore restaurationis per jesuitas e templo superiori ejectum fuit. Observavit haec Daniel Krmann superintendens in sua manuscripta historia, ubi simul meminit, Blasium et Martinum ex biszkupiczensi ecclesia evocatos, perfecisse opus reformationis. Magnifici domini Stephani Illésházy ac uxoris hujus, Catharinae Pálfy, munificentia, ut et successorum ejus, ecclesiam ac scholam celebres et diu quietas effecerat. Ex pastoribus ecclesiae celebriores fuere: 1580. Stephanus Osvaldi, 1584. Georgius Balgár, 1606. Michael Lazany, 1609. Paulus Raimanus, Paulus Szaladinus, Nicolaus Klobusiczenus, 1615. Cassam translatus, Isacus Hodikius ad annum 1615., 1635. Isacus Hodikius, 1639. Zacharias Lányi, 1642. Jonas Hodikius, 1645. Jacobus Hankovius, 1656. Joannes

institoris, ultimus 1661. Joannes Bartholomaeides. Hunc anno 1661. comitis Georgii Illésházy uxor, Maria Forgács, manu armata ejecit, duo templa occupavit, tandem et cum castello, cooperante reverendissimo Szelepcsényi, jesuitis tenenda resignavit, unde intelligere licet cladem exitiosam. Vide acta diaetae anni 1662.. Anno 1707. Joannes Matthesius, ultimus Matthias Dobay, exul ad Felső-Ozor accitus.

2) Beozkó.

Favore praesertim illustris familiae Bánfy de Alsó-Lindva, ab anno 1560., quoad ecclesiam evangelicam, sub pastoribus Matthia Klatovicensi *) et Georgio Conradi refloruit; anno 1634. domini magnifici Daniel Eszterházy et Ladislaus Révay turbare eam incipiebant, subditos ad parochiam spectantes occupando. Paulo post vi adhibita, in tumultibus bellicis anno 1644. sub pastore Samuele Procopovszky **), mandante comite Francisco Nádasdy, rapiebant et templum, quod iterum anno 1647. per commissarios regni cum omnibus libertatibus restitutum fuit, pastorque in parochiam repositus, successorem habuit eruditum virum Petrum Praga. Industria pastoris Stephani Pilárik sumtibus propriis anno 1657. renovatum templum s. Stephani organo musico, aere compano majori augebant. Mox anno 1660. persecutio Nádasdyana tristissima fata illis tulit, Comites namque Franciscus Nádasdy, Paulus Eszterházy et Nicolaus Draskovics, domini terrestres, manum armatam occupando templo admovebant; vim injustam vis feminarum repulit primum, anno subsequente repetitam pertulit, effractis valvis templum receptum, pastoris supellex praedae cessit, imo vitam ejus spectabilis Jonas Mednyanszky vix liberare potuit. Vid. Historiae diplomaticae Appendix p. 115..

3) Bellusa.

Oppidum per Nicolaum Polak alias Polini circa annum 1552. reformatum. Hic fidelis doctor ultra annos quinquaginta exegit docendo, tandem anno 1604. Nicolaum Csernel ***), scholae ab annis

*) Hornyanszkynál i. m. 25. l.: Klatovszky.
**) Ugyanott: Procopius.
***) 1. h. 23. l.: Czernili.

25. rectorem, Vittebergae in diaconum ordinandum curavit. Habe et reliquos pastores singulos protocolla, quibus tranquillitate semp frui licuit, existentibus patronis dominis Osztrosith et Petróc evangelicis. Decennali persecutione dux Strassoldo, ejecto an 1673. Matthia Schmidelio pastore, libertates et aedes sacras recepi succedentibus turbis Tökölyanis anno 1683. Andream Jesztrabi et iterum sub Rákóczyanis Joannem Nicletium ministros induc bant; pontificiis autem anno 1705. data est per Petróczyum facult aedificandi templum, jam praeexistente plebano, Nicolao Klocsan ky, restricto comitatu ad duo articularia loca, usus interiit evang licorum.

4) Bitsoha.

Celeberrima in hoc comitatu propter patronos, comites Thu zó, de quibus parte generali egimus, ecclesia. Subintrante com Francisco, antea episcopo nitriensi, dominium arcis et oppidi, j incolae Lutheri doctrinam sequebantur, quam dum et comes a mavit, dotabat statim amplissimis libertatibus. Idem fecit domi Emericus Forgács, vitricus comitis Georgii, maxime hic, tand palatinus regni existens, templum aere proprio erexit, fundatio legavit testamento, synodos frequenter et magna cum liberalit convocabat, jubilaeo reformationis locum exhibuit; plura sunt, qu diduci possent, patris patriae merita locum illustrantia; praeci inter, illud summum, quod praestantissimos pietate et doctrina legerit doctores, ex quibus clarissimi fuere: Albertus Husseli vicearchidiaconus, anno 1596. mortuus, Samuel Lovcsányi, Jo nes Nostitius, anno 1598. in seniorem electus; Elias Lányi su intendens, et comiti Emerico charissimus, Joannes Hodikius, itid superintendens. Ultimum post fatum tristissimum comitis Eme anno 1627. comes Nicolaus Eszterházy palatinus, majori tem occupato, misit in exilium; tandem minori etiam praecluso, dia num ejecit. In comitiis anno 1647. decretum fuit, templum ma restituatur evangelicis, ast non invenio id effectuatum fuisse, po adhibitis jussu palatini fraudibus jesuiticis, sensim desciverunt tores nostrae religionis. Duo praeterea digna relatu hic superst primum, Petrum Berger, ministrum ecclesiae, ob illata dogm Calvini, Solnae erroris convictum anno 1595. ejectum fuisse; al

comitis Eszterházy jussu, colloquium religionis inter Matthiam Hajnal jesuitam et Joannem Hodikium, pastorem bitschensem ac superintendentem, anno 1627. 27. dec. in arce bitschensi habitum, quod possidemus. De excidio bitschensium evangelicorum per jesuitas missionarios legatur Kazy in Historia universitatis tyrnaviensis p. 249..

5) **Bisztricza** (Vág-Besztercze).

A tempore reformationis, duobus fere seculis, sub protectione illustris gentis Balassianae, continua pace dives ecclesia. Pietas praesertim magnifici domini Sigismundi Balassa, seculo sexto decimo florentis, plurimum profuit huic et vicinis locis. Paulus Pannonius seu Sobach, anno 1570., Joannes Felicis anno 1586., Andreas Jacobaei anno 1593., Samuel Paulini, contubernii superioris senior, per dominum Sigismundum II. Balassa anno 1612. exturbatus, Joannes Ambrosiades seu Vietoris, August. Miklian*), M. Zacharias Lányi, anno 1635. Banoviczium vocatus, Matthias Masnicius, Michael Hallerus, Samuel Francisci, anno 1663. in exilium actus, praecipui ex pastoribus fuerant. Martinus Zabanius ita felix exstitit, ut exercitium religionis privatum in usu anno 1680. retinere potuerit, teste Andrea Michnay in Indice ordinatorum per superintendentem Jacobum Zabeler numero 137.. Magnificus dominus Andreas Balassa, ultimus consors fidei evangelicae, reliquit viduam natam baronissam Perényi, quae dum anno 1709. Joannem Buris ministrum et Samuelem Krasznyanszky scholae docentem removisset, plebanus loci horreum, in quo nostri sacra agebant, clam succendendum igne curavit et tali impio zelo proprium quoque exustum templum conspiciebat. Filialis matris hujus fuit possessio Kosztelicz.

6) **Cassa**

Seu Csácsa, cum integro dominio illius nominis heredum illustris familiae Petróczy de Petrócz et Cassa, qui dum statim cum initio reformationis per reformatorem Danielovics, patrem ugróczensem, ad sacra repurgata deducti fuissent, iisque ad exitum gentis

*) I. h. 24. l.: Miklini.

adhaesissent, semper quies fuit ecclesiae. Anno 1585. patroni ‹ clesiae Nicolaus Petróczy, Nicolaus Osztrosith, Emericus Jakusi Joannes Madocsányi, Andream Schmiecium varnensem Vitteb gam ordinandum expediebant, et iterum anno 1590. dominus S phanus Petróczy Martinum Felicis in diaconum. Joannes Artopae ad castra anno 1593. prope Belgradum missus, Nicolaus Nicc anno 1629., Michael Lazius anno 1652., M. Zacharias Kalinka ar 1656. ex praecipuis ministris fuere. Andreas Sartorius in decenn persecutione recessit in Transylvaniam, cui anno 1683. domi Stephanus Petróczy reverendum Paulum Major et ultimum San elem Michaelides substituebat, sed infidelitate in regem et ipsam clesiam perdidit *).

7) Domanicz.

In districtu superiori oppidum, exercitio religionis quieto f fruebatur existentibus anno 1618. Michaele Zsirkó, anno 16 Joanne Ambrosiade pastoribus ecclesiae. Anno 1630. magnifi dominus Daniel Eszterházy turbavit illud ademto templo s. Nico dicato, quod adurgentibus iterum statibus regni anno 1649. re beri non poterat, locus pro ponendo oratorio solum excisus. Dive tiones longas creabat hic nostris episcopus agriensis dominus Ge gius Jakusith, dominus terrestris, sub quibus, quamdiu perdura exercitium non deprehendo notatum.

8) Dubnicz.

Juris illustrissimae gentis Illésházy oppidum, unde int genda et fata ecclesiae, quam Emericus Chlupács, Clemens Dr et David Badinus seculo XVI. docuerant. Ex seculi sequentis il pastoribus anno 1612. Samuel Paulini, anno 1625. Elias Fas Joannes Lyci et anno 1646. Joannes Augustini, anno 1652. co bernii notarius, simul venerabilis fraternitatis senior, fuerant. R dente comite Georgio Illésházy a nostris sacri, astu jesuita anno 1657. templum s. Jacobi simul cum parochia abreptum, multi ex incolis propter religionem crudeliter tractati sunt. Pa contra fidem per comitis jusjurandum scripto datam expulsus.

*) Rákóczy tábornoka volt.

tercedentibus statibus regni iterum admittere debuit comes exercitium, quod anno 1660. iterum Joannes Augustini, anno 1668. Matthias Schmidelius pastores in locis variis administrabant, quoad decennali persecutione et oppidi et conscientiarum dominium jesuitae sere ad se pertraxissent.

9) Illavia.

Opera reformatoris Volecy mature repurgata, sub patrocinio dominorum terrestrium, magnatum Osztrosith de Giletincz et Illava, qui a Stephano usque ad Matthiam, ultimum e familia, emortuum anno 1703. pleni amore religionis fuerant, ecclesia felicissima. Joannes Lazitius, venerabilis fraternitatis inferioris districtus senior, et ab anno 1636. Joachimus Kalinka superintendens, praeclare hic ministerio defuncti sunt. Posterior simul cum diacono Masnitio, consentiendo in exilium per delegatum judicium posoniense dictatum, persecutioni reliquit coetum, cujus templum jam anno 1673. die 13. mart. per comitem Strassoldo manu militum abreptum est. Revolutione Tökölyo auctore crescente, ab anno 1683. reductus fuit Tobias Masnicius, sacra administraturus, ast ob notam infidelitatis magnifico domino Matthia Osztrosith proscripto, atque dominio translato ad regium fiscum, anno 1684. camera regia omnem sustulit religionis exercendae libertatem; patres trinitarii abduxerant incolas ab eadem; liberalitas dominorum Osztrosith nostros pastores usu possessionis Tunezsics donaverat.

10) Kiszucza-Ujhely.

Slavis Horné Nové mesto. Ex posteris Joannis Ungnad, quem ad annum 1565. Thuanus libr. 34. laudat ab incredibili propagandae religionis studio, contigit dominium oppidi hujus. Christophorus et praesertim Andreas Ungnad a Jeszenicz in ordinem reducebant ecclesiam per pastores Joannem Mocs, Matthiam Raitiny et Joannem Matthaei. Ab anno 1605. ultra decursum 40. annorum Stephanus Kruspir, tandem senior superioris districtus, optime merebatur de eadem et aulica, quae fuit in Budetin. Grassante anno 1622. peste, pastor hic cum illustrissima domina Mosis Ungnad-Szúnyogh relicta, nata Barbara Osztrosith, arci Budetin inclusus, Melchiori Michaelis diacono curam ecclesiae reliquerat. Generali tandem per-

secutione anno 1673. occupatis vi armata templis, pastor Dan Reguli cum Jona Coledano diacono et scholae rectore, Christopl ro Lazitio, exilium adibant. Vim talem vi iterum, sed injuste rem verant, anno 1704. Eliam Lányi praeficiendo sacris; mox quai anno recedere debuit, templo s. Magdalenae extra oppidum etia evacuato. Vid. Stephani Dubniczay Metamorph. fidei edit. 8.. Filiales ad hanc pertinentes fuerant: Brodno et Nagy-Divina.

11) Lednicz.

Oppidi ecclesia per Georgium Krumholcz evangelii praec nem repurgata, statim seculo sexto decimo tristia fata experiebatu Domino terrestri Telekesy, ob infamiam regni decreto bonis p vato, fiscus regius jure patronatus sacra romano-catholica reduce adlaborabat; paulo post magnificus dominus Franciscus Dobó r signatum dominium iterum recepit, protegente domino, templu Anno 1651. jam juris Rákóczyani dominio integro existente, Joa nes Panitonsoris accepit in pastorem collaboratorem Joannem A gustini, opera maxime domini arcis capitanei Georgii Marczibány Persecutione decennali omnes amiserat libertates, quas anno 168 translocato ad filiam Rovne plebano Stupovszky, vindicare volu inducto ministro Matthia Polereczky; aegre cessit tentamen, pau post etenim iterum mulctati exilio. Triste fatum et anno 1730. m nebat hos constantes in religione. Dominus namque Ladislaus Ma tyasovszky per missionarios jesuitas evangelicos incolas, in adj centibus etiam pagis, utpote Rovne, Lehota, Horenicz, Sztrezsenic utraque Breznicz, Hrabovka, Kvaszóv, Lisza, Lesz et Zubák, gra persecutione tentabat, plerosque dispersos tutiora quaerentes ab lienavit.

12) Predmir.

Fuit longo tempore in possessione illustris evangelicae tu familiae Balassa de Gyarmath. Ex his liber baro Andreas circa a num 1580. multis dotabat ecclesiam; agente ministerium Andr Thúri. Anno 1615. sqq. Thomas Francisci hic pastor celebris. A comitem Nicolaum Eszterházy regni palatinum translato domin anno 1635., pastore existente Zacharia Lányi, cessit templum r mano-catholicis. Exercitio religionis continuato, cui anno 164

praerat Daniel Dubravius, S. Martini antea pastor; tandem anno 1647. per leges regni iterum nostris consignatum. Verum breve fuit possessorium evangelicis, qui in actis diaetae anni 1681. deperditas libertates in vanum querulabantur.

13) Pruszka

Seu Prussi, arcis Oroszlánkő, ditionis dominorum Jakusith, ab initio reformationis evangelicorum oppidum. Nicolao Palladis ministro hic existente dominus Andreas Jakusith et Juditha, comitis Georgii Thurzó filia, ab anno 1607. ejus consors, munifici fuere erga ecclesiam, in cujus templo praefatus dominus, anno 1623. 28. oct. mortuus, 12. nov. sepultus jacet. Circa annum 1660. domina Maria Forgács, opera jesuitarum ademto templo, demandavit vim extremae persecutionis.

14) Puchó.

Cum Lednicz fere et quoad ecclesiam eadem fata habuit, in eodem existens dominio. Inter pastores seculi sexti decimi clarus fuit Paulus Miticenus, anno 1596. vicearchidiaconus nostrarum ecclesiarum. Ex reliquis memorabo solum anno 1611. Joannem Hloskitius, anno 1616. Stephanum Mitis, anno 1633. Samuelem Paulini. Anno 1643. dominus Georgius Rákóczy bohemos et moravos hic illocabat, qui divexati anno 1647. confessioni helveticae subscribebant et regni articulis confirmati sunt, prout et Szakolczae. Annus 1673. et his, citato pastore ad judicium posoniense delegatum, utpote Nicolao Nigrini, quem praecessit Daniel Perliczy, excidium libertatum adtulit. Sub motibus Tökölyanis Jonam Coledanum delegerant pastorem, cui mox surrogatus Joannes Frideczky plebanus usque annum 1704., quo reverendus Paulus Major nostros, Stephanus Tretius calvinianos, Stephanus Nozdroviczky romano-catholicos obtinuerat, jussu male contentorum, docendos, ultimus potius est in possessorio, anno 1709. prioribus ejectis. Quam anno 1730. oppidani perpessi sunt propter religionem vexationem, procuratam per dominum Ladislaum Mattyasovszky, supra attigimus; sed cessavit dolor indulgentia patris patriae Josephi II. accedente, quae hos quoque anno 1784. libertate privati exercitii donavit gratiosissime,

qua obtenta Joannem *) Kordik, rectorem scholae trenchiniens[i] pastorem evocarant.

15) Rajecz

Seu Rajec, aequalis Bitschae oppido in libertatibus sa[c] quamdiu patroni, comites Thurzó, in vivis fuerant. Comes Geo[rg] regni palatinus templo s. Ladislai donabat ecclesiam, claram er[a] tis pastoribus, inter quos anno 1627. Gregorius Lányi, anno 1[6] Joachimus Kalinka et anno 1646. Samuel Paulini, sub quibus nc saepe hic judicia ecclesiastica celebrabant. Universalis in patria [per] secutio, ejecto Samuele Francisci, plebanum Martinum Gyurac[i] parochiae illocabat. Hic quidem anno 1705. Isaco Andritio ce[di] debuit ecclesiam; verum satis infelici fato propter anni 1681. r[e] articulos. Reliquiae fidelium diu durissimas divexationes nostro culo hic perpessi sunt, plerique dilapsi, praesertim propter plel inhumanum agendi modum, qui puerperas quasdam ultra annun introductione suspendendo adfligebat.

16) Solna.

Ecclesiae evangelicae solnensis tanta supersunt memorab quibus paginae permultae describendae essent; nobis brevitas h pauca observanda admittit. Illustrata luce evangelii, ut docent dices ordinatorum Vittebergae, anno 1546. per d[o] num Pomeranum Blasium Botum ordinavit in pastorem suum. [Q] scens fidelibus incolis in religione anno 1562. templum restaur[a] tempore judicatus Joannis Bohdal, consulatus Martini Mesztecz, docuit inscriptio in eodem posita. Turbavit mox pacem illius d[o] nium, utpote Nicolaus et Franciscus Dersfy, domini in Sztre[c] romano-catholici, qui ejecto vi pastore, Georgio Lovcsányi, et ctore scholae, Nicolao Colacinate, introducebant plebanum D elem Albi anno 1569. 2. dec.. Mitescebant tandem in tantum, anno 1574. plenam potestatem dederint vocandi et intertenendi nistrum, imo anno 1575. ipsi palam professi sunt religionem, q[ui] persequebantur **). Mutato dominio, iterum anno 1617. per ma

*) Hornyanszkinál i. m. 228. l.: Michael.

**) Thurius in Diario ad annum 1579. adnotavit persecutio hanc evenisse, restitutionem autem anno 1595.. Protocolla clarius expon[unt]

ficum dominum Nicolaum Eszterházy ejectus parochia Timotheus Lorcsányi. Vigore constitutionum regni anno 1619. reposita in usum ecclesia, in qua die 22. febr. congregata fraternitas solennes domino coeli agebat gratias. Matre diu posthac in flore existente, lacerabantur filiales Trnove et Visnyove, quarum querelas habent acta diaetae anni 1662.. Tristissima superveniente divexatione anno 1673., dum Elias Ladiver ab anno 1639. moderabatur ecclesiae, utrumque templum occupatum est et Stephanus Kosztka plebanus cum jesuitarum fraudibus divexare incepit nostros. Instrumentum malorum fuit tricesimator Casparus Zircsius, cum militibus hic illocatis, quo perdiligenter agente templum in oppido resignatum jesuitis, ligneum extra portam inferiorem franciscanis. Sub tumultibus Tökölyanis reductus fuit usus religionis anno 1683. Joanne Nostitio, diacono antea, in pastorem constituto; mox anno 1691. per regios commissarios adhuc durius habiti evangelici omnia amittebant. Iterum via facti sub Rákóczyo, Daniele Krmann agente sacra, receperunt amissa; unde anno 1708., jussu regio, porro ultimum fatum supervenit tristissimum, quo pressi per jesuitas, admittente domino terrestri, comite Georgio Erdődy,*) durissime dive-

id factum post mortem domini Stephani Dersfy, quae, ut supra adduximus, anno 1568. acciderat. Id testantur clarius et literae Nicolai Colacinatae, quas in manuscripto possidemus.

*) Gróf Erdödy György 1712-ki sept. 25-kén a következő pontokat hirdettette ki: „Series punctorum per senatum totamque communitatem oppidi mei Solna sub poena fl. 100. rhenensium observandorum:

1) Diebus festivis et dominicis non impediti legaliter sacro diligenter intersint, secus deprehensi punientur.

2) Nulli haeretico Solnae liceat bona comparare, nec domos, terras, similia et alia necessaria a dato promulgationis et si quae emta fuerint, ipso facto cadant ad fiscum. Demandatur sub poena 100. fl. judici hujus loci, ut statim ipso facto intimet inspectori meo et nullatenus admittat haeretico emere bona.

3) A dato promulgationis nullus a modo inposterum haereticus admittatur in oppido se collocare, neque amplius in civem vel inquilinum admittatur sub poena praedeclarata; judex vero oppidi sub poena 100. fl. non admittet et ipso facto statim inspectori notificabit.

4) Nullus haereticus bibliopolarum libros haereticos palam in nundinis, vel occulte vendere praesumat sub poena confiscationis, quorum cura maxima habeatur et tempore nundinarum judex sub poena declarata vigilantes habeat oculos, ne similium pestiferorum librorum venditio fiat: nam

xati atque penitus sensim exstirpati sunt lutherani*). De his ultimis fatis videatur Stephani Dubniczay. Metamorph. fidei edit 1737. Cassov. in 8.. De synodo solnensi aliisque huc pertinentibus praemissa sunt quaedam in parte generali.

17) Varin.

Alias Varna, per bohemum Urbanovics, qui usque ad annum 1588. hic fideliter docuit, reformatum, dives fuit pace, dum dormi-

---

si manifestabitur et vigilantia judicis neglecta fuerit, tunc judex poenam fl. 100. incurret.

5) Nullus haereticus extraneus a modo inposterum admittetur Solnae ad discendum aliquale opificium, idcirco judex in eo curam habeat, si extraneus haereticus se hic Solnae locare vellet, aut opificium discere intentionaretur, nullatenus admittat.

6) Nullus solnensium in gratiam lingvae alicujus discendae, vel medicaturae etiam addiscendae aut scientiae alicujus ad haeretica loca sive civitates, multo minus ad scholas audeat mittere filios vel filias.

7) Coetus opificum vexilla sua habeant, quod per expressum demandatur sub poena praedeclarata et in festo corporis Christi specialiter processioni intersint.

8) Inhibetur serio et per expressum demandatur, cum consveverint aliqui tam perversae duritiei obnoxii, ut praetermissa frequentatione ecclesiae dei, contra mandatum, non ecclesiam dei, verum synagogam suam in Bicsicze frequentare, a modo inposterum a frequentatione synagogae in Bicsicze abstinebunt et nullatenus frequentent, verum ecclesiam dei secundum mandatum frequentabunt sub poena fl. 12. cujuslibet frequentationis toties quoties ab ipsis in sede dominali exigendorum.

9) Cum maximi excessus inter haereticos oriantur, igitur secundum puncta porrecta sciet se dominus inspector dirigere et a me ipsi puncta data manutenere, judici vero ejus loci adsistentiam praebere eumque jure dominali manutenere ipsosque, in quo violaverint, qua violatores in sede dominali convinci faciet poenamque exigere minime intermittet.

10) Serio etiam attendet praespecificatus judex, ut copulas nullibi lutheranis inire liceat, praeterquam in templo parochiali catholicorum solnensi sub poena praedeclarata in controvertentem irremissibiliter exequenda.

Solnae die 25. sept. 1712.

Comes Georgius Erdődy junior.
(L. S.)

Extradata horum punctorum paria per Joannem Gyangel juratum vicenotarium loci (Másolatból a pozsonyi ev. lyceum könyvtárában.)

*) Conf. Vitam comitis Gabrielis Erdődy episcopi agriensis p. 61. sq..

nos terrestres diu evangelicos habuerit. Circa annum 1638. dominus Franciscus Veselényi quasdam terras ecclesiae abripiebat; anno 1647. per regni commissarios et illac restitutae. Pastores hujus protocolla singulos habent usque ad Matthiam Schuhajda *) qui in delegato judicio posoniensi per dominum episcopum Kolonics carcere territus ac promissis allicitus, anno 1673. 4. oct. Posonii Judas factus, ut et anagramma nominis illius est, quo tempore occupatae omnes ecclesiae libertates. Anno 1705. opera magnifici domini Michaelis de Réva datus est eis pastor Joannes Scholastici, is anno 1708. ejectus et cum eodem lutheranismus migravit ex oppido, mox ingravescente jesuitica divexatione. Bela et Terchova filiae fuerant, item Sztrecsen et Gbelán.

Sectio III.

De ecclesiis in vicis, matribus quidem.

1) Apátfalva (Biszkupicze)

Cujus religionis evangelicae exercitium quietum fuit, quoad possessio in ditionem episcopi nitriensis rediisset, qui, utpote dominus Valentinus Lépes, circa annum 1618. eam abduxit ad sacra sua, simul cum utroque Apáti filiali, ut legimus in actis diaetae anni 1647..

2) Bobóth.

Sub dominis Illésházy patronis diu felix, docentibus illam anno 1604. Erasmo Huldenreich, anno 1611. Andrea Urbanus, Georgio Stephanides, hic anno 1661. mortuo, ut taceam alios, Daniele Krmann. Domina Maria Forgács, consors comitis Georgii Illésházy, ministrum praefatum anno 1662. ejecit, templum paulo post et religionem ademit. Lehota huic conjuncta fuit ut filialis, jure aequali gaudens.

3) Béla.

Anno 1665. fundata ecclesia infra Trenchin, quam novellam statim suppressit decennalis persecutio. Vicecomes Georgius Ghillány literas fundationales subscripserat.

*) Micae 14. l.: Matthaeus.

4) Bíróoz.

Utraque, itidem juris Illesházyani possessio, unde fata intelliguntur. Joannes Schindler moravus hanc, simul Turnam et Szelecz, sacris nostris donavit. Anno 1586. dominus magnificus Emericus Forgács Michaelem Zaban Vittebergae curavit pro his ordinandum. Ampla ecclesia votis inducta pastoris sui Pauli Raiman, Michaelem Velics diaconum adscivit, quod observabat et annis subsequentibus. Jussu dominae Mariae Forgács anno 1662. ejecto pastore Georgio Kuschlabiade, rapiebant ecclesiam jesuitae.

5) Biszkuploz

Seu Püspökfalva, inter primas, quae opera Blasii moravi reformationem amplectebantur et banensi pastores mutuabat. Per seculum fere constans fuit; impetu postea archiepiscopi Pázmán circa annum 1618. subruit, ut acta diaetae anni 1647. exhibent.

6) Bolessó,

Cui repurgatam doctrinam intulerant Benedictus et Joannes Poloni, seculo sexto decimo in summa fuit quiete. Ab anno 1639 — Joannes Lányi alias Zaban dictus, ad annum 1666. minister, cui mortuo dum filius ejusdem nominis surrogatus fuisset, non omnibus consentientibus patronis, natae sunt difficiles rixae. Durantibus illis dominus Jacobus Hannula, abbas s. Benedicti de Rupibus, collegii societatis Jesu tyrnaviensis rector, dominus Georgius Ghillany vicecomes, nomine familiae Borsiczky, cum evangelicis patronis, magnifico domino Matthia Osztrosith, sacrae caesareae regiaeque majestatis consiliario, domino Nicolao Gosztonyi, dominis Sennyeyensibus et aliis, de ecclesia litigare incipiebant; interpositione domini Francisci Veselényi, regni palatini, temperatae sunt lites, mox iterum resumtae sub decennali persecutione, qua et omnes libertates romano-catholicis traditae, et pastor in exilium missus. Szlavnicza et Pjechó filiae fuerant; posterior circa annum 1660. per jesuitas abrepta, persecutionem in religione perferre non potuit.

7) Brodnó.

Prope Solnam anno 1707. pastorem habuit Joannem Germani. Mox cessare debuit usus.

8) **Budetin.**

Ad Kiszucza-Ujhely qua affiliata per secula fuit; deficientibus dominis Szúnyogh a nostra religione et cessante aulica ecclesia, initio hujus seculi anno 1704. Andream Germanum proprium deligebant ministrum vicinorumque auxilio anno 1706. novum aedificabant oratorium. Duabus in toto comitatu constitutis arcibus ecclesiasticis haec cessare debuit.

9) **Csiosmán.**

Initio seculi praecedentis mater ecclesia constituta, ad quam anno 1615. superintendens Lányi Michaelem Peták ordinabat pastorem. Anno 1623. magnificus dominus Paulus Serényi sustulit eorum religionis publicum exercitium, ejecto verbi divini ministro Nicolao Vietoris, ut habent acta diaetae anni 1647..

10) **Chotiosova** (Kotesova, Kotessó).

Districtus superioris possessio. Habet hujus memoriam venerabilis fraternitatis protocollon multis in locis; ad annum 1634. in solnensi conventu Philippus Hrabecius, ejus pastor, excommunicatur; anno 1643. datur testimonium filio Adami Sarcander chotesoviensis pastoris; anno 1653. Andreas Blasius, anno 1658. Georgius Bartholomaei, anno 1659. Nicolaus Mathiades fuerant ministri. Plura non occurrunt, nisi huc retuleris illud per errorem nominis scriptum in actis diaetae anni 1681. nemes-gocsoniense templum occupatum cum filiali. Rovne, Kis-Ugyicza, Jurcsovka *). Rovne utique hujus ab antiquis temporibus fuit filia.

11) **Chlivén** (Chlevany malé y veliké).

Superintendens in visitatione anni 1651. eam adhuc in usu exercitii religionis deprehendit, existente ministro Georgio Bucsany. Maria Forgács, consors comitis Georgii Illésházy templo occupato jesuitis hanc convertendam tradidit anno 1661.. Vid. acta diaetae anni 1662.. Pecsenyéd hujus filia fuit.

---

*) Gyurcsina vagy Gyurgyove?

12) Csácsa.

In dominio Sztrecsen vicus, quam anno 1620—1654., quo successit Georgius Rudinszky, docuit pastor Matthias Platani. Persecutione decennali anno 1672. exul factus parochia Georgius Rudínszky. Filia ejus Kraszna.

13) Dessericze (Dezsericze.)

Ex curiis nobilium potissimum constans, unde a reformationis tempore ad decennalem persecutionem imperturbato religionis exercitio felix. Initio seculi prioris Danielem Lazitium, hujus autem Casparum Visnovszky, seniorem fraternitatis, pastores habuit, tandem cassata ecclesia.

14) Dobra.

Ex ministris hujus jam anno 1593. Simeonem Pasquidinum legibus fraternitatis subscriptum, anno 1640. mortuum invenio; anno 1640. Stephanum Desericenum. Comes Georgius Illésházy ignominiose ejecit anno 1660. pastorem Danielem Malatidem, templum jesuitis tradidit, qui, quoad abduxissent incolas a religione, non quiescebant. Anno 1688. adhuc Joannem Crúdy pastorem ordinandum Bartphae curabant, mox oppressi.

15) Drietoma.

In superiorem et inferiorem antea divisa, haec Kosztolna alias vocatur; juris est episcopi nitriensis. Kosztolnam prius, utpote anno 1534. Paulus Hunicsoviensis moravus in doctrina perpurgavit, quem excepit per 40. annos hic pastor et vicearchidiaconus simul nostrarum ecclesiarum, Laurentius Koczauriensis*). Huic Laurentio Venceslaus, tandem Leonhardus**) itidem bohemi, succedebant in parochia. In Leonhardum auditorum perpetua odia occasionem dabant Valentino Lépes episcopo nitriensi introducendi Matthiam Laris plebanum, qui aucupando amorem incolarum et uxorem duxerat; durante ta-

*) Hornyanszkynál i. m. 44. l.: Skoczura.

**) Vezetékneve ugyanott: D e m e t r i i.

men bello Bocskayano ejectus fuit eique substitutus Andreas Zubor. Zubor evocatus ad S. Georgium Stephano Andreae reliquerat ecclesiam, quem anno 1609. praefatus episcopus ejecit, templum occupavit. Hujus dum nulla spes esset rehabendi, superioris Drietomae incolae anno 1613. proprium aedificarunt templum et reverendum Andreae constituebant pastorem, anno 1617. mortuum. Reliqui ministri, utpote Simon Fabricius, Joannes Urbanovics, Jacobus Stephanides, Theodorus Loppitius*), Joannes Krmann, Samuel Krmann in pace docebant ecclesiam ad annum 1660., quo per reverendissimum Szelepcsényi pars incolarum inclementer habita propter religionem, simul cum incolis filialium Dobrassov, Isztebnik. Divexatio per integrum regnum instituta et hos anno 1673. usu privavit. Anno 1764. kochanoviczensi subjecta fuit qua filia.

16) Frivald.

In dominio Lietava, jussu terrestris domini Nicolai Kosztka jam anno 1536. repurgata fuit. Anno 1611. habuit illum eruditum pastorem Petrum Petschium silesium, qui typis publicavit Malleum peniculi adversus apologiam synodi solnensis edit. Cassov. anno 1612.. Universalis persecutio frivaldensi itidem ecclesiae perniciosa fuit Joanne Lang pastore existente. Sub revolutionibus reduxerant usum exercitii, introducto pastore Joanne Neumann, sed in vanum. Facsko et Fridmann qua filiae huic adhaerebant.

17) Gradna.

Alias Hradna, a qua et fraternitati harum partium nomen adhaesit, ampla ecclesia. Valentinus Otypky anno 1540. inferebat huc lucem evangelii ad annum 1551.. Nicolaus Keller augebat. Continua tandem sub Illésházyanis serie habuit docentes, quos nominant protocolla. Comitissa Maria Forgács anno 1661. Danielem Malatidem ejecit, templum ademit, jam in perpetuum.

18) Halusioz.

Seu Halusz. Inter primos docentes hanc ecclesiam est Abel,

*) Ugyanott: Szoppiczi.

cui Banoviczium translato successit Paulus Reiman, huic Georgius Conradi, qui sic scripsit in libro Vittebergae ordinatorum: „Per spectabilem ac magnificum dominum Joannem Bánfy de Inferiori Lindva, perpetuum comitem zaladiensem, vocor et ordinor ad Halusz anno 1587.“ Translato dominio loci ad Franciscum de Nádasd, adurgente praeposito ujhelyiensi, anno 1660. vi occupatum templum. Pastores praeterea fuere ab anno 1636.—1652. Nicolaus Nigrini, ab anno 1652—1674. Andreas Petrensis, Matthias autem Krizar, anno 1706. Ujhelyini ordinatus.

19) Hanzlikfalva.

Ad Trenchinium, diu mater ecclesia, anno 1611. habuit ministrum Joannem Apony; patronum ex praecipuis Andream Bogády, qui templum, modo in ruderibus, exstruxerat. Decennali persecutione eodem expulsi, trenchiniensibus affiliati fuerant, ut nihil dicam de resumto exercitio sub motibus.

20) Hriosó.

Utraque. Alsó-Hricsó templum et parochiam habuit, quod in usus evangelicorum posuit suis sumtibus et s. Michaeli dicandum curavit dominus Borsiczky. Circa annum 1632. comes palatinus in praejudicium reliquorum patronorum templum occupavit, sed anno 1646. reddere debuit. Joannem Hrabeci ab anno 1576.—1596. Martinum Intibus et Basilium Fábri, postea superintendentem, ex pastoribus ecclesiae adnotare mihi sufficit. Anno 1672. ejectus reverendus Andreas Zaszkaliczky tristibus fatis hanc reliquit. Dluhopole hujus filia et Hatne. Sub turbis Rákóczyanis, Georgio Ribany plebano exesse jusso, opera Andreae Matthaeides utebantur.

21) Jeszenicza.

Seu Kis-Jeszenicz, heredium illustrissimorum Szúnyogh de Jeszenicze et Budetin, qui gratiose procurabant ecclesiam. Anno 1572. Joannes Slavinka, anno 1627. Samuel Chalupka praeerant eidem. Comes Nicolaus Eszterházy et hanc anno 1636. ademerat, mox anno 1647. per regios commissarios ad usum repositam. Finem libertatum posuit decennalis persecutio. Nagy-Jeszenicz, Popradne, et

Poditáze filiales ejusdem. Popradne sub diaeta anni 1647. capellam aedificaverat.

22) Kochanócz.

Hujus ecclesiae pastores a primo reformatore N.*) Trnka, qui antea sacerdos pontificius fuit, ad nostrum seculum singulos descriptos habent protocolla. Communi persecutione templum praeclusum in ruinis jacet. Joannes Liszkovini**) ad initium hujus seculi ejus a sacris fuit. Modo gratia Josephi II. habent exercitium publicum, inducto pastore Bohuslao Mudrony.

23) Kocskoveoz (Kocskócz.)

Utrumque. Inferius (Korabinszky superiori adscribit) evangelicorum templum habuit et primum in eo docentem lutheranum Leonhardum Demetrium, anno 1610. Casparum Haimuschek. Sub Stephano Albinus singula aedificia ecclesiastica renovata sunt. Fata persecutio et hanc oppressit. Joannes Molitoris anno 1705. brevi tempore pastor.

24) Kolusovicz (Kluschov, Klucsó).

De qua hoc solum habeo, quod legimus in Indice ordinatorum vitteb. ad annum 1587.: „Jacobus Lievivis cum consensu illustrissimi domini Georgii Thurzó, supremi comitis arvensis, per dominum Petrum Berger in convocatione pastorum Solnae vocatus est ad Kolusovich et ordinatus per D. Leyserum.“ Protocolla illius memoriam non scribunt.

25) Klobusicz.

Seculo XVI. tam ampla ecclesia, ut diaconos simul habuerit, teste libro ordinatorum vitteb., in quo scriptum: „Samuel Sitniazky*) klobuciensis a senatu klobuciensi in diaconum vocatus, die 7. jul. anno 1588. a D. Voito est ordinatus.“ Alibi ecclesiae fata nulla invenio.

*) Hornyanszkynál i. m. 97. l.: Paulus.
**) Ugyanott: Liszkovski.
***) Ugyanannál i. m. 97. l.: Sineszky.

26) Konszke.

Alias Konsten, in ditione lietaviensi. Anno 1611. vísitata per superintendentem Eliam Lányi Joannem Slopnanszky pastorem laudabat. Anno 1643. Paulus Nostitius legibus fraternitatis adest subscriptus. Filialis hujus Sztranszke studio domini magnifici Francisci Réva privatum est oratorio, ut acta diaetae anni 1647. habent. Suppressam libertatem anno 1704. rehabere voluissent, inducto pastore Andrea Gregorius, tandem Joanne Scholastici; ast per decreta regni amplius id non licuit.

27) Kraszan.

Seu Kraszna, díu ad Csácsam filialis, hac sublata sub tumultibus bellicis, haec mater constituta et specialiter anno 1704. Eliae Lányi pascenda resignata est. Brevis fuit libertatis talis possessio, ut dictum parte generali.

28) Láz.

In Moraviae confinio possessio, recenter sub Josepho II. rege ecclesiae libertates accepit existente pastore Andrea Kossaczky.

29) Lieszkó.

Ad ecclesias fraternitatis cseitensis quoad subordinationem ecclesiasticam spectabat decursu seculi superioris; circa annum 1660. jussu comitis Francisci Nádasdy templum occupatum, desolatum tandem. Filia ejus fuit Szrnye. Regnante Josepho II. anno 1786. dec. ss. Trinitatis oratorium novum consecrabant ritu nostro venerabilis fraternitatis senior Joannes Zubek, pastor trenchiniensis, Sigismundus Paulini, podhradiensis et loci minister verbi dei Matthias Franko. Hic anno 1795. dimissus successorem nactus est Hradszkyum ex Zay-Ugrócz.

30) Lietava.

Inter illas ecclesias, quae doctrinam et ritus evangelicos primae suscipiebant, protegente magnifico domino Nicolao Kosztka.

Damianus Perlaky, magnifico domino Francisco Thurzó successori in dominio, pastor et ab eruditione fuit gratissimus; post hunc anno 1580. Joannes Quetonius senior, ut taceam alios ad decennalem divexationem serie continua hic degentes. Ante occupationem templi sublevabatur ecclesia praesertim per officiales dominii Perényianos, ut fuerant anno 1666. arcis Lietava capitaneus, dominus Joannes Melkó de Rajecz, provisor Elias Ghillany; in Sztrecsen dominus Joannes Schrott. Anno 1705. Georgium Antoni induxit ecclesia pastorem, qui anno 1709. migrare debuit. Filialis Linczova, Lehota. In hac subditos ecclesiae magnificus dominus Franciscus Réva ademerat, sed anno 1647. durante diaeta restituit.

31) Lúki

Alias Lúcska, mature per Joannem Kulhaikam reformata. Georgius Gelenius pastor anno 1612. legibus fraternitatis superioris districtus subscriptus adest. Oppressa est generali persecutione, et anno 1704 adhuc respirabat atque in locum plebani Joannis Hudeck Andream Buris parochiae inducebant in vanum! Erant eidem filiales quinque; templum in matre anno 1616. aedificaverant

32) Marikova.

In limitibus Moraviae; matrem ecclesiam fuisse inde cognitum habeo, cum Hatúc (Halács?) possessio filia ejus dicatur; fata ejus in protocollis non exhibentur. Acta diaetae anni 1681. cum Miezgocz simul inter eas ponunt, quibus templa sunt ademta.

33) Melosioz.

Hujus pastores lutheranos a Jona Felicides ad Joannem Hodikium continent descriptos libri superintendentum Sub Hodikio, mandante domino magnifico Francisco Nádasdy, praepositus ujhelyiensis, templum adhibitis scalis vi cepit, anno 1661., ministrum cum ignominia exutum rebus omnibus expulit. Legas acta diaetae anni 1662..

34) Motesioz.

Juris comitum Thurzó quoad vivebant, populosa ecclesia. Joannes Lazitius sub finem seculi XVI. clarus fuit illis doctor si-

mul cum diacono Svatko Vittebergae anno 1599. ordinato. Constat huic fuit exercitium ad annum 1673., quo sublatum. Dominus Bartholomaeus Maíthényi molam ecclesiae et filialem Dobrassov subtrahere adnitebatur, coactus anno 1647. reddidit. Praeter Dobrassov Neporacz et Petri-Lehota affiliatae erant. Ex dominis Motesicsky Paulus et Andreas ante decennalem persecutionem nostris addicti adhuc erant sacris.

35) Msena.

In districtu inferiori tenuis ecclesia. Anno 1610. Nicolaum Svatko, anno 1603. (fors. 13.)*) Nicolaum Nicolaides pastores adnotasse sufficiat. Patroni fuerant ex primis domini Ujfalusy, praesertim Andreas sexto et decimo seculo. Templum ejus occupatum anno 1673.. Sub ultimis turbis anno 1605. Nicolaus Maturini**) eis a sacris fuit.

36) Nemsova.

Cum filia Liborcsa, opera Joannis plebani desiderio repurgationis incensa, quam Thomas Sturm bohemus et Matthias Klattoviensis perfecerunt. Anno 1645. Stephanus Desericzenus pastor. Summa pax hic erat sub illustrissimis Illésházyanis nostris. Tandem connivente domino comite Georgio Illésházy primum anno 1660. jesuitae rapiebant filialem, anno 1673. ligato pastore et incarcerato, matrem. Haec sub disturbiis tentabat per reverendum Stephanum Desericzenum sui conservationem, verum non licuit.

37) Osztratioze (Sztricze, Szmrecze).

Inter celebres ecclesia, anno 1611. Joannes Blatnicius, senior venerabilis fraternitatis gradnensis, cum diacono Zacharia Lanaeo bohemo ei praefuit. Fuit huic exercitium inturbatum ad annum 1673., quo minister ei fuit ejectus Joannes Nigrini, libertates singulae ademtae. Domini terrestres Sándor in Kis-Sztricze aulicum diu alebant, tandem et illius usu orbati. Filiales habuit Malé Osztraticze, Otrhané Osztraticze et Pecsenyéd.

*) Hornyanszkynál i. m. 143. l. szintén 1603..
**) Ugyanott: Materini.

38) **Ozor** (Felső et Alsó).

In loco priori capella aulica sacris publicis utrique pago sufficiebat, cujus usum diu retinebat, quoad anno 1752. jussu regio praeclusa fuisset. Sequenti anno quidem depositis fl. 300. pro usibus aulae dominorum Ottlik reserata fuit, ast iterum anno 1763. inhibitus usus. Illucescente tolerantia Josephi II. antea exclusum pastorem Andream Gasparides induxerunt praefati domini laetanturque in domino.

39) **Palluszka.**

Ecclesia nova, cujus pastor anno 1790. Joannes Simko.

40) **Podhrágy** (Nemes.)

Nobilium Prileszky hereditas, sub tolerantia Josephi II. recens nata ecclesia, anno 1784. induxit pastorem Sigismundum Paulini ex Legénd vocatum.

41) **Podlusán.**

Sub tutela illustrissimorum dominorum Zay a tempore reformationis pace felix ecclesia. Pastores ejus habent descriptos protocolla ad annum 1673., quo templo exclusa fuit. Recuperavit illud sub disturbiis, Joanne Heinselio administrante sacra; restrictis omnibus ad duo loca, illustrissima familia recepit in aulam exercitium, quo ad annum 1753. fruebatur cum vicinorum solatio.

NB. Huc spectare videntur, quae numero 39. per confusionem nominis dicta habentur, hic enim Simko pastorem egit.

42) **Poruba.**

Utraque templo provisa. Ex pastoribus anno 1580. Georgium Bobalium et anno 1620. Paulum Lovcsányi adnotare satis est. Diversi compossessores loci, unius tamen religionis quietam effecerant ad fatalem persecutionem jesuiticam.

43) **Pravotioz.**

Exigua, tamen ad annum 1662., quo per dominam Mariam Forgács pulsus pastor Lányi, perpetua in usu libertatum. Jam anno

1593. Christ. Zahronsky ex rectoratu banoviczensi vocatum accipiebat pastorem; anno 1611. fuit Joannes Oszlara, ultimus Paulus Lányi, anno 1668. inductus.

44) Preohen (Prussi.)

Mater ecclesia apud evangelicos existens ultra seculum. Anno 1661. primum magnificus dominus Adamus Balassa templum ademit et pastorem sub poena mortis exesse jussit. Vid. acta diaetae 1662..

45) Roszina.

Seculo XVI. turnensi ecclesiae conjuncta fuit. Dissentientibus vicis de diebus cultus divini, anno 1608. ipse auctoritatem suam interponere debuit comes Georgius Thurzó, alias vexis, quas pastori Martino Krumholczio creabant, finem facere non potuit. Finitis his jam anno 1611. Roszina mater pronunciata. Inter deperditas ponitur in actis diaetae 1681..

46) Szeleoz.

Diu cum Birócz communes habuit ecclesiae ministros. A. anno 1611. in regestris superintendentum proprii hujus pastores occurrunt, ii quidem moravi plerique, excepto Jacobo Fabricii anno 1640. pro his ordinato. Illésházyana gens ut salutem, ita perníciem quoque circa annum 1661. huic procuravit. Joannes Szabatka in disturbiis Rákóczyanis pastor.

47) Szlatina.

Alias Ratna, juris baronum Zay, unde et felicitas ejus quoad usum ininterruptum patet, dominis semper lutheranis existentibus Matthias Bodorovinus anno 1611. pastor librum Concordiae subscripsit. Anno 1621. Israel Orlich ordinatus. Tandem anno 1673 libertatibus spoliata, remoto vi armata ministro Nicolao Fabricio recepit anno 1708. pastorem Joannem Ihridszky, mox penitus remotum cum singulis libertatibus, non amplius recipiendis.

48) Szlopna.

Inferioris districtus vicus, ob diversae religionis dominos ter-

restres saepe turbata. Anno 1634. agriensis episcopus ex illis, ademerat templum, quod anno 1647. per regni commissarios restitutum est. Mox anno 1649. iterum romano-catholici possessores jure praedominantis religionis in diaeta idem repetebant; vigore prioris determinationis excludebantur petitis. In actis diaetae 1681. jam adest inter ademtas. Filialis hujus Viszolaj. Ecclesiae pastores fuere anno 1605. Gabriel ad Bolesso translatus, anno 1613. Michael Neosoliensis, 1679. Elias Jacobaei poniczensis.

49) Szoblaho.

Lucas plebanus distingvere volens suos a nostris, signum frontibus suorum imprimebat, qui in tantum exosam religionem sam effecit, ut ocyus Georgium bohemum pastorem evangelicum accersiverint. Spe citius edocti meliora, constantes permanebant in usu exercitii religionis, cujus anno 1611. ministrum habebant Michaelem Kosztka. Primum anno 1661. jussu comitissae Mariae Forgács, Adamus Wolffius, anno 1648. huc illatus pastor, ejectus et templum eis ademtum. Non succedebat statim jesuitis conversio illorum, dum adhuc et anno 1705. Joannem Petrik ministrum accersiverint. Barát-Lehota, amissis libertatibus suis, his adhaerebat.

50) Sztankóoz (Kis-Sztankócz.)

Recens ecclesia, pastorem habet Danielem Skrabák; spectabiles domini Szilvay patrocinantur ecclesiae, quia loci possessores sunt.

51) Stavnik.

Exigua quidem, sed perantiqua ecclesia. Statim initio protocolli districtus superioris ad annum 1578. causa illius quaedam occurrit. Anno 1580. Joannes Textoris pastor hujus legibus subscriptus adest. Taceo plura. Annus 1672. fatum infelix ei adtulit. Brevis fuit usus, quem anno 1704. sub ministro Joanne Sapatio receperat.

52) Szuosa.

Utraque, praesertim sub patrocínio magnifici domini Emerici Forgács, supremi comitis comitatus, reflоruerat circa annum 1589.

quo Jacobum Mikovium pro pastore ordinandum curavit Vittebergae. Superior templo et sacello thermarum anno 1660., comite Georgio Illésházy jubente, privata; mox et inferiorem crudeliter habuit vidua comitissa Maria Forgács, quod fuse legimus in actis diaetae anni 1662.. Anno 1704. Georgium Peták pastorem recipiebat.

53) Szúlyó.

Statim a reformationis exordio sub protectione praenobilis familiae Szirmiensium de Szúlyó optima pace praedita ecclesia. Anno 1594. Joannem Hrabecium, anno 1620. Georgium Clementis, alios continua serie ad annum 1673., quo fuit Andreas Blasy, habuit pastores. Hic anni illius persecutione ejectus, vigilantia patronorum templum reseratum et anno 1681. in usu fuit. Decreto regni constituta est articularis ea cum conditione, ut resignato templo antiquo, oratorium aedificet. Hoc anno 1747. reaedificatum multis millibus evangelicorum dispersorum solatio fuit. Bene velit porro eidem deus! Id singulare est, hanc unam articularem retinuisse filialem Hradnam ad annum 1766., quo ademta.

54) Tepla.

Vicus infra thermas trenchinienses, juris comitum Illésházy. Magnifici domini Emericus Forgács et Stephanus Illésházy frequenter paupertati illius succurrebant, speciatim ille anno 1586. Samuelem Paulíni, hic anno 1601. Michaelem Guttovini propriis sumtibus pro ordinatione Vittebergam, candidatos eorum ministeriis, mittebant. A Martino Anatis, qui praefuit anno 1611. et protocolla pastores hujus describunt ad annum 1660., quo comes Georgius Illésházy templum occupavit, pastorem ignominiose ejecit, incolas variis cruciatuum generibus a religione evangelica deterruit. Vid. acta diaetae anni 1662.. Per commissarios Rákóczyanos locus pro templo fuit excisus pastore introducto Georgio Repkay.

55) Teplicza.

Ad oppidum Solna in dominio Sztrecsen. Sub finem seculi XVI. adnitente domino Nicolao Dersfy repurgata ecclesia Joannem Panitonsoris et Joannem Kalinka ministros habuit. Mox

vexa domini Stephani Veselényi affligebatur, qui templum ejecto pastore Joanne Panitonsoris, 1617. plebano resignabat. Restitutio illius anno 1619. in diaeta decreta est. Ast illi ingrati in evangelium, anno 1624. malebant plebanum, quam nostrum inducere ecclesiae.

56) **Turna.**

Ut ad Rosszinam praemisimus, per XVI. seculum mater exstitit, ut habent clare descriptum et Indices ordinatorum Vittebergae ad annum 1586., quo presbyter turnensis Andreas Schindler Andream Architectoris pro diacono ordinandum curabat. Ab anno 1608. parochiam in Roszina delegerant judicio ipsius comitis Georgii Thurzó.

57) **Udioza** (Kis-Ugyicza).

Illustrissimus Emericus Balassa, patronus in ecclesiam munificentissimus clarus fuit ecclesiae. Anno 1611. Adamus Adamides, post hunc 42. annis Elias Institoris docebant coetum hunc. Nicolaum Sandanum silesium decennalis persecutio loco et templi usu ecclesiam movit. Ultimis revolutionibus plebano Georgio Egbelény dimisso inducebant Danielem Nicletium, qui paulo post, ut meruit, amotus, ecclesia autem libertatibus exuta, inductis articularibus.

58) **Ugróoz** (Zay Ugrócz).

Illustrissimae gentis Zay de Ugrócz heros, Franciscus Zay, contra defensores Lutheri in Saxonia, ut a partibus Ferdinandi I. feliciter pugnabat, ita feliciter doctrina illorum victus fuit eamque circa annum 1552. in omnibus territoriis suis, trenchiniensi comitatui ingremiatis, propagandum disposuit. Petrus, Laurentius, Andreas, Joannes, successores ejus sane pluribus adhuc meritis in ecclesiam hanc inclaruerant, existente sub eis pastore Paulo Marci et diacono Matthia Trochilates. Seculo quoque septimo et decimo florentissima fuit, praesertim sub illustrissimi baronis Ladislai Zay, jam anno 1653. equitis aurati, tutela. Ex claris pastoribus ejus Joannes Duraeus et Joannes Hodikius seniores venerabilis fraternitatis deligebantur. Ultimus 1674. Posonii in judicio delegato territus abnegabat religionem; illico tamen deproperans Hamburgum in Saxoniam publice resipuit. Illius fatis privati templo, disponentibus baronibus

iterum redierunt ad exercitium, quo et anno 1681. gavisi sunt; jussu regio, postquam per constitutiones regni in articularem defixa fuisset ecclesia, templum resignare debuit atque alio aedificato data sibi libertate perfruitur ad aetatem nostram. Filiales ejus Ksinna (hujus oratorium 1673. ademtum scribit Korabinszky in Lexico p. 343.), Omasztina fuerant. Seculo XVIII. ksinnenses rursus aedificarunt ex asseribus oratorium, ubi minister zay-ugróczensis alternatim sacra peragebat, quod Korabinszky l. c. disjectum esse scribit, meo tamen tempore recordor id superfuisse.

59) Zárjecz.

Prope Puchó sub tolerantia Josephi II. posuit aedificia sacra inducto pastore Georgio Vodicska.

Sectio IV.

De aulicis ecclesiis.

In aulis magnatum aulicae ecclesiae jam observandae sunt, quales habebantur :

1) Bitscha.

Illustrissimorum Thurzó arx. Hujus nominis oppidi pastores plerumque aulici simul fuerant; nonnunquam, praesertim causa hungaricae lingvae, magnates deligebant concionatores hungaros, qualis fuit apud comitem Georgium Thurzó, regni palatinum, Andreas Dióssy, tandem superintendens apud nitrienses.

2) Biosioza.

Possessio castellum habet, quod initio praesentis seculi juris fuit baronum Calisius. Vidua Calisius nata baronissa Elisabetha Révay, relicta arce Szklabina, hic delegit locum habitationis, cujus sub tutela docuerant hic anno 1727. Elias Milecz, anno 1730. Franciscus Dovko, anno 1734. Georgius Jamriska, ultimus Joannes Stephanides. Andreas Jancsovics intimato consilii regii 1753. hinc amandatus et exercitium penitus sublatum.

3) Bliszko et Budetin.

Residentiae illustrissimorum dominorum Szúnyogh, baronum de Jeszenicza et Budetin, ex quibus Casparus et Moses vittebergensem academiam seculo XVI. adiverant. Plerumque oppidi Kiszucza-Ujhely ministri aulicam hanc ecclesiam procurabant. Anno 1627. magnificus dominus Joannes Szúnyogh Christ. Lovcsányi concionatorem hic delegit domesticum. Recedente familia a sacris evangelicis, cessabat exercitium.

4) Cassa.

Pastores oppidi, ita volentibus dominis patronis, magnificis Petróczy, arcem conscendendo, sacra peragebant, diaconis sacra in oppido administrantibus, quare et aulici concionatores appellati et praemiis eo nomine donati fuerant.

5) Kochanócz.

Restrictis post comitia anni 1681. ecclesiis, illustris familia Ottlik, dein Reimaniana aula, usum religionis exercitii hic habebant, quoad vigore determinationis inclyti comitatus inhibiti fuissent. In curia dominae Szent-Miklósyanae sacra agentes evangelicos plebanus hricsoviensis verberíbus tractabat, sacramentum pedibus conculcabat.

6) Ozorócz et Osztratioze.

Suis locis supra adductae.

7) Podluzsány.

Supra inter pagos notatum castellum. Ex aulicis illustrissimi domini Ferdinandi Zay pastoribus, quos ordinandos curavit, sunt anno 1735. Petrus Porubszky, anno 1752. Joannes Hradszky, anno sequente Modram vocatus, cui surrogabatur in ministerio reverendus Augustiní, anno 1753. amotus.

8) Trenchin.

Arx. Illustrissimi comites Illésházy, patroni evanglici muni-

ficentissimi, intra arcis parietes suos habebant concionatores aulicos, ex quibus duo memoriae causa observandi: Joannes Hussius moravus, anno 1611. Bitschae ordinatus et Stephanus Pilárik, quem illustrissimi Gabrielis consors, Eva Széchy, ex ecclesia S. Andreae in Liptó accersivit atque opera ejus comitem ad sacra evangelica reduxit. Vid. Stephani Pilárik Currum mirabilem Jehovae.

9) Zay- Ugrócz.

Ecclesiae matris pastores aulici etiam praecedenti seculo semper vocati sunt, quo nomine et sub decennali persecutione liberi barones Zay exercitium retinuerant. Haec in praesens sufficiant.

V.

COMITATUS NITRIENSIS.

PARS GENERALIS.

§. 1. Densissimis tenebris oppressas fuisse hujus etiam comitatus ecclesias, ipse celebris episcopus Antonius nitriensis in actis synodalibus anno 1494. conscriptis recognoverat, inter cetera querulando, „eleemosynarum quaestores quaestus proponunt, ut simplices decipiant et aurum fallaci et subtili remedio extorqueant; a perjuriis, homicidiis absolvunt, data sibi aliqua pecuniae quantitate.“ Ex plerisque constitutionibus illius *) patet clarissime et doctrinam fidei et disciplinam emendatione indiguisse maxime. Spe hominum citius luce evangelii a vicinis illata, illam adgressus est dominus fidelium sensimque libris, doctoribus, imo ipsis militibus ex Germania inductis, sine armis auxit. Anno 1578. Valentinus Török, ut dux belli a Joanne Zápolya partibus his occupandis immissus, dum non fuerit alienus a religione repurganda, securos permisit singulos in talibus coeptis. Ubi Ferdinandus I. dominium recepisset, quam magnates, quibus comitatus obnoxius erat, benigna voluntate fuerant erga reformatores, speciatim magnificus dominus Alexius Thurzó, ditionis episcopatus nitriensis, quam a rege in pignore ac-

*) Vide acta synodalia haec edita anno 1560. Viennae in 4..

cepit, aliarumque dives possessor, de evangelica religione optime sentiebat, imo postquam illum affectum et fratrueli suo, domino Francisco, nitriensi episcopo,*) quem dominii heredem fecerat, communicasset, major occasio propagandae reformationi parabatur. Rege novatoribus in religione, ipsi etiam domino Thurzó**) atrocia minitante, non licuit statim evangelicis separatas sacras habere aedes, in quibus colendi deum causa convenissent. Circa annum 1546. invenio jam separatos coetus, praesertim in dominiis successorum domini praefati locumtenentis, magno numero auctos. In semptensi dominio jam pastor oppidi Semptae Tuba***), in bajmóczensi anno 1550. Vittebergae ministerio consecratus Casparus Cappislanus †), in szkacsanensi Laurentius Osvaldi, in korlátköiensi Nicolaus Scriba, in locis diversis ab anno 1540. Joannes Sylvanus, multis persecutionibus ob reformationem, quam praesertim hymnis slavice typis editis promovebat, expositus; alii in suis ecclesiis infra inducendi pastores idem perficiebant opus. Regnante Ferdinando I. id processit aegre; jam sub rege Maximiliano II. ††) fere quantus est comitatus, habuit evangelicam religionem, ut sequentia legenti patebit clarissime.

§. 2. Notissimum est, Maximilianum II. regem, qui nostram religionem dignam esse, quae praeter alias toleretur, statuebat, et cultores ejus ad publicos honores sublevabat, firmasse nostros in promovenda ejusdem securitate atque libertate etiam in hoc comitatu. Effusis liberaliter sumtibus, diligenti labore, turmatim omnes comitatus proceres et nobiles, jam regnante eodem felicitatem externam ecclesiarum augebant, protegebant. Successores domini Alexii I. Thurzó in dominio Galgócz et Sempte per Elisabetham filiam, primus gener dominus magnificus Adamus Ungnad paulo durior in monachos Francisci galgóczenses, quorum claustrum in

*) Ducta uxore migravit ad comitatum trenchiniensem, ibi fata illius descripta sunt.

**) Conf. Caroli Wagner Analecta Scepus. p. IV. p. 85..

***) Vid. Petri Bornemissa Tract. de tentat. p. 818..

†) Index ordinatorum Vittebergae ad hunc annum.

††) Jam frequenter de favore ejus actum in hoc opusculo; modo testem Thuanum in Histor. libr. 62. p. 134. producimus: „Maximilianus" inquit, in negotio religionis ... eam rationem servavit, ut cum a sacris majorum nusquam recederet, non propterea protestantibus suspectus fuerit, mediam emendationis viam tota vita consectatus est."

cineres anno 1567. redegit *), alter comes Julius a Salm et Neuberg, multis beneficiis in ecclesiam illustris **), atque his absque prole defunctis, Nicolaus II. Thurzó, anno 1618. die 2. febr. in templo galgóczieusi sepultus, universis evangelicis exemplo fuerat. In bajmóczensi ditione magnificus Joannes II. Thurzó, supremus comes simul scepusiensium, ab anno 1549—1558., post hunc frater Bernhardus, praesertim in cives academicos hungaros liberalis, itidem magnifici Stanislaus, Alexius II. Thurzó, illo seculo singulares fuerant protectores ***). Ex illustribus familiis, et quidem Nádasdy, quae per cambium in cseitensi dominio ab anno 1569. succedebat, ipsa Ursula Kanisay, Thomae Nádasdy, regni palatini, vidua, tandem Franciscus et filius Paulus I. †); ex Balassaiana Melchíor, Stephanus, Andreas, Joannes, Simon in dominio Nagy-Tapolcsán et aliis ††); magnifici domini Forgácsii de Ghymes, Bánfy de Alsó-Lindva, domini in Beczkó, Nyáryi, Berényii, Vizkelety, Babindalii, Révay, quibus beneficiis in ecclesias evangelicas inclaruerunt, infra commemorabimus. Seculo XVII. ecclesiae libertatibus, legibus regni insertis, hic securae fuissent per voluntatem regum, nisi clerus et per hunc a sacris lutheranis abducti magnates leges sprevissent. Ad firmandam pacem et ejus mutuam defensionem plurimum conferre posse unionem nostrorum cum calvinianis, proceres comitatus hujus animo concipiebant; quare diligenti cura in congregatione pastorum inchoatum fuit anno 1615. die 7. jun. in oppido Ujlak colloquium tale, ad quod reverendissimus dominus Nicolaus Gönczy noster superintendens, invitaverat ex parte calviniana pastores, Gregorium Csatáry seniorem eccl. Mosony, Thomam Patkó tyrnaviensem, Matthiam Tolvaj samariensem, Emericum Regium comarom

*) Vid. cel. Wagner l. c. p. 148..

**) Conf. Bornemisza ll. cc. in comitatu posoniensi.

***) Quos magnificus Bernhardus Thurzó pro ordinibus sacris suscipiendis suis sumtibus Vittebergam mittebat, infra cum ecclesiis aderunt Magnifici Alexii II. filiorum, Stanislai II., regni Hungariae palatini, et Nicolai merita in ecclesiam nostram in aliis comitatibus inducemus, nunquam cum sufficienti laude.

†) Vid. Bornemisza ll. cc.. In Postilla edit. an. 1534. et Thomas palatini evangelici meminit.

††) Idem l. c.. De Simone Balassa, domino in Besztercze, Kékkő et Divin loquitur Joannes Institoris in dissertatione De filii dei divinitate, in dedic. edit. anno 1646. Leutschov..

ensem et alios, qui tentamine in articulo de s. coena finito rogabant, velint porro fratres augustanae confessionis in proximo eorum generali conventu adesse, ultro de rebus perinde ad salutem spectantibus colloquium habituri. Assurgebant petitis nostri atque ex eodem conventu delegant ex medio sui viros, Nicolaum Marikium, seniorem, levensem pastorem, Balthasarem Perinna, seniorem, pastorem schintaviensem, Nicolaum Udvardy, notarium superintendentiae, pastorem Remetae, Nicolaum Hollósy, pastorem galgóczi-ensem, Christophorum Lepcsény, pastorem Galanthae, Stephanum Csepregi, pastorem vajkensem, atque duos scholarum rectores, Michaelem Csayka, semptensis, et Joannem Simplicium, galgóczensis. Hi accepta instructione comparebant in congregatione Komjathini habita, ubi in summa concordia coalitum fuit in tribus his punctis : Verba coenae dominicae singula proprie, uti sonant, intelligenda sunt; corpus et sangvis Christi in administratione s. coenae adest vere, non tamen locali, sed sacramentali modo; substantiam sacramenti coenae non tollit, neque ponit infidelitas hominis *). Tali deliberationi nostris scripto extradatae subscripsit Petrus Czene, superintendens helveticae confessionis in partibus cisdanubianis; tentamen tamen amplius continuatum, tanto minus finitum, nusquam in protocollis invenimus. Paulo post sub felici decursu rerum suarum jussu superioritatis nostri anno 1617. diversis in locis comitatus hujus, specialiter in fraternitate tapolcsanensi Bajnae, in memoriam reformationis feria divi Martini jubilaeum celebrabant. Causas exhibet facti cel. Ribiny in Memorab. p. I. p. 410. sqq..

§. 3. Ab initiis reformationis evangelici in ora nitriensi semper prosperis plura adversa admixta habebant fata. Archiepiscopus Olahus, cui rex Ferdinandus I. dederat anno 1558. plenam agendi potestatem contra concionatores illos, qui a praelatis Hungariae non approbati, officio praedicationis defungebantur, diu resistebat progressui repurgationis; auctoritate magnatum repressus, non multum secuit operi divino, quod per decursum seculi illius firma posuit fundamenta. Initio tandem XVII. seculi fortiori impetu adgrediebantur inimici nostras ecclesias et per decursum illius perpetuo im-

*) Fusius haec leguntur in protocollo superintendentis Nicolai Gönczy manuscripto.

pugnabant, quoad anno 1732. amplissimum numerum ad duo templa restrinxissent. Ex plurimis talibus divexationibus decem solum, eas quidem majores, instituti ratio admittit attingendas, quarum, ordine temporis observato, haec series erit:

Anno 1609. in dominio szkacsanensi, nitriensi et aliis locis per episcopos nitrienses vindicatis. Arcis nitriensis ditiones magnatibus Thurzó diu parebant, per Ferdinandum I. regem in pignore datae, integrae evangelicae. Episcopus Valentinus Lépes, jure dominii in religionem nefario, subditos non prius cessabat divexare, quam dum dimissis eorum pastoribus singulos ad sacra sua deduxisset. Quod fecit in Szkacsan, Vesztenicz, Mocsonok, Chinoran, Rasztosna (Rasztdesnó), Krsztyene (Krsztyánfalva,) Lakacs, Bajmócz, Apáthi et aliis multis infra specificandis. Vid. acta diaetae anni 1619. et anni 1647..

Anno 1618. in dominio Korlátkő novem ecclesiae templis prius, tandem circa annum 1635. omni exercitio religionis privatae et subditi per terrestres dominos carceribus mulctisque vexati, quam adversa fata habuerint, silentio potius tegimus.

Anno 1623. in dominiis Tapolcsán et Ghymes comites Forgács. Ex his Sigismundus, Nicolaus, Adamus opera celebris Pázmán abducti a patrum religione, per 40. annos continuata adflictione subditorum, singula loca ditionum suarum romano-catholicis associabant, ut sunt Tapolcsán, Ujlak, Pásztó, Jácz, Kosztolán et plura in actis diaetae 1647. et 1667. observata.

Anno 1635. in dominiis Schintava, Galgócz, Bajmócz. Ultimus ex illustri familia Adamus Thurzó, relictis sacris evangelicorum, quantam potestatem jesuitis in subditos divexandos ob religionem dederit, in parte speciali comitatus hujus cum horrore observabit lector, numerando ademta templa.

Anno 1640. In dominiis dominorum comitum Pálfy sensim per integrum XVII. seculum, admittentibus dignitatibus claris magnatibus, lutherani minuebantur; maxime ab anno 1640. jubente comite Paulo Pálfy, et praesertim circa annum 1660. domina relicta ejus nata Khuen, quae quibus modis singula templa ademit, describit Franciscus Kazy in Historia universitatis tyrnaviensis p. 60..

Anno 1650. in dominiis comitum Eszterházy, praesertim ad

arcem Sempte spectantibus, ut supersunt gravamina in diaeta anni 1666. praesentata.

Anno 1660. in dominio cseitensi, primus a sacris evangelicis deficiens comes Franciscus II. Nádasdy, peracerbam instituebat persecutionem in Vág-Ujhely, Vagyócz, Cseite, Beczkó et aliis locis, ut clare exponit Stephanus Pilárik in Curru Jehovae mirabili edit. Vitteb. 1678. 4. et acta diaetae anni 1662..

Anno 1672. per integrum comitatum opera archiepiscopi Szelepcsényi et jesuitarum instituta decennalis persecutio, quam in laudem suorum describit auctor Fragmentorum hist. Hung. edit. Cassov. anno 1741. et p. 299., ubi clare fatetur, archiepiscopum omnibus modis premendae ubique haereseos auctorem fuisse. Ille certe misso ad has partes episcopo Bársony, templa manu armata occupanda curavit, qualem vim turolucenses incolae vi repellebant, episcopi fratrem, dominum Joannem Bársony, trucidant, ipsum episcopum verberibus adfectum pastor Daniel Krmann, perpessus verbera, in vita conservavit, quod turpe rusticorum factum, simul et szeniczensium, incendio locorum, profusione sangvinis per milites croatas facta, vindicatum fuit. In coeptis suis procedebat venerabilis clerus per delegatum posoniense judicium, pastores citavit, damnavit, exilio alios, alios carceribus; generalis Rabutin et alii in mandatis accipiebant, recipiant templa evangelicorum, quod eo avidius faciebant milites, dum iis data facultas spoliandi parochias resque ministrorum. Tristissima fuit ecclesiarum comitatus hujus facies per hoc decennium, neque una in exercitio religionis imperturbata manebat. Vid. Georgii Lányi Fundam Davidis et Fragm. hist. Hung. l. c..

Anno 1688.—1700. per commissarium, ut ajunt, comitem Georgium Erdődy, qui in mandatis accepit, ut ad duo loca, per constitutionem diaetae soproniensis reducat ecclesias evangelicas. Quantas intra annos hos expensas, divexationes, carceres perferre debebant partium harum incolae, praesertim submontani, non potest satis describi, superarunt constantes tentationes et protection alibus texoratis (saepius oneratos currus pullis gallinaceis Viennam devehendo, risum in caesarea aula excitabant) aegre usum exercitii religionis retinuerunt in ecclesiis sex, reliquae omnes, praesertim in dominio cseitensi, eodem privatae; conf. cel. Ribiny Memorab. p. II. p. 72., 77.. Vicibus tandem repetitis ademtio ecclesiarum, ar-

ticulo 26. anni 1681. non specificatarum demandabatur; tamen sub continuis persecutionibus partium harum incolas peculiari gratiae divinae assistentia conservatos esse in fidei suae perseverantia, in laudem dei frequenter reminiscuntur posteri eorum, jam donati libertatibus.

Anno 1782. Ultima divexatio, qua sex publicae, quatuor privatae ademtae ecclesiae describuntur in Memorab. cel. Ribiny p. II. p. 288., 571., 479..

Infinitis in partibus his crescentibus evangelicorum malis, nonnisi gratia Josephi II. finem imposuit publicato tolerantiae christianae decreto, cujus protectione resurgebant oppressae ecclesiae, atque per constitutionem augusti Leopoldi II. et comitiorum anni 1791. exercitio earum publica lege firmato, utuntur alma pace.

§. 4. Quod gubernationem ecclesiarum adtinet, illa in hoc etiam comitatu per decursum seculi XVI. patiebatur multum humani. Venerabilis etenim clerus romanus supremum imperium in ecclesias repurgatas et viros ecclesiasticos sibi vindicabat; id volentibus regibus, facile admittebant directionem externi status nostri, solvendo episcopis cathedraticum, visitationum pensum et confirmationis vicearchidiaconi sui honorarium. Plerisque in locis pressi, in communione cum romano-catholicis, sub utraque specie s. coenam ab illis sumendo, manebant, evangelicis aliis plebani capellanos Vittebergae consecratos intertenebant, quod dum episcopi observassent, secessum, quam sui oppressionem, nostri deligebant. Post multas suparatas illis nominibus institutas vexas, evangelici per leges regni suos deligebant superintendentes, hisque ab anno 1610. subducti omni subjectioni clerí romano-catholici, vi legum Solnae conditarum, parebant. Nitriensis comitatus ecclesiae cum posoniensibus et barschiensibus eosdem in synodis pluralitate votorum delectos habebant superintendentes, quorum brevissima cum biographia series haec est:

I. M. Isaous Abrahamides

Hrochotius in comitatu zoliensi nobili patre natus. In Hungaria studia altiora sub Thoma Fábri Bartphae, apud Nicolaum Colacinatem orientales lingvas, Pragae et Lipsiae academica diligenter excoluit. Redux Viennae magnatum filios docuit, in aula quidem

caesaris, unde aegre liberatus primum rector vetusoliensium, dein notarius cremniciensis urbis, ablegatus etiam septem montanarum civitatum, ultimo ab ecclesia vetusoliensi in pastorem delectus, a superintendente Aegydio Hunnio Vittebergae anno 1595. sacros accepit ordines. Ab his anno 1607. Bajmóczium qua praepositus delatus, mox Solnae anno 1610. munere superintendentis inclaruit. Prudentia et eloquentia pastorali insignis, comitibus Georgio, Nicolao, Christophoro Thurzó et superintendenti Eliae Lányi in praesentia magnátum cum laude laudes in exequiis dixit, anno 1621. ipse funere elatus *).

II. Nicolaus Fidicinis

Bajmóczensis, cliens comitis Georgii Thurzó, cujus delectu scholae bitschensis rector anno 1608. constituebatur. Hinc per comitem Stanislaum Thurzó 1621. galgóczensibus in pastorem nominatus, 4. mensis nov. ordinatus, mox sequenti anno 16. oct. opera ejusdem comitis ad superintendentis dignitatem per Joannem Hodikium superintendentem inauguratus, bajmóczensem praeposituram accepit administrandam ad annum 1625., quo decessit **).

III. Andreas Dióssy.

Primum proregis domini Georgii Thurzó anno 1616. aulicus hungaricus concionator, dein anno 1620. szeniczensis pastor et senior berencsiniensis venerabilis fraternitatis, anno 1623. galgóczensis minister. In prividiensi conventu anno 1626. superintendens renunciatus, Bajmóczium venit intra annum mortuus ***).

IV. Basilius Fábri.

Patria hlinicensis, anno 1610. hricsoviensium, anno 1626. prividiensium pastor et fraternitatis senior, tandem anno 1623. in superintendentem delectus, bajmócziensium praepositus fuit ad annum mortis, utpote 1630. †).

---

*) Bővebb életrajza: Monumenta evang. aug. conf. in Hung. historica 1. k. 39.—40. ll.

**) Láss többet ugyanott 41.—42. ll..

***) V. ö. ugyanott 42.—43. ll.,

†) V. ö. ugyanott 44. l..

V. Nicolaus Martini.

Rosenbergensis, scholarum Kiszuczae et Tót-Prónae ad annum 1615. rector, tandem in Alsó-Kubin diaconus, illinc Cseitham translatus senior, mox anno 1631. superintendens constituitur. Anno 1637. ad praeposituram ujhelyiensem provectus, anno sequenti per comitem Joannem Drugeth de Homonna illinc fuit ejectus atque anno 1640. ibidem mortuus. Vid. Historia diplom. p. 24. in append. *)

VI. Daniel Dubravius.

Solnae natus. Redux ex academiis Trenchinii, Briznae, Banoviczini scholas docuit, anno 1628. in aulicum pastorem per Casparum Illésházy evocatus, anno 1633. apud thuroczienses in S. Martino, anno 1638. predmirensis, dein anno 1640. szeniczensis ecclesiae minister et senior venerabilis fraternitatis fuit. Anno 1641. in superintendentis officium sublevatus, per superintendentem Hodikium inauguratur. Ad annum 1655., quo obiit, edito suis sumtibus Manuali D. Matthiae Hoe, et muneris gravissimi fideli humilique administratione publico prodesse in lucro ponebat **).

VII. Martinus Tarnoczius.

Beczkoviae nobili patre natus, anno 1610. in academia vittebergensi editis dissertationibus magistri titulum meruit, redux trenchiniensi et vág-ujhelyiensi scholis praefuit, anno 1652. ad prividiensem ecclesiam regendam evocatus, anno 1656., promovente negotium superintendente Joachimo Kalinka, superintendens creatur. Anno 1660. per Franciscam Khuen, domini comitis Pauli Pálfy viduam, ex ecclesia pulsus, ad Divék-Ujfalu transvehitur, ubi anno 1673. citatus ad delegatum posoniense judicium in exilium subscribit. Exul liberi baronis Gerdorff, consiliarii electoris Saxoniae munificentia sublevabatur. Anno 1682. mense oct. Leutschoviam rediit, multos ordinabat pastores, tandem in Divék, iterum Prividiae munus sub tumultibus patriae continuabat, exul iterum, anno 1685.

*) V. ö. ugyanott 45. — 46. ll..
**) V. ö. ugyanott 46. — 47. ll..

in arce blatniczensi apud magnificam dominam Osztrosith, natam Révay, vitam finivit *).

Post fata hujus non amplius licuit tribus his comitatibus suos deligere superintendentes. Hic cum aliis unitus Krmannium agnoscebat; tandem jussu Caroli VI. caesaris per comitatus posoniensem, nitriensem, trenchiniensem, thurocziensem, arvensem, liptoviensem, barschiensem **) existentibus ecclesiis praeerant superintendentes, uti in comitatu trenchiniensi scriptum praemisimus.

Elias Mohlius.

Posoniensis, qui absolutis studiis academicis anno 1713. modrensis germanicae ecclesiae pastor constitutus, meruit, ut anno 1737. in superintendentem deligatur. Prudenti administratione muneris multum profuit evangelicis, jam adflictissimis, quoad anno 1761. funere elatus fuisset ***). Surrogatus eidem

Michael Torkos.

Itidem apud modrenses germanicae ecclesiae pastor, sit vitae longissimae, precamur, in quo in synodo pestiensi praesente requiescimus.

§. 5. His moderantibus ordini ecclesiastico in comitatu hoc, seculo quidem praeterito, ecclesiae dum fuerint magno numero, subdividi debebant in plures sic dictas fraternitates, quarum singulae suis legibus provisae, quas observandas superintendentes juramento semper promittebant, in ordine debito invigilantibus senioribus, administrabantur. Harum fraternitatum ecclesias, cum adnexis earum senioribus, ex protocollis superintendentum ita sistimus:

I. Fraternitatis Berencs

Seu szeniczensis ecclesiae: 1) Jabloncza, 2) Brezova, 3) Pricsd, 4) Szenicz, 5) Holics, 6) Szakolcza, 7) Szobotiszt, 8)

*) V. ö. ugyanott, 48. — 50. ll..

**) E vármegye hibásan van ide számitva, már ekkor a bányakerülethez csatoltatván. L. Monum. evang. aug. conf. in Hung. hist. 1. k. 139. l..

***) V. ö. Monumenta evang. aug. conf. in Hung historica 1. k. 141. — 142. ll..

Verbócz, 9) Turolúka, quibus additae fuerant ex comitatu posoniensi : 10) Lévárd, 11) Malaczka, 12) Pernek, 13) Szolosznicza (Szőleskút), 14) S. Nicolaus etc.. Seniores delecti fuerant : anno 1612. Jacobus Mikovini pastor szeniczensis, anno 1618. Georgius Schmidelius pastor szeniczensis, 1620. Andreas Dióssy, 1626. Ambrosius Ribossy pastor szobotisztensis, 1640. Daniel Dubravius, 1642. Georgius Zelenka pastor turolucensis, 1653. Andreas Raitiny, 1657. Joannes Philomates pastor szeniczensis, 1660. Joannes Krmann, 1666. Stephanus Pilárik 1673. exul, 1690. Joannes Michaelides.

II. Fraternitatis cseitensis

Ecclesiae : 1) Miava, 2) Krajna, 3) Vagyócz, 4) Ó-Tura, 5) Botfalva (Bzynce), 6) Lieszkó, 7) Vág-Ujhely, 8) S. Crux, 9) Cseite, 10) Lessetice, 11) Vrbovo (Verbócz), 12) Basócz, 13) Veszelá, 14) Kosztolán etc.. His praeerant seniores : anno 1610. Joannes Abrahamides, pastor Cseithae, 1620. Matthias Sartorius, pastor ujhelyiensis, 1622. Nicolaus Borosch, pastor vrboviensis, 1630. Nicolaus Martini, pastor Cseithae, 1635. Joannes Krmann, pastor Cseithae, 1640. Melchior Raphanides, pastor Cseithae, 1655. Andreas Raitiny, pastor Botfalvae, 1724. Joannes Petko, pastor pricsdensis. Post decennalem persecutionem cum szeniczensis fraternitatis ecclesiis coaluerunt hic residuae, existente seniore anno 1707. Adamo Czerkonius, anno 1720. Joanne Petko, pastore pricsdensi.

III. Fraternitas galgóczensis.

Cujus matres slavicae nationis fuerant : 1) Modrova, 2) Hrádek, 3) Vág-Szerdahely (Streda), 4) Pöstény, 5) Drahovce, 6) Schavaron (?), 7) Keresztúr, 8) Schúrova (?), 9) Zelenicze (Zéle), 10) Bucsán, 11) Galgócz ecclesia slavica, 12) Szent-Péter, 13) Odvornice (?), 14) Ricsuvo (?) cum Pasztúchov (Pásztó), 15) Knoth (Kutty ?), 16) Mertice, 17) Vaszardice (Vasárd), 18) Attrak, 19) Oressani (Diós), ex quibus quatuor in comitatu posoniensi sunt sitae. Seniores hos solum eruderare licuit : anno 1610. Joannes Fabricius, 1622. Nicolaus Fidicinis, 1624. Andreas Dióssy, 1630. Joannes Krmann, 1647. Daniel Lányi, 1665. Elias Lányi, pastor in Galgócz ultimus, in Veresvár exul.

IV. Fraternitatis tapolcsanensis

Ecclesiae : 1) Ripnani (Rippény), 2) Csermani, 3) Psolovce, 4) Bajna, 5) Blesovce (Bellesz), 6) Vitkovce (Vitkócs), 7) Sissov, 8) Nadlice, (Nadlány ?) 9) Krussovce (Kóros), 10) Oponice (Apony), 11) Kovarcz, 12) Streda (Nyitra Szerdahely), 13) Szolcsani, 14) Krajna, 15) Bossány, 16) Nagy-Tapolcsán: accesserat ex praecedenti Kürt. Seniores occurrunt: anno 1580. Nicolaus Benedicti, pastor nagy-tapolcsanensis, 1609. Stephanus Keviczky, pastor belleszensis, 1615. Matthias Hranicenus, pastor kürtensis, 1618. Jonas Csernák, pastor szolcsanensis, 1621. Franciscus Hrabecius, pastor belleszensis, 1649. Adamus Vittman, pastor kürtensis, 1651. Simon Eustachius, pastor belleszensis, 1652. Andreas Pukza, pastor belleszensis, 1657. Nicolaus Rezik, pastor kórosiensis, 1673. Stephanus Zorkóczy, pastor bossányiensis, 1707. Daniel Blasius, pastor kürtensis, unitarum fraternitatum Tapolcsán, Galgócz et Bajmócz senior.

V. Fraternitatis bajmóczensis

Ecclesiae : 1) Gajdel, 2) Teuto-Próna, 3) Brezani (Brzán), 4) Handlova, 5) Chrenocz, 6) Koss, 7) Divék, 8) Kosztolna, 9) Prividia, 10) Pravenecz et quaedam ex comitatu barschiensi huc adjunctae. Seniores fuerant: anno 1569. Melchior Schupka, 1595. Andreas Szoczovszky, 1610. Alex. Szoczovinus, pastor prividiensis, 1615. Jacobus Spiegler Teuto-Prónae, 1626. Basilius Fábri, pastor prividiensis, 1628. Paulus Lovcsányi, pastor brezanensis, 1630. Thomas Francisci, pastor prividiensis, 1636. Michael Schver, pastor Prónae, 1656. Matthias Fekna, pastor chrenóczensis, 1667. Joannes Rövidi, pastor zsámbokrétensis, 1669. Matthias Institoris-Mossóczy, pastor Kosztolnae.

VI. Fraternitas semptensis.

Hungaricas continebat ecclesias: Sempte, Ujlak, Galgócz, Udvard, Kolon, Kis-Báb, Sopornya, Felső-Zele, Udvarnok, Egerszeg, Emőke, Érsek-Ujvár, Hodos et alias, tandem Calvinum sequentes. Seniores harum fuerant: anno 1574. Petrus Bornemisza, 1610. Stephanus Kürthy, pastor szerediensis, 1618. Balthasar Zólyomy Perina, pastor Semptae et Szeredae ad annum 1624.

Hac aetate singulae in hoc comitatu uni parent seniori anno 1784. constituto, Paulo Jezsovicz, pastori szobotisztensi.

§. 6. Musas sub magnis patronis celebriores habuit comitatus hic, et quidem :

Galgóczini.

Posuerat fundamenta magnificus dominus Alexius I. Thurzó, scholae arci vicinae, adaugebant gratiosa cura ejus successores aedificia et fundos, ex quibus rectores et juventus sustentabatur. Rectores refert cel. Rezik in Gymnasiologia Hungariae manuscripta hoc ordine : anno 1586. Georgius Seratorius, 1590. Joannes Drietomensis, 1605. Paulus Malus, 1607. Alex. Szoczovinus, 1609. Joannes Hodikius, 1612. M. Joannes Simplicius, 1615. Georgius Píntér, 1616. Nicolaus Fidicinis, 1623. Joannes Lányi alias Zaban, 1628. Franciscus Litterati, 1629. M. Georgius Lyci, 1632. Matthias Crúdy, 1640. Michael Kasselius, 1649. Joannes Sinapius, 1651. Georgius Fabricius, 1656. Joannes Nostitius, 1660. Michael Zsarnóczius exul cum libertatibus, ut inferius ad hunc locum occurret.

Szenicii.

Magnifica familia Nyáry de Bedegh cum oppidanis fovebant literas per decursum praeteriti seculi praeficie bantque scholae claros rectores, anno 1590. Joannem Balthasarides, 1615. Joannem Nemanitius, 1620. Andream Herény, 1630. Martinum Brezenensis, 1634. Danielem Raczikius, 1638. Joannem Guttovini, 1648. M. Martinum Tarnóczy, 1649. Joannem Dubravius, 1654. Joannem Krmann, 1657. Paulum Gally, 1660. Georgium Sommerkorn, 1662. Martinum Krizsán, 1667. Stephanum Pilárik, 1669. Tobiam Masnicius, et anno 1671. Joannem Stephanides, quo existente generali divexatione schola dissipata anno 1673..

Bajmóczini

Comitum Thurzó munificentia alebantur studiosi, et docentes. Horum memoriam observamus in ordine sequenti : anno 1580. Daniel Mensatoris, 1582. Georgius Saator, 1600. Andreas Fekna, 1610. Matthias Platani, 1612. Jacobus Sartorius, 1616. Georgius

Clementis, 1630. Joannes Liszkovszky, 1636. Nicolaus Schlehik, 1640. Tobias Benedicti, 1642. Matthias Haberman, 1650. Martinus Spetko.

Prividiae.

Itidem sub dominio comitum Thurzó statim post initia reformationis schola celebris, cui praeerant rectores : anno 1560. Ladislaus Liptoviensis, 1570. Nicolaus Colacinates, 1578. Joannes Dvorszky, 1580. Joannes Zorkóczy, 1580. Albertus Husselius, 1594. Matthias Lochmann, 1598. Nicolaus Marikovszky, 1610. Balthasar Demiani, 1609. Seraph. Vilhelmi, 1613. Joannes Krmann, 1615. Elias Ladiver, 1625. Georgius Haiszky, 1627. Franciscus Litterati, 1634. Joannes Gobius, 1635. Georgius Zabojnik, 1640. Georgius Stranovszky, 1643. Daniel*) Lányi, 1645. Joannes Turanecz, 1648. Andreas Fitkovini, 1649. Joannes Rotarides, 1652. Elias Parschitius, 1652. Zacharias Kalinka, 1654. Zacharias Czember, 1656. Georgius Holvaidt, 1658. Joannes Mittner, 1660. scholae cum ecclesiis ereptae.

Teuto-Prónae.

Cives pronissimi ad literarum culturam fuere sublevatique beneficiis comitum Thurzó, altiora studia domi docenda committebant scholae rectoribus, ex quibus observamus anno 1580. Andream Schorman, 1592. Joachimum Bircholtz, 1600. Engelhard Schüller, 1611. Joannes Pinner, 1619. Jacobus Spiegler, 1622. Bartholomaeus Grensner, 1624. Casparus Reigner, 1628. Joannes Lader, 1632. Joannes Rittlin, 1639. Jeremias Pilárik, 1647. Basilius Cruselius, 1653. Samuel Francisci, 1658. Andreas Zaszkaliczky, 1660. Valentinus Perák pulsus cum libertatibus ecclesiae, ut in speciali parte expositum sequitur.

*) Hornyanszkynál i. m. 227. l.: David.

Pars specialis

Sectio I.

De libera regiaque civitate Szakolcza.

Szakoloza (Skalica.)

Quam Buda per turcam occupata multi nobiles in locum perfugii delegerant et quoad usum religionis purioris singularia fata habuit. Nobiles et civium multitudo jam anno 1560. doctrinam lutheranam sequebantur. Andream Schupka cantorem et scholae moderatorem Gregorium Phileretus, quorum prior anno 1575. Prividiam in diaconum, posterior Hradischium in Moraviam anno 1579. evocati, ordines sacros Vittebergae accipiebant, in sinu suo fovebant; ast ob communem tranquillitatem, reliquorum civium unionem et pacem servandam, sese non avellebant ab ecclesia et ritibus catholicis ecclesiae romanae usitatis, tantum in eo conservari volebant, ut sacra eucharistia sub utraque specie administretur. Per decursum multorum annorum civitatis parochi in unione hac conservabant evangelicos, imo ipsi etiam non solum matrimonium evangelio conveniens, sed et potiorem doctrinae partem amplectebantur. E numero illorum fuit reverendus Andreas *) Czechrovius, decanus venerabilis contubernii, cujus consensu cives Stanislaum Sztankovics, ex scholae radacsoviensis rectoratu evocatum, anno 1599. Vittebergae quidem in diaconum consecrandum statuebant, ut habent Indices ordinatorum vitteb. ad hunc annum. Similibus perlatis ad aures episcopi nitriensis, Francisci Forgács, anno 1603. datus est szakolczensibus plebanus Nicolaus Sartorius, qui in mandatis accepit, conniventia abjecta, usum sub una specie in sacra coena inducat et sensim singulos ad sacra romano-catholica sequenda compellat. Nostri, nobiles praesertim, dum petendo sub utraque administrationem nihil profecerant, interposita apud magistratum intercessione, anno 1611. **) die 1. oct. secessionem denuntiant et

*) Ugyanannál. i. m. 250. l.: Antonius.

**) Talàn: 1604..

consentiente senatu civitatis, vi legis regni anno 1608. primum ministrum Stephanum Raticenum inducunt. Exclusi aede s. Michaelis evangelici, in domo prius domini Szentgyörgyi, dein domini Százy, tandem per illustrissimum baronem Petrum de Réva data domo, sacra agebant. Vexati per romano-catholicos multis modis, anno 1619. gravamina ad comitia deferebant supplici libello, cui haec indorsatio inscripta : „Cum nullum sit aliud templum, quod vacaret, quodve praecise supplicantibus introscriptis assignari posset, eapropter statuunt et decernunt status et ordines, ut primarium et parochiale loci illius templum, sancti nempe Michaelis, augustanae confessionis hominibus cum romano-catholicis commune sit, in eodem cultus divinus utrinque pari passu peragatur, ita videlicet, ut augustanae confessioni addicti ab hora 6. matutina ad 8. usque antemeridiana sacra peragant, postmodum romano-catholici officia sua exequantur. Campanae autem, locus sepulturae, parochialis etiam proventus, similiter communes sunto. Posonii 30. dec. 1619.“ In statu ita definito perseverabant cives ad annum 1638., quo aedes sacra incendio deleta fuit. Hic casus dedit occasionem multarum rixarum. Romano-catholici nostros a restauratione aedis excludebant, tandem ab usu arcebant. Actum est negotium hoc in comitiis anno 1647. atque superatis magnis difficultatibus per articulum 8. anni 1647. ordinatis locis pro templo, novum evangelici, quod modo possident patres carmelitae, propriis sumtibus aedificatum anno 1650. consecrabant. Reposita ecclesia in libertatem floruit fuitque Phanuel evangelicorum Moraviae, ut scribit in actis visitationis superintendens Tarnóczy. Anno 1655. iterum pastor et auditores mala patiuntur a romano-catholicis ; illum in visitatione morbidorum turbat parochus, hos ad ceremonias contrarias religioni compellit magistratus, ut est querela in actis diaetae anni 1655.. Anno 1659. huc illocatis jesuitis, majora pericula parabantur, sed non prius, nisi anno 1671. effectuata. Tristis decennalis persecutionis initio, praefato anno templa vi et hic eripiuntur, calvinianum paulinis, evangelicorum jesuitis, tandem anno 1699. carmelitis tradita; pastoribus tridui mora ad migrandum concessa. Libertatibus singulis privati gemebant evangelici concives de numero centumviratus ob religionem ejecti et in interiorem senatum nemo ex evangelicis admissus. Sub tumultibus anno 1683. die 4. sept. reducebant pastorem Joannem Michaelidem ; illegali hac ratione effecerunt, ut eodem anno

ejectus fuerit, nostri autem longe severius tractati sint, disponente cardinali Leopoldo Kolonics, cujus consiliis et a beneficio articuli 26. anni 1681. exclusi manebant, licet frequenter etiam in commissione pestiensi demonstraverunt, regiam civitatem beneficio religionis uti oportere. Anno 1737. post varias divexationes novam constituebat cameralis commissarius, ut acatholici ad singulum aegrotantem parochum vel religiosum catholicum, sub incursu mulctae dictatae, advocent. Afflicti cives anno 1742. ad thronum regium recurrebant et in responso accipiebant: „Tales poenalitates abrogandas esse, nisi constet parochum vel religiosos ex se ad aegrotos ire volentes non admissos, vel si moribundus monstrasset desiderium habendi parochum vel religiosos, eos tamen vocatos non fuisse.“ Post desertionis adflictae centumque annis durantis periodum, illuxit anno 1783. his quoque gratia Josephi II., qui donavit cives libertate exoptata, quam exercitio religionis reducto aestimant, constantes in precibus pro regia aula, sacra peragunt, hodie porro aedificiis sacris carentes. Addendi his sunt serie sua pastores: anno 1611. Stephanus Raticenus, 1616. Joannes Picus, 1640. Abdon Autinecius, quo anno 1647. amoto, subordinati per seniorem fraternitatis berencsiensis Georgium Zelenka, vicini pastores sacra peragebant, quoad anno 1649. Joannes Felinus inductus fuisset. Anno 1652. Joannes Sinapius, 1656. Joannes Rotarides, 1669. Joannes Michaelides, 1671. exul, anno 1783. Martinus Laucsek, cujus opera plurimum adjuti in hoc opere profecimus. De hac ecclesia egit ille ex instituto in sacro sermone, primo apud szakolczenses anno 1783. typis edito szakolczensibus.

Sectio II.

De ecclesiis in oppidis.

Multorum oppidorum in hac ora ecclesiae profusius describi deberent, sed per integrum opus regnans brevitas atque illarum multitudo, quarundam vel memoriam adnectemus, brevitatem deposcit. Jam easdem indicabimus:

1) **Bajmócz** (Bojnicz.)

Felici fato oppidi hujus, imo dominii integri possessio ad jura

ıgnifici domini Alexii Thurzó jam anno 1527. translata fuit. Hic ıtor repurgati evangelii nuntiis doctrinae salutaris et hic locum ·dit. Ex illis, qui primi fuerint, non invenio. M. Casparum Capslanum, per magnificum dominum Joannem Thurzó, anno 1550. ittеberga advectum, pastorem ecclesiae hujus ipsi Indices ordinatorum vitteb. ad hunc annum exhibent. Progressus coetus ınctioris felicissimos semper sub defensione illustrissimae familiae hurzó, describere illa ratione sufficiet, dum praecipuos illius dotores exhibebimus. Post reverendum Thomam Osvaldi, anno 1577. aulus Vranka, pastor ecclesiae et simul praepositus bajmóczensis ıit, qui anno 1583. ·Michaelem Lazanszky, anno 1587. Andream Kapirium, sumtus conferente illustrissimo domino Bernhardo Thurzó, Vittebergae ad diaconatum ordinandos curavit. Sequentibus anıis in parte comitatus generali laudati, ab anno 1607. Isacus Abranides, Vetusolio subvectus, anno 1622. Nicolaus Fidicinis, anno 1625. Andreas Dióssy, anno 1628. Basilius Fábri, praepositi ac superintendentes simul, illustrabant ecclesiam. Illustrissimo domino Michaele Thurzó a sacris nostris recedente, in tristissima fata recidit ecclesia agentibusque tragoediam jesuitis, anno 1635. templa ademta. Emortuis Thurzónibus, comes Paulus Pálfy adiit dominium atque anno 1641. die 2. febr. funere elato ultimo lutherano praeposito, Tobia Benedicti, Thomam Belavium, romano-catholicum praepositum induxit; quam oppressionem status regni in comitiis anni 1647. ab oppido removere studebant quidem, verum potentiae cedere debuit justitia, fraudibus suis id exoperantibus jesuitis, qui non prius quiescebant, nisi dum multos ad castra sua perduxissent simul cum locis adjacentibus. Apáti filialis jam anno 1609. per nitriensem episcopum, comitem Forgács, libertatibus fuit privata.

2) Bajna.

Slavice Bojna, in senioratus nagy-tapolcsanensis tractu, inter primas ecclesia. Hanc visitatione anno 1613. die 8. jun. descriptam reperio per superintendentem Isacum Abrahamidem, qui adjunctos habuit reverendum Stephanum Keviczkyum, seniorem fraternitatis nagy-tapolcsanensis, pastorem blessensem, et dominum Joannem Gulich, magnifici Pauli et Petri Aponyi officialem. Id praesertim non modicas laudes adtulit oppido, quod anno 1617. die divo Mar-

tino sacra, hic jubilaeum reformationis celebrantibus pastoribus fraternitatis hujus septemdecim numero, hospitium exhibuerit, loci ecclesiae ministro existente Matthia Hlusticio. Terrestris dominus, magnificus Adamus Thurzó, a majoribus suis datam ecclesiae pacem turbabat anno 1635. templum adimendo; tandem anno 1647. die 19. apr. per regni commissarios iterum nostris resignatum. Quod reliquum est, id acta comitiorum anni 1681. observant, ecclesiam hanc inter ademtas collocando. Pastores Bajnae: Simko parochus 1618., qui molam successoribus legavit, Matthias Hlusticius, Joannes Matthaei, 1625. receptus et anno 1640. amotus, Joannes Sartoris et Martini dictus 1647.—1649., Joannes Klacsany 1651., Philippus Johannides 1670. venerabilis contubernii notarius.

3) **Brezova.**

Frequens ecclesia et quieta semper ab initio reformationis, praesertim sub patrocinio magnificorum dominorum Nádasdy, qui domini loci fuerant, ut habet superintendentis visitatio anni 1613. et anni 1624., quo pastor fuit Georgius Kocsarius exul bohemus. Anno 1666. comes Franciscus Nádasdy templum ademit, usum religionis interdixit, ministrum ab anno 1656., reverendum Joannem Krmann exilio donavit. Ejecto eodem, consecrandum curabant anno 1658. Joannem Michaelides, qui pavit ecclesiam ad generalem persecutionem. Profusis multis expensis anno 1683. exoperati sunt facultatem exercitii religionis, in qua regio edicto etiam anno 1690 confirmabantur, quo tempore sacris apud illos operabatur reverendus Joannes Michaelides, senior fraternitatis berencsiano-cseitensis frequenter vexatus cum ecclesia per dominum comitem Georgium Erdödy, anno 1705. hic mortuus. Insperata adversitate, quam parte generali descriptam exhibuimus, anno 1705. oppressa ecclesia, existente pastore Joanne Neogradi, amisit omnes libertates ingemiscebatque tristis ad felicem periodum tolerantiae Josephi II. augusti sub qua anno 1783. inducto pastore, reverendo Andrea Lekenyei reflorescere incipit.

4) **Cseita** (Csachticze).

Oppidum ab anno 1569. juris fuit comitum Nádasdy, qui statim sub ingressu dominii, ecclesiam jam lutheranam multis dota-

bant beneficiis. Illustrissima domina Ursula Kanisay, magnifici domini Thomae Nádasdy palatini regni vidua, pretioso supellectili templum exornabat et pastorem Achatium atque ejus proles ampla vinea, Munkove dicta, quam postea ecclesia, deposito heredibus pretio, suam fecerat, donaverat. Francisci I. Nádasdy in hanc merita illustriora fuere, quam ut describi possint. Inter illos, qui laboribus exornabant animos fidelium, celebriores fuerant: reverendus Joannes Abrahamides ponicenus, jam anno 1610. fraternitatis cseitensis senior, Nicolaus Martini, itidem senior et anno 1631. superintendens delectus, Joannes Krmann, fraternitatis senior, jussu comitis Francisci II. de Nádasd per Andream Brányik officialem omnibus spoliatus, exturbatus, quas injurias simul et ecclesiae illatas legas in actis diaetae anni 1647.. Quiescente comitis ira nostri anno 1655. parochiam lapideam exaedificabant, qua non diu sunt potiti. Anno namque 1660. iterum comes praefatus templum et quidquid fuit libertatum ademit, ejecto pastore Nicolao Nigrini, multos vi ad sacra sua pertraxit. Sub revolutione initio seculi nostri sacris operabantur evangelici in horreo quodam; id paulo post majorem illis creabat divexationem, qua fere penitus oppressi. Seculo praecedenti filiales ad hanc matrem inscriptae in visitationibus superintendentum adsunt: Gablovo, Visnyó, Zsolnafalva, Komarno, et Krajna, tandem mater, ut infra occurret.

5) **Galgócz** (Freystadt, Frasták.)

Insigne olim oppidum, trium nationum ecclesiam constituebat, quarum cuivis proprii erant pastores. Primo evangelicorum patrono anno 1543. hic mortuo, Alexio Thurzó, filia ejus Elisabetha, primum baronis Adami Ungnad, dein comitis Julii a Salm consors, in florem reponebat lutheranos; prior quidem illius maritus jam anno 1567. penitus omnes abesse jussit monachos franciscanos atque ecclesiae slavicae nationis templum eorum assignabat; posterior germanicam ecclesiam dotabat, quae tandem fraternitati posoniensi incorporata fuit. In sinu Thurzóianae gentis, emortuis prioribus, existens ecclesia longo tempore summa pace perfruebatur. Leonhardus Vidos, hungarorum pastor, anno 1585. inclaruerat edito libello: Az keresztény tudománynak fő ágairól való könyvecske, quem illustrissimae dominae Annae, comitis Julii a Salm,

et Elisabethae Thurzó filiae dedicaverat. Anno 1604. die 2. sept. reverendissimus dominus Martinus Pethő slavorum templum monachis restituit, vi adhibita. Auxilio comitis Stanislai Thurzó mox aliud exaedificatum est, ut et parochia cum schola, atque his novi proventus ordinati, quibus potiebantur singuli ministri, quorum digni prae aliis memoria : Nicolaus Fidicinis, anno 1622. superintendens creatus, Andreas Dióssy anno 1626. superintendens, M. Georgius Lycius anno 1629., Joannes Krmann, Matthias Crúdy anno 1638., Daniel Lányi, Isacus Regius, ab anno 1660. Joannes Sinapius. Magnifico Adamo Thurzó deficiente ab ecclesia nostra, pernities struebatur evangelicis. Anno 1635. templum majus occupatum, tandem sub comitiis anni 1647. restitutum; iterum anno 1661. mandante comite Adamo Forgács in exilium acto Sinapio et ejus collegis, vis evangelicis, imo excidium illatum est, quod in actis diaetae anni 1662. verbis sequentibus descriptum legimus : „In bonis arcis Galgócz templum unum, hospitale vocatum, hungarorum nationis, et alterum expensis evangelicorum in exciso articulari loco pro slavicae nationis evangelicis exstructum, illud quidem occupari, hoc autem pariter occupatum desolari, ministros autem, ademptis eisdem propria pecunia comparatis domibus et bonis, expelli fecit, parochiasque et scholas, una cum proventibus et pertinentiis simili via occupatas detinet.“ Sic decus galgócziense interiit, saevientibus monachis, omnes etiam fideles. Filiales cum templis erant Veresvár et Beregszegh. Ex pastoribus hungaris galgócziensibus observandi : anno 1572. Petrus Bornemisza, anno 1580. Leonhardus Vidos, anno 1613. Joannes Hollósy, anno 1617. Tobias Bruncz vik, anno 1625. Gregorius Pintér cum diacono Georgio Zelenka Ecclesiae slavicae praeerant : 1580. Joannes Fabricius, anno 1586 Joannes Fabricius de Szent Mihály usque ad annum 1621. senio simul fraternitatis galgócziensis, quos excipiebant supra dicti ministri.

6) Ghymes.

Comitibus Forgács sacra evangelica profitentibus, quales eran parte generali praemissi : Emericus, Sigismundus, Petrus, Simon e alii, haud ignobilis fuit coetus evangelicus. Initio seculi XVII. a calvinianos transibat. Anno 1623. Nicolaus et Sigismundus facti romano-catholici templum suis usibus dedicabant, quam querelam ha

bent acta diaetae anni 1647.. Ex magnatibus Forgács nostris sacris addictus eruditione maxime inclaruit dominus Michael Forgács, cujus erudita materia plenae literae supersunt Vittebergae in collectionibus Rotaridesianis. Argentorati prius, dein Vittebergae tribus annis morabatur, scripsit De laudibus peregrinationis orationem anno 1587. in 4. typis editam Vittebergae. Hic existenti fuit commercium literarum cum celeberrimo Justo Lipsio; hujus de barone elogia videas in Lipsii Epistolarum cent. II. edit. Lugd. Batav. anno 1591. in 8..

7) Holics.

In potestate fuit diversorum possessorum, unde et fata ecclesiae frequenter mutabantur. Seculo XVI. labente oppidani communibus sumtibus templum reparatum evangelicis sacris hospitium fecerant, quod anno 1612. superintendens visitando vestibus sacerdotalibus et quinque calicibus argenteis ditatum deprehendit. Anno 1616. Petrus Érsek fuit pastor ecclesiae. Circa annum 1638. exclusi eodem, de novo exstruendo solliciti in comitiis anni 1647. firmamentum stabilitatis ejus requirunt atque vi articuli 9. obtinent, opusque perficiunt, existente pastore Martino Kaled. Sed parum momenti habuit lex ad retundendos hostes. Anno etenim 1660. comes Adamus Czobor cum reverendissimo Stephano Sennyey, episcopo veszprimiensi, recenter erectum templum funditus diruebant, imo et plebem ad defectionem a religione multis violentiarum congressibus adigebant, quod in actis diaetae 1662. clare exponunt querulantes status regni, sed solatium regis indultu non prius consequuntur, quam aetate nostra indulgentia Josephi II. augusti. Anno 1786. die 5. febr. obtentis exercitii libertatibus reverendum dominum Joann. Klacsany ministrum inductum per reverendum dominum Martinum Laucsek, szakolczensium pastorem, jam amplectuntur. Filiales hujus matris initio seculi XVII. hae fuerant: Trnovce (Trnócz), Popudina, Mocsidlani, Vlkovani, Radimove, Kopcsani et Katov; ultimam persecutio anni 1639. spoliavit usu religionis exercitii, quod et reliquis evenerat oppressa matre. In arce Holics domini de Réva aulicos concionatores alebant, speciatim anno 1618. dominus Petrus de Réva Michaelem Wagner.

8) Jablonicza.

Seculo XVI. in ampla pace quoad ecclesiam fuit, dum domini arcis et dominii Korlátkő ejusdem religionis fuissent; recedentibus his, recedebat quies; circa annum 1635. templum hic etiam ademtum est, exercitio aegre continuato per fidelem pastorem Joannem Spilkiny, qui anno 1649. per dominam relictam Blasii Aponyi loco motus, populum divexationibus et captivitati dominii subjectum propter religionem in tristissimo statu e longinquo cum lacrymis intuebatur. In actis comitiorum anni 1649. haec consignata occurrunt. Ecclesia numerabatur cum aliis novem intra hoc dominium in venerabilis fraternitatis szeniczensis ordine. Filialis ejus in visitationum protocollis notata fuit Lieszkova. Pastores Matthias Matkovi-czenus, anno 1615., Jacobus Schoperus 1648., Joannes Spilkinus 1649.. Anno 1651. Lieszkova in periculis matris induxit in medium sui anno 1647. pastorem Matthiam Stephanides pro se ordinatum; mater vero usu conservato anno 1667. Martinum Krizsan, anno 1669. Georgium Figuli pastores habuit.

9) Komjáthi.

Forgácsianae genti proprium, priusquam calviniana recepisset dogmata, multis annis seculo XVI. lutheranam habuit ecclesiam, quae praesertim magnifici domini Stephani Forgács et consortis illius beneficentia anno 1570. gaudebat. Gallus Huszár ad recipiendam religionem aliam occasionem praebuit oppidanis, licet semper simulaverit coram superintendente Bornemisza, genuinum se esse asseclam Lutheri, infestum a calvinianis. Quae tristia ab episcopo Francisco Forgács perpeti debuit, hic refere non interest. Sustentarunt exercitium ad decennalem usque persecutionem. Hoc singulare est, anno 1615. colloquium unionis causa inter nostros et calvinianos hic institutum esse, quod parte generali comitatus hujus praemisimus.

10) Kosztolán.

Ad distinctionem illius cognominis locorum Magnum dictum, in dominio cseitensi oppidum. Sub protectione illustrissimae gentis

Nádasdy ab anno 1569. crevit ecclesia, et speciatim per magnificum Franciscum Nádasdy beneficiis adaucta, per integrum seculum perpetua quiete gaudebat. Postquam anno 1656. sub pastore Joanne Molitoris templum renovassent, jussu judicis curiae Francisci II. Nádasdy, eodem omnibusque libertatibus ex spoliati sunt, minister ejectus ac populus per illocatum plebanum ad religionem alienam compellebatur. Acta diaetae anni 1662. fusius haec narrant. Pecsenyéd, Nizsna, Dubován, Zakosztolán et Lévárd matrem hanc agnoscebant.

11) Miava.

Possessio antea jam oppidi juribus ornata, populosissimam ecclesiam, circiter 9000. animas habentem, constituit. Fata hujus in compendio exhibet inscriptio templi romano-catholicorum sequens: „*Templum ss. Trinitatis, quod Miava comite Paulo de Nádasd anno domini 1586. fundata, per cosacos anno 1621. oppugnata, diplomate religionis anno 1646. donata, ejusque usu anno 1660. privata, ob recuperatam libertatem anno 1696. turbata, pridie pentecostes anno 1697. fundavit, ut in eo tribuantur lex, evangelium, baptisma, coena, precesque securis, pavidis, natis lapsisque, Triuni, suo sumtu et eleemos. aucto, accedente serenissimorum regum, electorum et reipublicae hollandicae apud suam caesareo-regiam majestatem interventione, anno 1701. continuavit, praeeunte Daniele Krmann pastore suo septimo. Recordare nostri alme Jehova!*“ Initio seculi per comitem Erdödy, tandem per militiam caesaris attenuata, aegre ministros retinuit ad periodum illius infelicis incarcerationis Krmannianae, quo tempore, utpote anno 1731. templo et libertatibus omnibus exuta est. Anno 1783. iterum gratiose donata privato exercitio amplissimum erexit oratorium, in quo sacris operatur reverendus Georgius Jozefi. Ante hunc ministri fuerant: anno 1586. Joannes Plachta, anno 1615. Paulus Augustini, 1622. Andreas Corony, 1634. Gabriel Schebovicz, 1652. Daniel Krmann, 1661. exturbatus, anno 1681. restitutus, per caesareanos vi ejectus; anno 1690. per 15. dies Matthias Szabaticius, 1690. Daniel Krmann junior ad annum 1699. 17. apr., qua captus per comitem Georgium Erdödy in arce cseitensi, unde effugit in Saxoniam, Tobia Petko ecclesiam administrante, anno 1700. rediit, 1704. Solnam evocatus Joannem

Sztranszky, successorem habuit, anno 1709. Joannes Petko, 1711 iterum Krmann revocatus, incarceratus 1731.. Cel. Ribiny ll. cc. d hoc fusius.

12) Moosonok.

Seculo XVI. nostram ecclesiam habuit cum reliquis vicinis cum fine seculi ad calvinianos deflectentem, quam mox anno 1609 episcopus nitriensis, Valentinus Lépes, suam effecit, jure dominii ut tum consvetudo fuit.

13) Német-Próna (Nemecké Pravno.)

In ditione arcis Bajmócz, unde felicitatem ecclesiae sub gente Thurzónum derivare facile est, quae haud interrupta ultra centum annos beabat oppidanos. Quosdam ex pastoribus juvabi adnotasse. Anno 1570. fuit Daniel Rurichius, anno 1581. Andreas Schorman, 1610. Spiegler fraternitatis bajmóczensis senior, 1624 18. oct. mortuus, Joannes Reich, anno 1648. Michael Schver, iti dem senior 1655. mortuus, Daniel Neckel 1654. et anno 1658. Joannes Graff, quem cum diacono Philippo Köberling et Andrea Zaszkaliczky scholae celebri rectore anno 1660. vidua comitis Pauli Pálfy, Francisca Khuen, turpiter ejecit, usum exercitii religionis sustulit, quod describit ex instituto Martinus Novák sub titulo Avisen, edit. an. 1680. in 4.. Truculentam horum et vicinorum locorum persecutionem, ejusdem dominae voluntate institutam, qua paucissimis exceptis, defecerant omnes, et acta diaetae anni 1662 exhibent. Residui sub revolutionibus praefatum Köberling reduxerant quidem; libertatem tamen longam esse nequivisse omnibus constat. In flore existens ecclesia habuit filiales: Tuzsinam alias Szmids-Haj, Majzel, Czach, Szolcsán et Chvinian (?).

14) Ó-Tura.

Habet ab anno 1569. colli impositum templum, ministros a sacris multos praeclaros. Nobis sufficiat indicasse sequentes : anno 1586. Joannem Hloschini, 1640. Nicolaum Marci thuroczenum, venerabilis contubernii cseitensis notarium, 1665. 15. jul. exulem. Sub Rákóczyanis motibus anno 1706. Georgium Szitnay constituebant ministrum; illis sopitis iterum ut maleficentissimi tractabantur.

Amica et his tolerantia Josephi II. regis Hungariae anno 1783. affulsit, quo inducebant pastorem Matthiam Liffiny*) et aedificatam aedem sacram anno 1784. dominica 24. trinitatis perfecerunt atque mortuo Liffinyo surrogabant Paulum Daxner ministrum.

15) Pöstény.

Frequenter in protocollis superintendentum quoad ecclesiam laudatum lego. Suppar erat aliis felicibus sub Thurzónibus dominis suis partium harum ecclesiis, quoad comes Adamus Thurzó jesuitarum zelo divexandam anno 1635. permisisset. Occupatum templum anno quidem 1647. receperant, opportunitate accedente, iterum circa annum 1660. ademit comes Adamus Forgács, ministroque ejecto propemodum et memoriam evangelicorum sustulit. Banka, Ujlak et Morovna, filiales matris hujus fuere. Anno 1610. Martinus Szkacsanyi his sacris operabatur.

16) Privigye.

Inter omnes primam, reflorescentem beneficio comitum Thurzó, oppidanorum ecclesiam et scholam habuit. In hac jam anno 1556. rectorem agente Ladislao Liptoviensi in tantum proficiebant et loci filii, ut mox inclaruerint celebritate a ministerio, quales fuerant Paulus et Thomas Vranka, Albertus Husselius, alii. Qui fuerint ecclesiae reformatores, non constat. Pastores fuere: Melchior Schupka, senior venerabilis contubernii, anno 1570. Andreas Szoczovszky, qui Andream Schupka, patriae filium, in diaconum adlegit. Anno 1575. Albertus Husselius, itidem prividiensis filius, celebris antistes, Stephanum Keviczky diaconum anno 1585. accersivit. Idem faciebant successores Raphael Hrabeczi, Alexander Szoczoviny, Paulus Szaladiny; unde amplitudinem ecclesiae concipies. Celebritatem loco id etiam conciliavit, quod anno 1620. status regni evangelici propter imminentem diaetam in negotiis religionis, hic ex decem comitatibus congregati, concursum habuerint, Michaele Petran**) pastore ecclesiae tunc existente. Altera vice conveniebant deligendo superintendentem, loci pastorem et fraternitatis bajmóczensis seniorem, Basilium Fábri, utpote anno 1628.. Huic suc-

*) Hornyanszkynál i. m. 271. l.: Adamus Liffa.
**) Ugyanannál i. m. 226. l.: Petri.

cedebant : Thomas Francisci senior venerabilis contubernii, Georgius Haiszky anno 1630., David Lányi 1647.. Anno 1656. iterum pastor prividiensis, M. Martinus Tarnóczy dignitate superintendentis in synodo ludanensi cohonestatus fuit. Hunc anno 1660. domina comitissa Francisca Khuen, regni palatini Pauli Pálfy vidua, ademto prius extra oppidum templo s. Mariae, ignominiose ejecit parochia cum Philippo Johannide diacono, tandem aliud intra oppidum, imo et in utraque filiali Szebedrázs et Czigel existentia templa occupavit, miseros evangelicos diris modis vexabat, ut exponit Novák l. c.. Revolutionum Tökölyanarum tempore reductus est superintendens Tarnóczy, quod quam diu bene esse oportuit et defectionem a religione nostra toti oppido causavit. Praeter memoratas filiae numerabantur : Hradecz, Lehotka et Neczpál.

17) **Radosócz** (Radosovce).

Prope Szakolczam seculo XVI. in usu religionis evangelicae fuit, testante id Indice ordinatorum vitteb. ad annum 1599. Stanislao Sztankovícs ex rectoratu scholae loci hujus ad diaconatum Szakolczam evocato. Domini terrestres, episcópi nitrienses, sustulerant usum, incepit dominus Franciscus Forgács.

18) **Sámbokréth.**

Oppidum comitatus nitriensis, ecclesia autem comitatus trenchiniensis fraternitati banoviczensi ob vicinitatem ingremiata fuit, ut ex visitationibus superintendentum satis clarum est. Continent hae et singulos per seculum XVII. ejus pastores, utpote : anno 1610 Danielem Zaban, 1614. Georgium Vanko, Casparum Fabricius, 1619., Joannem Hrabecius, 1628., Joannem Liskovinus, 1640., Joannem Piscatoris, 1646., Michaelem Csutka, 1648., Andream Peták, 1655., Nicolaum Vietoris, 1658., Joannem Rövidi, 1668., ex quibus anno 1637. Joannes Hrabecius dictae fraternitatis senior. Joannes Rövidi sub decennali persecutione ab ecclesia exul, quo tempore omnes illius libertates ademtae. Adhaerebat qua filialis ecclesiae krasznensi, spoliata templo, ut in supplem. actorum diaetae anni 1681. legimus.

19) **Sárfő.**

Seculo XVI. gaudebat et oppidi juribus, et lutherana ecclesia, quam anno 1608. occupatam cum parochia et reditibus querela diaetae 1647. specificat.

20) **Sándorf.**

Circa annum 1618. cum universis in dominio Korlátkő existentibus ecclesiis per dominium oppressa est.

21) **Sellye.**

Post tempora reformationis ad annum 1573. lutheranam ecclesiam habuisse docet in Indice ordinatorum vitteb. Christophorus Hobner sellensis; postea Calvini dogmata sequebatur; mox anno 1598. jesuitis resignato dominio loci diu vexata, quod ex actis diaetae anni 1655. et Historia universitatis tyrnav. Francisci Kazy patet.

22) **Sempte** (Schintava).

Antiquitatem et celebritatem ecclesiae hujus evangelicae jam illa testantur, quae parte generali comitatus hujus adduximus. Defuncto magnifico domino Alexio Thurzó, gener illius, comes Julius a Salm, multum de eadem meruerat, imo et illustrem scholam condidit, cui celebrem Demetrium Síbolthi praefecerat. Inter primos pastores fuit Michael Tuba, cujus frequenter meminit successor ejus, per Hungariam clarissimus illa aetate Petrus Bornemisza superintendens, in Postilla hungarica edit. an. 1574.. Comes Stanislaus Thurzó ab anno 1607. pastore loci, Balthasare Zólyomi, alias Perina, viro pietate et eruditione commendato, fraternitatis seniore, multum delectabatur. Hic frequentius habitas synodos non memorabo; illam saepe praefatus sum, in qua anno 1622. superintendens Tobias Brunczvik, ab anno 1620. pastor hujus ecclesiae, cum suis Leges consistorii semptaviensis condebat. Tandem comes Michael Thurzó, ultimus ex illustrissima gente, relictis sacris, suos templis illocavit. Paulus autem et Franciscus comites Eszterházy templum magnum funditus destruendum mandabant, quod co-

gnoscimus ex actis diaetarum anni 1647., 1662., 1688., quibus status regni restitutionem ademtorum supplicabant, sed mansit res in votis. Anno 1707. Paulum Benedicti pastorem induxerunt, qui paulo post amotus.

23) Szenioz.

Ecclesia larga dominorum et oppidanorum benevolentia a multis seculi XVI. annis dives pace floruit. Seculo subsequenti Jacobus Mikovini anno 1612., anno 1618. Georgius Schmidelius, Andreas Dióssy anno 1620., seniores fraternitatis berencsiensis, et anno 1648. Daniel Dubravius, in synodo banoviczensi superintendens creatus, anno 1655. hic mortuus, Joannes Philomates, etiam senior, ornamento fuerat ecclesiae. Anno 1656. ex proventibus ecclesiasticis, quorum fundum seu inventarium visitatio superintend. anni 1628. continet, oppidani ampliabant, exornabant templum. Illi, dum ampliores fuissent, salivam movebant compossessoribus loci, et quidem ex illis praesertim familia Tardy facile omnes ad se pertraxisset, nisi comes Ludovicus Nyáry, fidelis ecclesiarum defensor, obstitisset, quod in actis diaetarum anni 1649. et 1655. fuse expositum est. Mox dein torrens persecutionum imminebat, quarum praenuntius fuit, existente pastore Stephano Pilárik *) anno 1670. mense nov. baro Valentinus Balassa cum manu militari Posonio missus pro turbando exercitio. Id protonotarius Joannes Bársony et anno 1671. subdole tentabat; anno autem 1672. praesens, dum milites pro clavibus templi misisset, tumultui plebis occasionem exhibuit,

*) Ez 1663-ban tatár fogságba esett, s abban szenvedett sanyargattatásait ily czimü verses munkában irta le tót nyelven: P a m e t n é p r i h o d i S t e p a n a P i l á r i k a S z e n i c z k é h o n e k d i k n e z e l e t a p á n e 1663. o d t a t á r u z a j a t é h o, a l e z v l á s t n i m r i z e n i m b o z s i m z e z a j e t i v i s v o b o z e n é h o. Megjelent Zsolnán 166[illegible]. Elragadtatott a szerencsétlen pap néhány dühös tatártól sept. 3-kán délutáni 3. órakor Szenicz és Kúnó között, midőn épen a szeniczi templomban egyházi foglalatosságát elvégezve, Berencs vára felé a maga háznépéhez, mely ott bátorságos menedéket talált, sietett volna. Tüstént elhurczoltatott az érsekujvári ostromló török tábor felé, a hol 50. tallérért Vulkut nevezetü oláh nemesnek adatott el s ennek keze alól egy más oláh főnemes segitségével felszabadulva Komáromon, Győrön, Pozsonyon keresztül szeniczi lakhelyére tért vissza. L. T u d o m. g y ü j t. 1834. X. köt. 87. l.. V. ö. Hornyanszkynál i. m. 254. s. k. l..

quo in circumjacentibus locis concitati rustici et peciatim turolukenses, necem ei causabant. Szenicii existentes romano-catholici tandem, vim inferendo templo, per lutheranos male tractantur, ad quos tumultus sedandos duces belli Starenberg et Collalto cum croatis anno 1673. ordinati, multos necant, oppidum diripiunt, exurunt; residui oppidani jesuitis, Joanni Simonides et Nicolao Blaskovics, vexandi traditi sunt. Felici tolerantia Josephi II. iterum beati, anno 1783. reverendum Joannem Podhradszky pastorem induxerant. Antea Csacsó, Hluboka, Kunov, Szotina, Ribke matri huic affiliatae fuerant. Anno 1706. Adamus Czerkonius, anno 1708. Joannes Sztránszky pastores huc vocati diu usum retinere non poterant.

24) Szkaosan.

Donec ad arcis nitriensis ditionem pertinebat, quam in pignore possidebant domini Thurzó, evangelicam oppidani profitebantur religionem; dum in episcoporum nitriensium potestatem devenisset, initio seculi XVII. translati sunt ad sinum romano-catholicorum.

25) Szobotiszt.

Cum ecclesiis tractus hujus jam anno 1546. lutherano ritu sacra agebat, quod ex diario Ambrosii Reess, ministri anabaptistarum, innotuit. Hi etenim subintrando oppidum, a comite Francisco Nyáry hospitio donati fuerant et non paucos doctrina sua inficiebant, quoad regni lege fuissent proscripti. Seculo praeterito multas pertulit impetitiones ecclesia a nobili familia Maithényi; vindice bonorum ecclesiae, comite Ludovico Nyáry, ademta dominus Maithényi reddere debuit vi actorum diaetae anni 1649.. Ad ecclesiae felicitatem id faciebat praesertim, quod magnifici domini Nyáry hic residentes, praeclaros deligebant doctores ecclesiae, ex quibus anno 1616. Melchior Vissavinus, anno 1630. Ambrosius Ribossy, Jacobus Petroselinus ad annum 1647., tandem Nicolaus Johannides, anno 1662. Tobias Petko et Joannes Szentkereszty, anno 1672. per croatas ejectus, digni sunt memoria. Persecutione eadem orbati exercitio religionis per integrum decennium multa mala perferebant, quoad anno 1682. incauti quidem, remoto plebano, ministrum Joannem Sztránszky induxissent. Augebantur per id calamitates loci, praesertim anno 1697., quod jussu regio, ut rebelles habiti, iterum liber-

tates ecclesiae perdunt, neque statim profusis expensis recuperant. Anno 1703. Joannem Petko ordinandum curabant, qui adhuc anno 1707. die 17. mart. missis Rosenbergam ad synodum credentionalibus subscripserat, mox exul. Rovenszko, Rohó et Császkócz durante pace huc filiales. Augusti Josephi II. gratia anno 1783. exercitium consequendo, reverendum Paulum Jezsovics, ex Pritrzsd advectum, jam seniorem fraternitatis nitriensis, pastorem constituunt.

26) Surány.

Ad Ujvarinum oppidum militare lutheranam etiam possidebat ecclesiam, quam post annum 1608. magnificum Thomam Bosnyák occupasse legimus in actis diaetae anni 1647..

27) Nagy-Tapolsán.

Sub patrocinio magnificorum dominorum Balassa, qui oppidum possidebant, seculo XVI. pacifico usu evangelii gaudebat. Domino Stephano Balassa, domino in Detrekő et Nagy-Tapolcsán dedicatis, anno 1584. in folio recusis Postillis, superintendens Petrus Bornemisza laudem beneficiorum in hanc ecclesiam tribuit, quo tempore habuit pastorem et vicegerentem Nicolaum Benedicti, cui qua diaconus additus est Matthias Glonicz anno 1588. Vittebergae ordinatus, ut continent Indices ordinatorum vitteb. ad hunc annum. Perlatum est possessorium loci ad comitem Sigismundum Forgács; hic post annum 1608. templum oppidi, im› et adjacentium locorum ademit, incolas a religione abduxit in tantum ut nec pristinae religionis amplius memores sint.

28) Ujlak.

Dominationis Thurzónum olim oppidum, nationis hungaricae ecclesiam nostram habuisse, vel frequenter hic habiti conventus pastorum testantur. Talis fuit anno 1615. sub praesidio superintendentis Nicolai Gönczy, pastoris szerediensis, per seniorem Balthasarem Zólyomi, schintaviensem parochum, in diem 7. jun. indictus, in quo theses ventilatas et singula acta protocollon superintendentum hungaricorum comprehendit. Eodem tempore loci minister fuit Melchior Maróthy, rector scholae Michael Zsambokréty. Anno 1635.

per dominum terrestrem occupatum templum sub comitiis ann 1647. restitutum est; ast iterum per dominum comitem Adamum Forgács cum omnibus libertatibus ecclesiae ereptum, neque amplius recipietur.

29) **Ujvár** (Érsek-Ujvár).

In hoc munimento ecclesiam nostram locum habuisse ad annum 1605. scribit Zeiler in Hungariae descriptione edit. Ulmae p. 161., 183.. Magnus evangelii repurgati fautor, magnificus Sigefridus Kolonics, praesidii praefectus, plurimum anno 1607. contulit ad augendum ecclesiae statum, simul cum magnifico Georgio Thurzó. Archiepiscopus quidem saepius moliebatur evangelicis mala, sufferri non statim poterant. Adhuc anni 1655. comitiis exhibitum illorum gravamen ita sonabat: „In comitatu nitriensi in Érsek-Ujvár opifices et mechanici, similiter et milites... ad ceremonias religioni ipsorum contrarias... compelluntur.“ De interitus ecclesiae termino determinati quid non invenimus. Reformatis itidem eadem fuit libertas.

30) **Vág-Ujhely.**

In dominio beczkoviensi oppidum, dominis lutheranis existentibus, perpetua pace, quoad ecclesiae libertatem, dives fuit. Hi jure suo praepositos etiam pastores evangelicos deligebant, absque fastu tamen civilis praerogativae, quorum nomina, ignominiae vitandae studio, adpono: anno 1570. Nicolaus Mitter, 1578. Georgius Chotissivenus, 1582. Casparus Maraglodius, Stephanus N. Beczkoviae natus, 1604. Georgius Conradi, Andreas Zitkius 1636., 1637. Nicolaus Martini simul superintendens, ultimus anno 1638. 31. maji per dominum comitem Joannem Drugeth de Homonna, ex comitiis posoniensibus reducem, contumeliose oppido evectus; templa autem oppidi et filialium Andod, Basócz, Pobedim ademta sunt. Integra permanente exercitii religionis libertate in oppido, in comitiis anni 1647. effectuabant status regni, pro templo et aliis aedificiis commoda loca in fundo dominorum communi exscindantur. Nobilis dominus Joannes Fitter pro templo locum dedit; tandem anno 1652. per regni commissarios pro parochia, schola loca assignata sunt et aedificia perfecta. Mortuo praefato praeposito, M. Martinus Tarnó[illegible]

sacris praeerat, novi praepositi romano-catholici divexationibus expositus. Hic per servitores baronis Ladislai Révay anno 1654. sclopeti explosione saepius terrebat pastorem, quod in comitiis anni 1655. expositum fuit. Neque cessabat livor, quoad anno 1660. comes Franciscus de Nádasd sustulisset exercitium, de quo ausu in diaeta anni 1662. status ita querulabantur: „Dominus comes judex curiae regiae itidem cum nonnullis dominis compossessoribus arcis Beczkó, in bonis ejusdem arcis, signanter autem templum oppidi Ujhely, alias in fundo nobilitari hereditario heredum generosi condam domini Joannis Fitter, evangelicorum expensis ejusdem familiae ac aliorum evangelicae religioni addictorum ex fundamento exstructum occupari, dirui, solo aequari et in dedecus praenotatae familiae evangelicorumque vexilla et alia sepulturae monumenta ibidem habita destrui et pessumdari curavit... Omnia per eundem occupata una cum organo, campanis et aliis ad cultum divinum necessariis apparamentis per praepositum loci ablatis et asportatis.“ Initio seculi praesentis in horreo Samuelis Sziparides reverendus Samuel Antoni praedicabat hic evangelium; sed usus illius brevis, licet frequenter status regni pro restitutione ecclesiae solidas repraesentassent rationes. Post longam captivitatem vindicavit oppidanos in libertatem pater patriae Josephus II. anno 1783. eos exercitio religionis aggratiando, quod reverendus Joannes Kvassay inchoabat Feliciter!

31) Verbóvia.

Cum Cseithe ejusdem dominii oppidum, fata similia quoad ecclesiam habuit, jam non specificanda. Ex actis diaetae anni 1647. evidens est, divitias ejus incitasse dominium ad studium eam persequendi. Commissariorum regni auctoritate, durante eadem diaeta dominus comes restituere eidem debuit duas molas, ad parochian unam, dictam Belkovszka, alteram ad scholam pertinentem, Jobot nuncupatam, simul et terras arabiles, Nivi vocatas, cum quatuor pratis et duabus vineis. Vindex fuit coeptaque continuabat dominus terrestris et anno quidem 1660. proventus omnes templumque ademit, retento per oppidanos exercitio religionis, quod eis saluti fuit Inter severissimas namque persecutiones confirmati in usu, ad initia seculi hujus illud sustentabant. Jam beneficio tolerantiae et hi adau

cti pace ab anno 1783. Andream Lacsny pastorem habent, ex Lyptal moravica evocatum. Filiales ejus fuere : Sipkó et Sztrázsa. Pastores habuit anno 1613. Joannem Belussenum, 1620. Nicolaum Borosch, venerabilis contubernii seniorem, 1624. Georgium Kocsány, 1626. Eliam Seny, 1632. Georgium Czabalides, Georgium Bohemum Urbanovics, 1674. pulsum, Nicolaum Selmeczy 1685., Samuelem Jesztrabini anno 1706. et diaconos, quos tacebo.

Sectio III.

Ecclesias in pagis exhibens.

Fertilis fuit comitatus hic in frequentibus vicis, ecclesiis; brevissime fata illarum exponendo, illas lustremus.

1) Ablancz

Cum Assa-Kürth, uniti vici, patrocinio celebris familiae dominorum Ghyczy sustentatam habent ecclesiam. Hujus pastor, Matthias Hranicenus, anno 1617. fraternitatis tapolcsanensis senior fuit, sub quo sigillum contubernii ejusdem formatum, gerens columbam tenentem ramum et jubilaeum evangelicorum in ecclesia Bajna pastoribus congregatis celebratum. Circa annum 1630. reverendissimus Telegdi turbabat ecclesiam sub pastore Laurentio Pelargus, adimendo ei filiales Szul et Csáb et quasdam terras; terrae sub comitiis anni 1647. restitutae sunt. Anno 1642. patronus Georgius Ghyczy M. Jacobum Petroselinum, antea professorem Pragae, induxerat pastorem, tandem Adamum Vittman; persecutione decennali hinc ejectus est reverendus Martinus Orhimal, templum reservatum. Reducto usu anno 1680. habuit pastores : Georgium Fabricium, anno 1683. Esaiam Rotarides, 1706. Danielem Blasius, 1715. Katmany, 1721. Joannem Schmidt. Exercitium hic conservatum fuit ad tempora Caroli VI. imperatoris, quo jubente exulabat reverendus Joannes Schmidt. Hac aetate domini Joannis Ghyczy opera inductus est minister Michael Gazsy, quo dimisso anno 1790. Paulus Korbely.

2) **Apony** (Nagy- et Kis Oponicz).

Heredium dominorum Aponyi. Horum cura medio seculi XVI. reformata fuit ecclesia. Paulus, Blasius, Petrus, Casparus munifici fuerant erga evangelium in vicinis etiam locis. Ultimus per turcas deletum templum restauravit. Circa annum 1620. dominus magnificus Paulus cum filiis Stephano et Blasio, relicta patrum religione, pastorem Jacobum Hornik exturbarant, templum suis usibus dedicabant. Conf. acta diaetae anni 1662.. Nostris sacris addicti continuabant exercitium sub pastoribus: Laurentio Pelargus ¡1621., anno 1626. Ambrosio Lúcze, 1631. Joanne Hankovius, 1635. Joanne Zabanius, 1640. Matthia Posthumus, 1649. Georgio Bohuss, qui et anno 1667. hic fuit. Decennalis persecutio sustulit libertates.

3) **Attrak** (Felső et Alsó).

Frequenter in visitationum actis superint. in fraternitate galgóczensi observata; specialiter anno 1611. dominus Nicolaus Litva et Michael Dombay nobiles ob beneficia quaedam templi usurpata notati adsunt. Ex dominis compossessoribus loci quidam jam anno 1655. catholici existentes, in comitiis vindicare sibi ecclesiam voluissent; necdum licuit illis. Potiti sunt votis sub decennali persecutione. Pastores habuit anno 1620. Joannem Dvorszky, Andream Institoris anno 1630., Joannem Serarius, Martinum Francisci 1632., Sebastianum Fabricius 1660.. Sartorius hinc ad Fülek anno 1661. translatus est.

4) **Báb** (Nagy et Kis).

Nationis hungaricae ecclesia, cujus pastores 1614. Michael Szerdahelyi, 1625. Paulus Békesinus legibus superintendentiae cisdanubianae hungaricae subscripti adsunt. Circa annum 1660. cancellarius regni privavit hos omnibus libertatibus.

5) **Banka.**

Qua filialis Pöstény templum amiserat, sub diaeta anni 1647. redditum. Matre amissa recepit pastorem cum juribus exercitii, quod an longum fuerit, ignoramus.

6) **Bánkeszi.**

Seculo XVI. in pace ecclesiae superato, cessit romano-catholico parocho, vim adhibente magnifico domino Thoma Bosnyák initio seculi prioris. Vid. acta diaetae anni 1647..

7) **Bielicz** (Nagy et Kis).

Post longum usum exercitii sui, cui initio seculi XVII. Martianus Fabricius moderabatur, qua pastor, anno 1643. per comitem Ladislaum Forgács violenter amiserat templum, per regni commissarium, comitem Stephanum Forgács anno 1647. 24. dec. redditum, in quo Joannes Antoni minister sacra administrabat. Decennalis persecutio finem fecit libertatum.

8) **Blesova.**

Alias Bellesz, ecclesia amplior initio seculi prioris Stephanum Keviczky, anno 1612. seniorem fraternitatis nagy-tapolcsanensis, Franciscum Hrabeci, anno 1619. seniorem, Simonem Eustachium, anno 1651. seniorem, anno 1655. itidem seniorem Andream Pukza, cui successerat Joannes Milochovszky, per dominam magnificam Susannam Révay evocatus, tandem Danielem Krmann, anno 1661. Matthiam Fabricius, 1667. Martinum Scultéti, 1669. 1705. Joannem Milochovinus et anno 1707. Andream Jesztrabiny habuit pastores celebres. Anno 1673. fato succubuit; sub revolutionibus reducto usu, per superintendentem Danielem Krmann 1706. visitata, desolata inventa est. Magnifici domini Pauli Berényi et vidua domini Joannis Szerdahelyi patronae ecclesiae hujus fuerant munificentissimae. Lipovnik cum templo et Vozokány, Szeptenecz-Ujfalu, Dovoran filiales ejus, jam amissa omnia.

9) **Bori** (Borovcze).

In fraternitate cseitensi per superintendentem in visitationibus descripta ecclesia, ultra seculum in summa pace fuit, cum filia Koczuricz, cujus patroni in actis visitationis anni 1612. occurrunt: magnifica domina relicta palatini Illésházy, Joannes Kenessey, Georgius Zsambokréty, Christ. Zelesy, Stephanus Heus, Joannes Bory,

Franciscus Zékely, Laurentius Bessenyey, Martinus Horváth, Casparus Rakoluczky. Anno 1634. Georgius Liborczenus pastor. Violentia per dominum magnificum Franciscum Nádasdy adtentata ecclesiae anno 1660. exponitur in actis diaetae 1662.. Decennalis persecutionis vis eidem fatum adtulit pernitiosum. Filiales habuit Koczuricz et Sterus.

10) **Bossány** (Nagy et Kis).

Ab initiis reformationis aeque ac Kosztolna per gentem nobilem de Bossányi protegebatur in libertatibus religionis constanter quidem ad annum 1672., quo vi armata templum occupatum est. Ex pastoribus ejus notandi: anno 1616. Nicolaus Gulich, 1627. Matthias Posthumus, 1630. Nicolaus Vietoris, 1631. Nicolaus Holessinus, 1632. iterum Vietoris, 1656. Stephanus Zorkóczy 1674. exul. Filialis Praznovcze (Prasznocz).

11) **Botfalva** (Bzincze.)

Cum Hrussó unita mater ecclesia, in fraternitate cseitensi, perpetua quiete dives, quoad anno 1672. per episcopum Bársony sub praetextu rebellionis pastor Martinus Zehener exul, ecclesia templo spoliata fuisset. Mature reduxit usum, unde factum, ut initiis hujus seculi conservata fuerit ad annum 1732., quo existente ministro Joanne Hradszky cum aliis sublata, ut superius observatum. Lubina itidem huic adhaerebat, quam suo loco quaeras. Anno 1789. ministrum proprium induxit a Lubina avulsa Joannem Bukovinszky. Ceteri ministri ita se excipiebant: 1630. Andreas Rajtini, 1656. Martinus Zehener, 1704. Samuel Antoni, 1710. Samuel Michaelides, 1713. Joannes Hradszky ad annum 1733..

12) **Brezán.**

In bajmóczensi Thurzónum olim dominio felicissima mater, cum filialibus Nedozsér, Polusz, Pravenecz et Poruba; posteriores infra describemus. Anno 1660. vidua comitis Pálfy ecclesiam viduam pastore et templo effecerat, sed recedente vi, reduxit jura exercitii, quibus penitus exuta est persecutione decennali. Pastores occurrunt: 1620. Paulus Lovcsányi, 1639. Gobius, 1643. Zabanius, 1656. Joannes Turaneczius.

13) **Bucsán** (Felső et Alsó).

In limite comitatus posoniensis faucibus adversariorum tyrnaviensium jesuitarum exposita, diu tamen subsistebat, satis pauper. Turcarum rabie exustum templum propter paupertatem nonnisi anno 1669. collectis subsidiis sub pastore ab anno 1658. Martino Orhimal restaurare incipiebat, praesertim ob multitudinem populi ex vicinitate confluentem pro sacris. Familiae Martini, Tatay, Ujfalvy, privaverant illam proventibus. Anno dein 1672. cum aliis interiit. Initio seculi prioris ad galgóczensem, tandem ad nagy tapolcsanensem fraternitatem spectabat.

14) **Chinoran**.

Ad Nitram fluvium priusquam archiepiscopi ditioni adjecta fuisset, sequebatur doctrinam evangelicam; tandem circa annum 1608. cooperante jesuita Petro Pázmán, una cum templo et parochia occupata, ut exponit Querela Hungariae ad annum 1619..

15) **Chrenovecz** (Chrenócz.)

Eximia ecclesia, quam post tempora reformationis multis annis docuit pastor Joannes Fabricius zernovicenus, per quem Georgius Sartorius anno 1588. pro diacono ordinandus Vittebergam missus est. Ex pastorum numero observandi sunt : 1601. Nicolaus Marikius, 1608. Michael Petri, 1615. Balthasar Grelnercius , 1623. Joannes Csernay, ultimus bajmóczensis simul fraternitatis senior, 1656. Matthias Fekna. Vidua comitis Pauli Pálfy et hanc oppressit. Rasztdesnó et Lipnik fuere filiales cum templo.

16) **Sancta Crux**.

Ad Vagum in fraternitate cseitensi ab anno 1611. saepius occurrit in visitationibus specificata. Pastor 1653. Georgius Pixiades. Perdurabat in usu cum filialibus Brunovcze (Brunócz), Mosovcze (Mosócz), Vieszka, Podvornicze ad generalis divexationis periodum, ut acta diaetae 1681. observant.

17) Csapor.

Quoad apud comites Thurzó in pignore fuit, possessio confes sionis augustanae erat; recipientibus illam episcopis nitriensibus ecclesia quoque abalienata per reverendissimum Valentinum Lépe episcopum, quod patet ex actis diaetae anni 1647..

18) Csermed (Csermani).

Cum filialibus Dovorán, Obszolovcze (Paczolaj), Nezatica (Nezethe), Püspökfalva, Vicsepki (Vicsap), Bodok, Szelani (Szulán utraque, ope et protectione patronorum, qui erant anno 1613. i actis visitationis notati, praenobiles familiae Ujfalusy, Koronthály Váczy, Berényi, Forgács, Boronkay, Aponyi, Bartakovics, alii, di reflorescens ecclesia. Persecutione decennali oppressa iterum indi xerat ministrum, cujus opera et initio nostri seculi utebatur. Magn ficus dominus Georgius Berényi, anno 1677. mortuus, plurimum profuit. Archiepiscopus colocensis anno 1636. Püspökfalvam abstr xit cum animabus, etiam poenis gravioribus a frequentatione temp eas inhibendo. Pastores habuit anno 1615. Zachariam Aegydium 1619. Martinum Antoni, 1628. Stephanum Georgiades, 1646. Joan nem Antoni, 1648. Joannem Repaczy, 1654. Michaelem Csutka 1657. Esaiam Reberius, 1667. Joannem Rohács, 1674. Georgium Martini, 1706. Matthiam Konicsek, 1707. Adamum Turcsányi.

19) Csizsloz.

Seu Szádok in nagy-tapolcsanensi fraternitate, anno 1616. N colaum Michaelides, 1640. Alex. Sigismundi, 1649. Joannem Rotu rides, 1651. Danielem Krmann, 1656. Andream Boboczky, 166 Joannem Viczianovicz, 1672. Georgium Bohus, 1673. Matthiam R dini, 1680. Georgium Babcsany, 1704. Georgium Fabricius, 170 Paulum Major et Joannem Neogradi ministros habuit. Praefata pe secutione pastor, Joannes Viczianovicz, pulsus, templum occup tum. Initio hujus seculi visitata fuit anno 1706. per superintende tem Krmann, Joanne Neogradi pastore et inspectore domino Nicol Gosztonyi praesentibus. Filiales seculo praeterito fuerant: Ujfal Janovavesz (Janofalva), Bastína (Bastyánka), Krncza (Krenc Kutina (Kutty), Hornani.

20) **Deutschprag** (Dojcs?).

Çujus ecclesiae dolosam ademtionem anno 1659. per comitis uli Pálfy viduam effectuatam describit reverendus Novák in tra-itu A v í s e n saepe jam citato.

21) **Divék.**

Cum Divék-Ujfalu, amplissima ecclesia, a tempore reforma-nis habuit celeberrimos docentes, inter quos anno 1560. Lauren-s Osvaldi, 1613. Joannes Hodikius, 1628. Martinus Lipay, 1636. nuel Chalupka, 1637. Jacobus Hankovius, 1647. Georgius Za-nik, 1657. Joannes Frölich, 1660. Martinus Tarnóczy, hic super-endens ultimus anno 1672. in exilium subscripsit, ecclesiam di-cationi decennali relinquendo. Redierat ad hanc anno 1682., mox ero exilio mulctatus, tristissima fata ecclesiae conspexit, dum ple-no templum resignatum fuisset. Anno 1687. docuit Joannes Insti-is, 1706. Joannes Szulovini, 1710. Joannes Blasius, 1712. Andreas lentini, 1721. Samuel Palumbini, 1726. Joannes Neogradi. Fili-s superioris ecclesiae fuerant: Rudnó, Krisztanova (Krsztyánfal-), Lehota, Lomnicza, Lestyán, Bela (Valaszka), Novavilla, Bes-va, Urpanova (fors Urbanova), Peskova, Csávoj. Liber baro La-ilaus Ujfalusy, cujus et majores et posteri clari patroni ecclesiae, Novavilla sacellum aedificaverat.

22) **Dráhovoze** (Drahócz).

Olim filialis Madunicz matris, hac ademta mater facta, perstit ad persecutionem decennalem, ut clarum est ex actis visitatio-im et diaetae anni 1681.. Anno 1640. pastor fuit Thomas Tomka urocziensis, 1658. Nicolaus Reberus.

23) **Egerszeg et Emőke.**

Alias Janikovcze, prope Nitriam, nationis antea hungaricae clesiae. Posteriorís pastores: 1613. Martinus Lengyel, Michael olosváry alias Claudiopolitanus, 1616. Joannes Szilniczenus in otocollo superintendentiae cis-danubianae hungarico adscripti. Re-ua fata ignoramus.

24) Farkasd.

Possessio anno 1577. sollicitabat superintendentem Bornemisza de praedicante evangelico, quo obtento, perducti ad veritatis confessionem, ut legimus in praefati superintendentis tractatu De tentatione p. 802.. Paulo post Calvinum secuti.

25) Gajdel.

Ab initio reformationis ad annum 1660. in summa pace religionis. Anno 1580. magnifico domino Joanne Thurzó promovente, Christ. Landtmannum schemniczіensem Vittebergae ordinandum curabat. Huic successit 1630. Joannes Neckel, 1647. Elias Greschner, 1652. Andreas Reichel, 1657. Lam, 1660. Elias Greschner, ejectus per viduam comitis Pauli Pálfy, dicto jam anno, omnesque libertates ecclesiae sublatae.

26) Glaserhay (Szklenó, barschiensibus per alios adscribitur).

Anno 1614. Raphael Kozák pastor fuit; ecclesia tandem ad decennalis persecutionis témpora felix in usu, tum reverendus Joannes Neff in exilium missus, orbatam omni auxilio reliquit.

27) Handlova.

Antiquitus Hellenovia et Aluovia dicta, item Krikehaj seu Gregerhaj, semper sub dominio comitum Thurzó felix. Anno 1641. comes Paulus Pálfy intentabat ejus excidium, desinere debuit per constitutiones diaetae anni 1647.. Relicta ejus anno 1660. ministrum ejecit, templum ademit. Conf. acta diaetae anni 1662. et saepius citatum Novákium. Pastores habuit: anno 1599. Valentinum Cseh per 40. annos, 1647. Christ. Gedlovinus, 1658. Bartholomaeum Busaeus.

28) Hluboka.

Antea szeniczensis filia, anno 1786. instare coepit pro exercitio, quo obtento die 27. apr. 1787. Modrae ordinatum ministrum Joannem Bacho accepit.

29) Hosztye

ıgy- et Kis-Vendégh in processu bodokiensi, quoad ec-
ıitatus barschiensis fraternitati oszlanensi incorporata
filialem Szkiczo in eodem comitatu sitam, jam anno
, sub potestate dominii Tavarnok existens, seculo inte-
). Anno 1619. Franciscus Sartorius in indicibus ordina-
astor occurrit.

30) Hrádek

ites trenchinienses, unde et filiales Huorka, Kocsovcze
in alio comitatu habuit, quae specificantur saepius in
actis. Acta diaetae anni 1662. querelam habent, domi-
ım Sándor templo incolas exclusisse.

31) Hrádek

bely, spectabat ad fraternitatem galgóczіensem, cujus
es Fabricius anno 1594. Georgium Trnoviczenum Vitte-
ıandum mittebat. Cetera fata alii eruant.

32) Hradistye.

ıztenicz seculo XVI. quiete fruebatur. Mox juris epi-
sis facta, 1609. ad sacra romano-catholica perducta

33) Jácz.

ːzovcze (Nagy, Kis, Nemes vel Nemcsócze) in dominio
ınensi, mox anno 1626. per viduam comitis Sigismundí
praejudicio aliorum compossessorum ademta. Filialis
ı, antea vitkóczensis ecclesiae. Subnectenda hic esset

34) Ivánka

riam, cujus pastor 1639. Nicolaus Pastoris, 1647. Va-
ːtneky fuit, sed non occurrunt plura.

35) Kolon.

Prope Nitriam, quam Lampe p. 566. calvinianis adscribit, false quidem. Anno etenim 1608., quo reverendissimus Valentinus Lépes, episcopus nitriensis, filialem ejus, Zséte, ademit, nostra fuit; imo priusquam et matrem oppressisset idem, 1615. pastor ejus, Franciscus Szerdahelyi, legibus superintendentalibus in protocollo subscriptus adest. Induxerant subsequenti tempore iterum pastorem, anno 1631. Joannem Transylvanum Czuczi; tandem anno 1673. interiit

36) Koss.

In bajmóczensi fraternitate germanica ex vetustioribus una ecclesia. Anno 1560. Albertum Schorman, 1570. Valentinum Melczer docentes habuit. Hos sequebantur: 1624. Casparus Fecher ex monacho per dominum Stanislaum Thurzó promotus, 1625. Joannes Danielis, 1633. Joannes Musculus, 1647. Jacobus Jacobaei 1648. Michael Lachanosarius, 1649. Melchior Rotarides, 1651. Martinus Novák. Emortuis patronis ex gente Thurzó, dominus loci, comes Paulus Pálfy, anno 1641. per officiales templum occupabat anno 1647. jussu diaetae restitutum. Vidua praefati domini anno 1660. ejecto ministro Novák, omnes libertates ademit, ut idem describit in citato tractatu A v i s e n, edit. anno 1680. 4..

37) Kolos

Seu Klizs ad Zsámbokrét, variis vexata fatis per dominos terrestres romano-catholicos; tandem in actis diaetae anni 1681. in supplem. in 4. editis inter occupatas occurrit.

38) Kosztolna.

Ad Ujhely possessio, cujus templum anno 1631. relicta comitis Simonis Forgács, domina Catharina Pálfy occupavit, quo non obstante minister parochia licet ejectus, usum religionis exercii continuabat. Huc vocatus est ex Domony reverendus Joann Hradszky, eo promoto ad Zay-Ugrócz, Josephus Hrebenda 178 ita indulgente Josepho II. caesare.

39) Kosztolnafalva.

In bajmóczensi processu, hereditas nobilium Bossányi, e qui- Laurentius, Joannes, Andreas, Emericus, Gabriel anno 1588. inandum ministrum Stephanum Zlonicenum sumtibus propriis :ebergam expediebant. Pastores habuit: post Zlonicenum anno 0. Jacobum Banka, 1630. Georgium Paricis, 1634. Danielem inicius, 1656. Matthiam Schmidius, anno adhuc 1667. ibidem et tubernii prividiensis seniorem, 1667. Matthiam Institoris et 1707. esentem. Abundabat pace ecclesia sub protectione munificentis- ae praefatae familiae, quam et superintendens Tarnóczy anno 9. in protocollo collaudat. Eam interrupit persecutio decennalis, le et templum ejus inter ademta adest in actis diaetae 1681.. Fi- es hujus in visitationibus numerantur: Olzin (?), Szécs, Dobrocs- Lestyán, Temes, Nevedsén, Csávoj, Sutócz et Banka.

40) Kovaroz.

In fraternitate nagy-tapolcsanensi sub protectione dominorum onyi seculo XVI. felix ecclesia, ut habet visitatio superint. anni 13.. Tandem comes Nicolaus Forgács 1636. templum occupavit ue urgentibus statibus 1647. restituendum admisit. Praeerant ec- siae 1616. Matthias Sartorius, 1618. Daniel Benedicti, 1620. hael Jeszenszky, hic anno 1640. mortuus.

41) Krajna.

In cseitensi fraternitate. Saepius in protocollis superintenden- specificata ultra seculum dives pace. Anno 1622. Andreas Sza- nus, 1670. Joannes Levius et 1703., eodem Elias Lányi, anno 6. Daniel Pepich, 1724. Michael Krmann, 1732. Matthias Augu- i, Joannes Hradszky 1732.—1749. pastores ecclesiae. Anno 0. comes Franciscus Nádasdy ademto templo illam vexabat. Con- is in religione sustulit persecutiones frequentes, perstitit tamen annum 1732. in exercitio, quo Caroli VI. jussu cum aliis inhi- , privatum exercitium continuabat ad annum 1749. sub mini- Joanne Hradszky, tandem nitriensi carcere punito. Anno 1783. rantiae lege relevata, induxit pastorem Matthiam Michalovics et

anno 1786. eo in febr. mortuo, Paulum Stephanidem szeniczensem die 7. mart. Modrae ordinatum.

42) **Kraszna** (Kraznó).

Cujus templum in colle positum, usus antiqui apud nostros. Circa initium XVII. seculi Michaelem Kupsany pastorem habuit anno 1648. Stephanum Tubicinis. Dominium tapolcsanense jus suum extendebat etiam in religionem, anno 1639. eos templo excludendo, quod restituere debuit per constitutiones comitiorum 1647.. Acta diaetae 1681. inter occupata iterum illud exprimunt. Filiales habuit: Nedanocz et Turcsánka.

43) **Krussovoze.**

Alias Koros, hujus nominis familiae patrocinio fundata et sustentata, quorum jam anno 1588. dominus Franciscus Koros Michaelem Keviczky ordinandum Vittebergam exmittebat. Pagi adnexi fuere : Szolcsánka, Nagy- et Kis-Bezán (fors Brzán), Velké et Malé Chlbeni (Alsó- et Felső-Helbény). Templa duo possidebat eisque procurandis ultra 300. agros habuit dicatos. Finem libertatum fecit persecutio decennalis. Series ministrorum haec est : 1617. Joannes Muocz, 1626. Michael Muocz, 1628. Daniel Oslanus, 1629. iterum Muocz, 1638. Daniel Zsary, 1644. Michael Vittman, 1651. Nicolaus Rezik, senior venerabilis contubernii tapolcsanensis et Stephanus Zorkóczy, venerabilis contubernii senior 1673..

44) **Lakácsi.**

Possessione per medium seculi XVI. in pignore apud comites Thurzó et eorum consangvineos existente, nostrae religionis fuerat incolae. Recepit jus dominii episcopus nitriensis Valentinus Lépes atque hos post annum 1608. romano-catholicos effecit, ademtisqu Szik et Csáb assa-kürthensi ecclesiae cum terris arabilibus suar auxit, ut habent acta diaetae 1647..

45) **Lelovoze** (Alsó-Lelócz).

Templum habuit, unde Felső ejus filia fuit. Utraque possessi seculo XVI. matri Vesztenicz, postea kameniczensi qua filia adhae

rebat. Anno 1615. Paul. Fabricium pastorem habuit Indd. Ordd. ad hos missum. Suppressa kameniczensi etiam circa annum 1650. recepit ministrum aluitque ad decennalem persecutionem. Vid. acta diaetae 1662. et 1681.. Una ex ecclesiis fraternitatis bajmóczensis.

46) Lessetye.

Alias Podola cum filiabus Csaszkócz et Koritno, statim initio reformationis, utpote 1556. per anabaptistas multum turbata ecclesia, frequenter in visitationibus ecclesiarum in fraternitate cseitensi commemorata occurrit. Anno 1660. comes Franciscus Nádasdy eam oppressit. Occurrunt ministri: anno 1608. Zacharias Gasparides 1631. Joannes Krmann, 1651. Martinus Scultéti.

47) Lubina.

Ad Ujhely possessio, per secula botfalvensis ecclesiae filialis, modo sub tolerantiae periodo anno 1783. jus proprii exercitii obtinuit induxitque ministrum Samuelem Butt.

48) Ludány

Utpote Alsó seu castellare dictum, ecclesiam habuit evangelicam, cujus ipse abbas felsö-ludanensis veritatem agnoverat, ut recognoscit b. Péterfy in Sacris conciliis Hungariae part. II. ad annum 1557.. Magnifici domini Osztrosith anno 1656. 29. mart. synodum cum aliis hic celebrabant, in qua duo electi superintendentes, ut supra expositum fuit. Fata alia ecclesiae nos in praesens latent. Decennali persecutione occupata est.

49) Maosov

Vel Macza; in actis diaetae 1655. adest querela romano-catholicorum contra praedicantes ujhelyensem, maczensem, cseitensem et szerdahelyiensem, quod divortium contra canones procuraverint; nescio, an de possessione ejusdem nominis in bajmóczensi processu sita id intelligendum sit, vel alia quadam tartarorum rabie deleta.

50) Meretioze

Seu Merasicz in galgóczensi fraternitate ecclesia. Initio secu[illegible]

XVII. Stanislaum Andreae pastorem habuit. Filialis ejus Dolr Kepricze (Alsó-Káp) et Dolni Mereticze (Alsó Merasicz). 1623. ha buit pastorem Michaelem.

51) Madunicz

Alias Mandovicz sub jurisdictione comitum Thurzó possessi ad Galgócz, diu in ecclesiae possessione quieta; anno 1635. come Adamus Thurzó templum vi eripuit.

52) Modrova

Seu Modro, Kis- et Nagy-, prius ad galgóczensem, tandem a cseitensem fraternitatem spectans, inter illas, quae primum reform tae sunt per Nicolaum Scriba. Circa annum 1660. per dominu Casparum Sándor templo et aliis aedificiis spoliata est. Filias h buit: Hubina, Ducsovo (Ducsó), Lúka, Uj- et Ó-Lehota.

53) Nadlány (Nadlicze.)

Initio superioris seculi Michael Krizsan, anno 1619. Mich Jaszonek, 1627. Paulus Architectoris, 1629. Franciscus Sartori 1630. Michael Hruszka, 1642. Andreas Pukza, 1655. Andreas M zak, 1669. Andreas Zsarnóczay ecclesiam docebant. Hic exilio m ctatus, anno 1673. hostibus reliquit eandem. Ad nagy-tapolcsane sem fraternitatem numerabatur. Rajcsán filialis cum templo s protectione nobilis familiae Rajcsány ad eandem persecutione unita ei fuit.

54) Nagy-Hind et Kis-Hind (Hindicze.)

In limite barschiensis comitatus, sub tutela magnifici Forgá quoad evangelici fuissent, felix. Mox 1630. per relictam comi Sigismundi Forgács occupata, neque adurgentibus statibus in diae 1647. restituta.

55) Negyed.

Ecclesia hungarica, labente seculo XVI. Calvinum secuta.

56) **Oressani** (Diós)

Ad Rippény cum filiali ecclesia Tököld, Malá Pritska (Kis-Pricsd) atque ultima in visitationis anni 1613. actis in fraternitate galgóczensi descripta.

57) **Paozolaj**

Seu Psolovcze ab initio reformationis, quam acceptabat illustris familia Hidvéghy, nostris addicta sacris. Sub visitatione anni 1613. Ludovicus et Alexander patroni fuerant. Pastor anno 1617. Joannes Paziczky, 1633. Georgius Ostachius, 1644. M. Jacobus Petroselinus, hinc ad Assa-Kürth vocatus, 1647. Joannes Klacsany, 1651. Adamus Borosch, 1664. Joannes Rohács, 1669. Nicolaus Reberus. Anno persecutionis decennalis interiit ecclesia cum filiali Sarluhi (Sarluska).

58) **Pásztó.**

Possessio in bonis arcis Galgócz, ecclesiam nationis hungaricae constituebat usque ad comitem Adamum, sub Thurzónibus pacis divitem ; hic 1635. templum ademit sub pastore Michaele Oleatoris, quod iterum anno 1647. restitutum, paulo post per comitem Adamum Forgács ereptum, incolas effecit filialistas filiae Ricsov (Récsény), ut infra notabimus, quorum pastor 1664. Nicolaus Nicolaides, 1667. Christ. Zahoreczky, †1668. Joannes Chalupka.

59) **Patta.**

In ditione semptensi comitum **Thurzó** ecclesia hungarica. Recedente a sacris ultimo ex Thurzónibus, mox divexabatur, tandem per comitem Nicolaum Eszterházy ademtis omnibus aedificiis ecclesiasticis, saepius, praesertim 1662. exscindenda loca petiit, nunquam obtinuit. Sub revolutionibus regni reverendum Benedicti pastorem inductum, exilium mansit. Olim fuit filia ad Sopornyam. Huic subnectenda esset ecclesia

60) **Perk,**

Sed praeter pastorem 1656. Georgium Fabrici nihil superest scriptum.

61) **Szent Péter.**

In eodem dominio eadem fata habuit cum priori (nro 59) - lia ejus Kápláth et Jalsó.

62) **Poruba.**

Ab anno 1660. fuit filia ad Brzán, antea a seculo mater. 16[illegible] per comitem Paulum Pálfy ademta, reddita tamen per articulum diaetae 1647.. Praefati comitis vidua persecutione atroci et in ha saeviebat, templum ei adimendo circa 1660..

63) **Prassioz.**

Perantiqui usus ecclesia. In Matthiae Lochman Literaru collectione tom. I. adsunt literae anno 1589. per Andrea Schindler pastorem hujus scriptae. Fata habuit adversa cum al vicinis Nagy-Tapolcsán, ut supra observavimus.

64) **Praveneoz**

Seu Kis-Próna, vicus familiae Bossányi, quae in sacra s munificia semper, et hic 1669. oratorium erexit. Pastorem indu cum consensu superintendentis Tarnóczy. Dominus Ladislaus I falusy itidem liberalis erga illam fuit, sed post annos duos et bei ficia et oratorium, jussu superiorum, ademta sunt. Dein nobiles pr fati aulicum intertenebant, de quo sub finem dicemus.

65) **Pritrzsd.**

Inter primos patronos hujus ecclesiae fuit magnificus domin Emericus Nyáry de Bedegh, cujus subsidiis structura antiqui tem 1591. ad finem perducta fuit. Illo persecutione amisso, aliud aedi catum atque anno 1724. sub pastore Joanne Petko per superinte dentem Krmann consecratum, quod multorum millium hominu qua locus articularis, ante tolerantiae tempora perfugium fuit. F muneretur Dominus hospitalitatem eidem ecclesíae, quae laetetur filiis Sion ablactatis! Pastores in protocollis : anno 1610. Caspar Haimszky, 1623. Joannes Nemanitius, 1656. Joannes Krau

1663. Jonas Krausz, 1693. Adamus Czerkonius, 1706. Adamus Jacobaei, 1713. Joannes Petko, 1724. Samuel Jesztrabini cum Georgio Ambrózy ad annum 1733., anno 1747. Georgius Jamriska cum Michaele Neográdi, 1747. Jacobus Mokoschiny cum Matthia Gally, 1763. Paulus Jezsovicz cum Samuele Jesztrabini, 1777. Andreas Lekenyei, tandem solus ab 1783. Georgius Markus ad 1787., quo accessit Joannes Petrovics.

66) **Radóoz.**

In galgóczensi tractu sub Thurzónibus, quorum comes Adamus circa annum 1635. hos etiam libertate exercitii privabat. Anno 1618. Stephanus Zakalovszky pastor horum.

67) **Rastosna** (Rasztdesno.)

Alias Mito, jam anno 1572. proprium aluit ministrum sacrorum Thomam Vranka prividiensem, Vittebergae ordinatum, qui abscedens anno 1584. Thomam Fabiani rectorem loci Vittebergam ordinandum commendabat. Anno 1660. comitis Pauli Pálfy vidua libertate omni eosdem vi spoliabat; post tristem casum chrenóczensi matri accesserant, sed et hic brevissimns eis fuit usus verbi dei.

68) **Riosov** (Récsény).

Diu matris Pásztó filialis; deficientibus hic terrestribus dominis, praesertim domino Stephano Balogh, jam in privatis perficiens sacra minister transivit ad hanc filiam. Quoad usus perdurabat, affiliatae erant Klecseni (Kelecsén) et Komacs; pastor Nicolaus Schicula 1651., qui iterum parochiam Pásztó inhabitabat et eum sequentes.

69) **Ripnani** (Nagy- et Kis-Rippény).

Heredium familiae evangelicae Vizkelety, qui ecclesiam liberaliter procurabant, Gregorio Kozlovinus initio seculi XVII. pastorem agente. Illorum Michael opera jesuitae Pázmán abductus a nostris, pastorem Jacobum Petroselinum loco movit, templum anno 1639. occupavit; filialis fuit eidem Malá (Kis) Vieszka, utraque in raternitate nagy-tapolcsanensi.

70) Rohov.

Initio seculi XVII. ademta ecclesia per dominos terrestres, ut habent acta diaetae 1619..

71) Sissó.

In se exigua ecclesia, ob multitudinem nobilitatis, in filiali[illegible]us etiam locis, plena pacis. Anno 1613. Casparum Kapriny, 1615. [illegible]Nicolaum Gallik pastores habuit, quibus succedebant anno 162[illegible]4. Franciscus Sartorius, 1629. Joannes Cseh, 1632. iterum Sartori[illegible]s, 1641. Andreas Institoris, 1647. Samuel Lipniceny seu Kosztolecz[illegible]y ad annum 1674.. Decennali persecutioni amissionem usus adscribu[illegible]t acta diaetae 1681.. Pertinebant ad hanc pagi : Borcsány, Libichav[illegible], Horni (Felső) Dolni (Alsó) Riadek (Rédek), Nerovcze, hungaric[illegible]e Onor.

72) Szolosan.

Longa pace per seculum XVI. felix ecclesia. Sub initium seculi XVII. Jonam Csernák, tandem ad Báth translatum, habuit pastorem. Eam superintendens Isacus Abrahamides anno 1613. in visitatione fraternitatis tapolcsanensis describit. Circa annum 1619. existente pastore Casparo Fabricius per magnificum Ladislaum Pethő ademtam esse ei libertatem cognoscimus ex actis diaetae 1647. fol. 22..

73) Sopornya.

In ditione comitum Thurzó hungarica ecclesia, suis subordinata superintendentibus, qui anno 1614. Casparum Kecskeméthi, 1616. Georgium Pintér, 1621. Stephanum Kürthy, 1628. Matthiam Futaky, 1630. Georgium Pintér, pro eadem ordinabat ministros. Comes Michael Thurzó turbaverat exercitium; sed urgente diaeta 1647. iterum reddita est quies, una et filialibus Pusztakert, Patta, Köpösd. Anno 1660. penitus oppressa est jussu comitis Pauli Eszterházy, ut legimus in actis diaetae 1662..

74) Sztrázsa

Ad Pöstény, decennali persecutione exercitio religionis pri

vata, jussu imperatoris Caroli VI. anno 1732. destinata fuit in articularem locum augustanae confessioni addictis in comitatu nitriensi, quibus dum remotior fuerit, effectum est precibus, loco hujus Pritrzsd concedatur.

75) **Szerdahely** (Nitra Sztreda.)

Possessio familiae Szerdahelyi, sub cujus protectione a temporibus reformationis usum religionis exercitii habet. Anno 1600. Paulus Safarovics, 1616. Joannes Matthaei, 1626. Tobias Krumholcz, 1649. Tobias filius, 1655. Joannes Krumholcz, 1658. Daniel Agner, 1720. Samuel Palumbini, 1724. Gregorius Miklian, 1734. Michael Záborszky, Matthias Gally, Andreas Ambrosius, 1765. Nicolaus Ján, 1769. Joannes Anders, 1770. Joannes Hrdlicska, 1782. Michael Milecz, 1785. Michael Ján pastores fuerant. Persecutione decennali templum romano catholici occupabant; usum exercitii nostri incessanter retinuere, quare et anno normativo pro articulari habita est, siquidem anno 1681. in usu templi perstiterat haec ecclesia. Recedente ramo familiae a sacris nostris, quies turbata, quoad anno 1748. in ruderibus castri Podmaniczkyorum, illustrissimo domino Joanne Hellenbach exoperante, sumtibus praesertim familiae illustris de Szerdahely novum oratorium aedificatum est.

76) **Szerdahely.**

Ad Pöstény exigua ecclesia mater, ut ex visitatione anni 1611. patet, in galgóczensi senioratu. Anno 1635., cooperantibus jesuitis, templum amiserat, per constitutiones comitiorum 1647. restitutum, pastore Alexandro Sigismundi inducto. Jesuitae iterum circa annum 1664., possessione hac in pignore habita, omnibus juribus eam spoliabant; adflicti pastorem Christ. Gracza, qui ab anno 1658. praefuit, dimiserunt.

77) **Szokolcz.**

Ecclesia seculo praeterito per nobiles familias Maithényi et Tardy frequenter vexata; quamdiu substiterit, non invenio.

78) **Turolúka.**

Per comitem Franciscum Nádasdy anno 1580. in deserto fun-

data possessio et ecclesia, templum anno 1610., coemeterium ann 1637. aedificavit. Comes Franciscus Nyáry et consors ejus, Mar Sándor, anno 1666. aere campano donabat coetum. Crevit praese tim sub pastore et seniore fraternitatis Berencs Georgio Zelenk circa annum 1648.. Anno 1657. novum amplius erexit templum, quo pacifice ad annum 1672. sacris operabatur; tum effusione sa gvinis amisit illud, ut generali parte praemissum est. Indultu reg anno 1684. in usum redibat, quo iterum turbati, vicissitudines adv sissimas perferebant, tamen suffulti gratia dei persistebant ad a num 1732. Filialis erat Bukovecz (Bukócz). Tolerantiae benefi aucti anno 1783. Andream Scultéti pastorem ex Mega-Vrbka mo vica inducunt, oratorio hucdum carentes. Pastorum series haec es anno 1615. Martinus Podacenus, 1644. Georgius Zelenka, 16 Joannes Krmann, 1664. Daniel Krmann 1673. ejectus, iterum 16 reductus, cui anno 1687. mortuo filius Daniel surrogatus, 16 Miaviam translatus, 1693. Tobias Petko, 1702. Samuel Palumb cum filio ejusdem nominis, 1712. Joannes Radics ad annum 17 quo templum ademtum, et hic post 10. annos mortuus.

79) **Udvarnok** (Odvornicze.)

In galgóczensi fraternitate, antea frequenter in comitatu h specificata in actis diaetae. Circa annum 1635. comes Adamus Th zó occupabat templum, 1647. restitutum. Anno iterum 1660. com Adamus Forgács reoccupabat, mox desolatum effecit. Ecclesia domo domini Bacsányi continuabat cultum divinum ad annum 167 quo pastor Andreas Keviczky per delegatum judicium posonien ad arcem Sárvár captivus detrusus morte firmavit fidem. Sub sturbiis Joannes Kalinka praeerat sacris, qui captivus in arce Nit abnegata religione dimissus, ecclesia autem initiis etiam seculi h jus in usu fuit. Filiales habuit : Nemes-Kürth, Sakova (Sók ?), B mócska, Kis-Salgó et Ságh. Series pastorum : Matthias Futaky, N colaus Selmeczy, 1632. Georgius Andreae, Mihálik, Andreas K viczky, Joannes Kalinka, anno 1696.—1707. Paulus Marklovszk

80) **Vadocz**

Seu Vagyócz sub ditione comitum Nádasdy, qui eam dilige ter procurabant et specialiter anno 1578. Vittebergae Paulum Di

nysium pastorem pro eadem ordinandum curabant per Achatium Koronthály, arcis cseitensis praefectum. introductum. Circa annum 1660. comes Franciscus Nádasdy et hanc oppressit. Filiam habuit Kosztolna. Aedificaverat oratorium sumtibus suis, sed non licuit porro redire ad usum. Pastores in Vagyócz : Paulus Dionysius, 1611. Krause, 1620. Tobias Kácserius, Nicolaus Hrabovszky, 1660. ejectus, et anno 1707. Matthias Boleti amotus anno 1713..

81) **Verbócz** (Vrbovcze).

Montibus insepta possessio, Moraviae vicina, tenuis valde; quare superintendens Abrahamides in visitatione anni 1613. adscripsit*); Nostro seculo confluentibus vicinis pro sacris, benevolis oblationibus adaucto fundo, sub pastore Georgio Ambrosi templum iterum anno 1724. auxit, anno 1732. ademtum. Anno 1783. indultu gratioso Josephi II. augusti, Georgium Schulek accipiunt ministrum; pastores in Verbócz : anno 1613. Georgius, 1615. Josephus Rajtini, 1645. Samuel Kossovius, 1647. Joannes Stribeszky, 1652. Nicolaus Michaelides, 1669. Michael Lányi, exul, 1687—1693. Joannes Sztránszky, 1693. iterum Lányi, 1704. Matthias Boleti, 1711. Matthias Szilvay, 1724. Georgius Ambrosius ad annum 1732., anno 1783. die 3. aug. Georgius Schulek inductus, templum anno 1785. l. adventus consecratum.

82) **Vasardicz** (Vásárd.)

In galgóczensi fraternitate ecclesia, diu plena pacis; anno 1655. in comitiis regni romano-catholici querulabantur, conditionem suam esse deteriorem subditorum suorum, qui in usu templorum essent. Livor hic, adnitente domino Petro Alvinczy protonotario palatini regni tandem subditos miseros effecit. Filiales fuerant : Dolni Vasardicze (Alsó-Vásárd,) Dolni Otrokovcze (Alsó-Attrak?), Gelenovavesz (Gelinfalva) et Fornoszegh. Pastores fuerant : 1638. Nicolaus Vietoris, 1642. Adamus Trajanus, 1665. Joannes Csutka.

83) **Veresvár.**

Ultra seculum galgóczensis filia, tandem oppressa matre anno 1663. haec recepit pastorem Eliam Lányi, seniorem fraternitatis,

*) Hézag.

qui simul galgóczienſibus subserviendo, 1665. in exilium actus est, ecclesia libertatibus privata.

84) **Veszele.**

In senioratu cseitensi, jam anno 1612. in actis visitationum inter matres ecclesias specificata; circa annum 1660. domini terrestres occuparunt usum templi. Pastores fuerant: 1600. Thomas Johannides cum diacono Venceslao Tobiade, 1635. Georgius Lazany, exul.

85) **Vesztenicz.**

Ultra annos 50. in pace lutheranam sequebatur doctrinam; anno adhuc 1593. Nicolaum Scriba pastorem et Michaelem Fábri diaconum, ut habent Indices ordinatorum vitteb., habuit. Circa 1609. per episcopum nitriensem, cujus juris facta possessio, ad romana sacra perducti sunt incolae.

86) **Vitkócz.**

In tapolcsanensi senioratu, Matthia Fabricio existente pastore, persecutione oppressa est. Kuzmics olim filia hujus fuit; sed magnificus Sigismundus Forgács non quievit, quoad hanc ad Jakovácz, cum agris templi anno 1612. adjunxisset. Fuerant hic ministri ecclesiae: anno 1598. Laurentius Sartorius, 1612. Nicolaus Michaelides, 1616. Andreas Artopaeus, 1620. Stephanus Architectoris, 1624. Stephanus Chrapran, 1627. Joannes Beranek, 1629. Stephanus Bakos, 1630. Paulus Schaffarovics, 1644. Daniel Sydaropaeus, 1647. Joannes Pastanus, 1650. Nicolaus Schicula, 1651. Matthias Fabricius, 1652. Joannes Szkacsanyi, 1653. Joannes Hayka, 1655. Joannes Leonhardi, 1659. Georgius Gaudri, 1662. Philippus Johannides, 1666. Daniel Zemkiades, 1674. exul praefatus Fabrici alias Albi dictus. Et nemczenses (Nemecske?) affiliati fuerant.

87) **Zelenicze** (Zele).

Felső et Alsó atque filia Szilád, ecclesia in tractu galgóczensi tenuis, sine scholae docente, ut observant acta visitationis superint. anni 1611.. Pastores occurrunt quatuor: 1608. Joannes Zubenicius,

1635. Andreas Proksa, 1659. Joannes Raphanides, et anno 1707. Matthias Szilvay.

Sectio IV.

De ecclesiis aulicis.

Descriptis matribus ecclesiis, saepe occurrebat mentio pastorum in aulis; addere in specie possumus illis quatuor, et quidem

1) Divék-Ujfalu.

Dominorum Ujfalusy residentiae domus a persecutione decennali ad annum 1732., quo exul fuit pastor Martinus Chovan, evangelii praedicatione splendebat.

2) Krenos.

Possessio, fuit filialis ad Csizsicz (Szádok) matrem, hac anno 1673. occupata, perillustris Michael Gosztonyi suis consuluit, inducendo in aulam ministrum longa serie maximo cum emolumento vicinorum etiam; perdurabat hic exercitium ad annum 1732., quo jussu regio cassatum. Anno 1688. praeerat hic sacris pastor Georgius Rapczany.

3) Pravenecz

Seu Kis Próna, juris dominorum Ujfalusy, qui praecluso templo, sumtu eorum aedificato, ut supra expositum, ad annum 1732. in aula pastores intertenebant, ex quibus unum, Joannem Schnaus, antea cremniciensis scholae rectorem, observasse satis est.

4) Szeptenecz-Ujfalu (Hajnovejsza.)

Plurium nobilium possessio, in castello frequenter habuit ministros evangelii, inter quos anno 1732. Samuelem Palumbini.

VI.

COMITATUS POSONIENSIS.

PARS GENERALIS.

§. 1. Leo X. papa romanus bulla contra Lutherum anno 1521. per Hungariam jussu archiepiscopi strigoniensis, Georgii Szakmáry, publicata, princeps promotor salutaris reformationis ecclesiarum praesertim in hoc comitatu exstitit; illa namque effecit, ut subito novitate rerum incitati, plerique ad inquirendam notitiam illius religionis sese proripuerint, atque obtentis libellis Lutheri, bonitatem causae condemnatae adamarunt. Ipsi proceres regni magno numero in hunc comitatum initio regiminis Ferdinandi I. confluentes, praesertim Mariae viduae cum Luthero correspondenti *) familiares, plerique tales fuere; verum ob metum zeli regii non prius id publice testabantur, quam in comitiis regni anno 1548. Posonii celebratis. In his rex Ferdinandus cognita plerorumque in lutheranismum inclinatione, librum Interim ex Germania adlatum pacis causa insinuabat ecclesiis recipiendum **), re infecta, atrocia minitans, regni constitutionibus eos damnare non est ausus ***). In camera posoniensi †), in exercitu ††), in omnibus publicis dignitatibus hujus co-

*) De propensione et amore in divum Lutherum hujus reginae plura occurrerent in comitatu pestiensi.

**) Vid. divi Melanchton epistolas per Peverum edit. anno 1565. p. 280..

***) In regni articulis anni 1548. tantum sacramentarios et anabaptistas proscribendos decretum legimus. Lutherani a tali fulmine tuti erant ut ipse Timon in Epitome ad annum 1556. recte observavit.

†) Praefectus camerae dominus Franciscus Thurzó, consiliarius camerae dominus Sigismundus Torda, Martinus Rakovszky secretarius, imo complures alii Lutheri sectabantur doctrinam. Tales multos numerat et cel. Veszprémi in Biographia medicorum Hungariae c. III..

††) Dux Saxoniae Mauritius, Joachimus marchio brandenburgensis cum exercitu suo pastores induxerant. Vid. Melanchton epistolas p. 165. et Seckendorf Histor. lutheran. passim. His adnumerandus est Franciscus Győrfy de Kapornak, sacrae caesareae regiae majestatis in praesidio Jaurinensi servitor, illustr. domini comitis Eccii Salm et Andreae Teufel, ca-

itatus *) erant evangelico-lutherani regnante Ferdinando I. rege. bi locorum sacrorum causa conveniebant, penuria documentorum istincta commemorare vetat. Id clarissimum est, archiepiscopum trigoniensem Olahum cum clero, accepta a rege potestate, talibus nitiis reformationis acriter obstitisse, minis carceribusque, quos li- uit, punivisse **), praesertim publicata libertate domini coena utendi ıb utraque specie ***) et librorum evangelicorum inquisitione eos- em evangelicos in sinu matris retinere conabatur; sed succedente ı regimine Maximiliano II. non ubique licuit. Hic perlecto libello ıpplici posoniensium †) protectionem publicabat et de usu sacrae ɔmini coenae voluntatem ita posoniensibus notificabat:

„Maximilianus II. dei gratia electus romanorum imperator ımper augustus, ac Germaniae, Hungariae Bohemiaeque rex, archi- ıx Austriae, fidelibus nostris, prudentibus et circumspectis judici, agistro civium et juratis ceterisque civibus civitatis nostrae poso- iensis, salutem et gratiam. Sacra quondam caesarea majestas, do- ıinus et genitor noster colendissimus piae memoriae, pro sua in re- gionem catholicam et fideles suos subditos pietate, una nobiscum : cum aliis quibusdam reverendissimis, illustrissimis principibus ermaniae, apud s. concilium tridentinum proxime praeteritum, et iam apud summum pontificem per oratores diligenter laboravit, de ɔncedenda fidelibus suis subditis communione sacro-sanctae eucha-

---

ıpitaneorum jaurinensium secretarius, qui frequens apud posonienses, anno 581. testamento condito, posoniensi civitati pro intertenendis in aliquo au- ıstanae confessionis collegio duobus bonae indolis juvenibus, nativis hun- ıris, 2000 rfl. legavit. Ipsa verba testamenti clare habent expositum de Ka- ɔrnakio: „Confessionem augustanam toto pectore amplector, in qua etiam ɔrior.“ Superest testamentum illud per Joannem Krotossi praepositum ma- ɔrem strigoniensem die 25. mensis aug. anno 1587. transsumtum.

*) Post comitem Eccium Salm ab anno 1562. supremum comitem hu- ıs comitatus, cujus dominam mortuam reverendissimus Petrus Bornemisza ı praesentia episcoporum et magnatum funebri sermone honorabat, meritis ı evangelicos inclaruit maxime Nicolaus II. a Salm, anno 1575. supremus ɔmes, simul cum vicecomite domino Francisco Eszterházy. Vid. Petri Bor- ıemisza praef. Postillae hungaricae edit. in Rárbok anno 1594..

**) De ludimagistro incarcerato ad Szeli infra subnectemus.

***) Conf. Tolerantia seculi XVI. mea p. 72..

†) Vid. cel. Ribiny Memorab. p. II. p. 194., 544.. De visitatione tali librorum qualia archiepiscopus Olahus decreverat, habet b. Péterfy in Con- ciliis Hungariae ad annum 1560..

ristíae sub utraque specie, quod etiam ab ipso s. concilio ac sed apostolica certis modis et conditionibus obtinuit. Super qua annu entia sanctissimus dominus noster pontifex maximus mandatum de dit, et nos quoque serio commisimus reverendissimo in Christo pa tri Nicolao Olaho archiepiscopo strigoniensi, summo et secretari locumtenentiali nostro, fideli nobis sincere dilecto, quomodo han sanctissimi domini nostri et sacrae sedis apostolicae ac romanae ec clesiae annuentiam, dicta olim sacra caesarea majestate et nobis la borantibus admissam, in sua jurisdictione et dioecesi publicare et ubique promulgare curet. Quamobrem fidelitati vestrae et vestrum singulis harum serie firmiter sub gravi indignationis poena committi mus et mandamus : quatenus dum et quandocunque idem archiepi scopus strigoniensis eandem sacrae eucharistiae communionem, sub utraque specie sumendam, promulgaverit, vel per suos praedicato res, archidiaconos et vicarios promulgari fecerit, eidem publicationi in omnibus parere et obtemperare, eaque iis modis, quibus ipse do minus strigoniensis, tanquam praelatus et metropolita vester, secun dum dictae quondam majestatis paternae et nostram etiam seriam commissionem publicaverit, vel publicari fecerit, uti debeatis et te neamini nullamque difficultatem in eo facere praesumatis, secus sul poena praemissa nullo modo facturi. Praesentibus perlectis exhi benti restitutis. Dat. Viennae 2. mensis sept. anno domini 1564.

§. 2. Optimus princeps terrae Maximilianus nitebatur in com munione ecclesiae conservare evangelicos, quare lege regni his l bertas religionis exercitii sub eodem non est admissa, imo et pr comitiis confluentibus statibus cultus difficultatus *): at certum ta men est in plerisque locis, sectione sequenti nominatis, in comitat hoc, sub protectione magnatum, publicum exercitium initium ha buisse. Magnifici domini Salm, Balassa, Fugger, Kolonics, Ungnad Eszterházy, Révay, Czobor, in suis ditionibus consignabant luthera nis templa **). Civitates, oppida, possessiones quaedam exemplo il

*) Idem reverendissimus Bornemisza in tractatu de T e n t a t. p. 862 habet : „Az ország előtt az gyülésben predikáltam és a Maximil császár til tását meg nem fogatam az ő pap tanácsi szerint.“

**) Comitum Salm, illustrissimorum Balassa, Eszterházy, Ungnad e aliorum magnatum monumenta favoris in doctrinam repurgatam adfert iden reverendissimus Bornemisza l. c. et infra citandis. De Ungnad et Révay, qu in hoc comitatu complura bona possidebant, in nitriensi et thurocziensi co

lorum animatae circa annum 1572. eandem exercebant libertatem. Jam 1580. anno in comitiis Posonii habitis status evangelicus praestabilis fuit *). Crevit maxime felicitas ecclesiarum harum post annum 1606., ubi per leges regni anni 1608. evangelicis libertas firmata per magnificum dominum Stephanum Illésházy regni palatinum, itaque in hoc comitatu potentem **). Tandem per comites Thurzó, itidem palatinos, eorumque successores protegebatur. Sollicita cura comitis Georgii Thurzó in synodo solnensi anno 1610. constitutionibus ecclesiasticis, superintendente, inspectoribus ecclesiasticis germanicae et hungaricae nationis ***) provisae ecclesiae hujates, ordinis firmioris causa et leges proprias venerabilis fraternitatis posoniensis, diplomate palatinali confirmatas, auctore reverendo seniore Heuchelin, anno 1612. constituebant †). Opportuni-

---

mitatibus plura producta sunt. Magnifici domini Emerici Czobor de Szent-Mihály laudes habet Daniel Krmann in manuscripta Historia Lutheri. Ex proceribus Eszterházy de Galantha pietate et eruditione in ecclesia nostra maxime clarus fuit Thomas, in academia vittebergensi eruditus. Hinc redux in gratiam praesertim illustrissimae dominae Catharinae Pálfy, conjugis domini Stephani Illésházy, edidit in hungaricam lingvam versum divi Hunnii librum: Az igaz anya szent egyházról, typis Joannis Manlii Sárvárini anno 1602. in 4.. Praefatio exhibet historiam papatus lectu dignissimam.

*) Vid. Raupachii Austriam evangelicam tom. II. p. 15.. Intererat illis comitiis magnificus Vitus baro de Pucheim, qui haec memoriae commendavit. Terrebant hungaros adversa fata evangelicorum Austriae, quare solliciti erant de libertatibus religionis exercitii firmandis.

**) Vid. comitatum trenchiniensem de illustrissimo Stephano Illésházy.

***) Inspectores ecclesiastici ex usu illius temporis ab inspectoribus praesentis aetatis multum differebant. Illis data fuit potestas ab ecclesia dirigendi res ecclesiasticas intuitu suae nationis, nomine superintendentis, quare ex senioribus ministris deligebantur; hi adversis fatis colluctanti ecclesiae in defensionem jurium sunt constituti, et quidem in conventu Posonii anno 1736. a nonnullis viris ex statu equestri celebrato. Eodem in conventu limites officii talis ita descripti sunt: supremorum inspectorum officii erit casus secum per subalternos inspectores communicatos examinare, qui ministros concernunt, superintendentibus communicare, jura ecclesiarum ad agentem exmittere, necessariam pecuniam sine aggravio miserae plebis incassare, expendere, rationes exigere et universa pro modulo virium defendere, ita quidem, ut in singulis illis cum cointelligentia superintendentis agant.

†) Leges contubernii posoniensis exhibet celeb. Ribiny in Memorab. p. I. p. 387..

tate accedente nationis hungaricae hujus et vicinorum comitatuum ministri, conventibus saepius Schintaviae habitis, auctore illustrissimo domino comite Stanislao Thurzó, sub senioratu reverendi Stephani Kürthy, pastoris szerdahelyensis, de hungarico superintendente creando inibant consilia, ea praesertim de causa, quod antea contubernium eorum proprios habuerit superintendentes, utpote Petrum Bornemisza et Demetrium Sibolthi. Re tali per libellum supplicem illustrissimo domino Georgio Thurzó, regni palatino, per pastores repraesentata, accipiebant in mandatis, anno 1613. per eundem tutorem ecclesiarum submissis, sub praesidio comitis Stanislai Thurzó, loco palatini praesentis futuri, Schintaviam convenient superintendentemque vel inspectorem hungaricum eligant. Constituta et publicata per comitem Stanislaum Thurzó pro tali conventu die 27. febr. convenerunt in palatio arcis schintaviensis, et quidem ex ordine politico: illustrissimus dominus comes Stanislaus Thurzó de Bethlenfalva, caesareo-regiae majestatis consiliarius et cubicularius, generosus dominus Georgius Szerdahelyi vicecomes nitriensis, generosi et magnifici domini Joannes et Stephanus Pográny de Nemes-Kürth, generosus dominus Szőlősy, Barnabas Szép de Csepény, Casparus Zvitanics, illustrissimo comiti a secretis et in hoc negotio vices notarii supplens; ex ordine ecclesiastico: praeter hujus dioeceseos fratres Alexander Szoczovinus ujhelyiensis praepositus, Jacobus Mikovinius pastor szelniczensis, Joannes Poniczenus senior, ecclesiae cseitensis pastor, Joannes Belussenus verboviensis etc., una cum ludimoderatoribus suis. Praemisso sermone per venerabilem dominum Nicolaum Göncz de Pálháza, pastorem ecclesiae et aulae levensis, illustrissimus comes causam cum voto explicat et respondente reverendo domino Udvardy, ministro ecclesiae semptiensis, fit initium electionis, extra palatium exmissis candidatis: venerabili domino Nicolao Göncz, reverendo domino Petro Csáktornyay cseklészíensis, clarissimo domino Balthasare Perina schintaviensis, Joanne Dianovics báthensis et Jona Ujfalusy szakáliensis ad Ipolam ecclesiarum ministris, votis delectus in superintendentem venerabilis ac clarissimus dominus Gönczy; mox delecti sunt et seniores, reverendus dominus Balthasar Perina, Joannes Dianovics et Matthias Somogyi, notarius autem dominus Vörandy atque in sacello, deposito juramento, per seniores inauguratus fuit cis-danubianus hungaricarum ecclesiarum et comitatuum posoniensis, mosoniensis, jaurinensis,

nitriensis, barschiensis, comaromiensis, majoris et minoris honthensis, strigoniensis, neogradiensis, gömöriensis et alsó Fertő superintendens. Plura ad felicia fata intelligenda subnectemus inferius.

§. 3. In hoc maxime comitatu ab initio reformationis religionis progressus prohibebatur per archiepiscopum Nicolaum Olahum, ut supra dictum. Publica divexatio crevit per decretum comitiorum anni 1604. art. 22.. Hoc publicato illustrissimus Stephanus Pálfy, tutores filii Nicolai Pálfy et praesertim clerus pro virili nocebant evangelicis, quod acta comitiorum anni 1619. adnotatum continent. Paulo post magnificus Nicolaus Eszterházy, actus consiliis Pázmáni, auctoritate, qua pollebat, nostris parabat pericula. Hic Francisco patre, matre autem Sophia Illésházy, religione lutheranis, natus, anno 1618. a sacris recessit atque anno 1625. regni palatinus constitutus pro potestate non solum 18. templis subactos suos privabat, sed apostoli munere fungens, secundam uxorem, Christinam Nyáry, viduam Emerici Thurzó, aliosque potentes, cum cardinali Pázmán, romanae ecclesiae vindicavit simulque ad divexationes evangelicorum disposuit. Unde mox turbines adversitatum multarum ecclesiis oriebantur; in dominio Detrekő anno 1626., in Csallóköz anno 1644., per arcis posoniensis dominos et archiepiscopum, reverendissimum Lippay, in dominio stomfensi ab anno 1631. sensim concionatores ejecti, omnia templa ademta, religio potentia et minis immutata. Post haec tristissima fuit semper facies ecclesiarum orae hujus, ob jus dominii terrestris, vi cujus comes Pálfy et Franciscus Eszterházy templa suis assignabant. Paucissimae jam, utpote Samaria, Guráb, Csataj, Pruck, Gútor, Limpach et in regiis civitatibus oppressioni decennali relictae fuere ecclesiae, quas illico commissio regia posoniensis, auctoritate accepta, prostravit. In his initium factum apud posonienses, a quibus anno 1672. die 3.*) claves templi, dum fuerit rege non indulgente aedificatum, archiepiscopus Szelepcsényi expostulabat. Renitentibus evangelicis civibus res diutius, non sine magno animorum motu, et frequenti recursu ad aulam caesaris, tractabatur; tandem in majo, judicio tabulae regiae, Tyrnaviae considentis, quidam civium ad poenas trahebantur, executio senten-

*) Hibásan l. helyett. L. Johann Pogners Verzeichniss .....und Johann Liebergotts Tagebuch von der Wegnahme der evangelischen Kirchen und Schulen im Jahr 1672.. Presburg, 1861. 44. l..

tiae camerae regiae demandata, quam praeses, episcopus neostadiensis Leopoldus Kolonics, collatis consiliis cum illustrissimo Nigrelli, militum ductore, die 18. jul. perficiendam decrevit. Illucescente die eadem per omnes plateas disposito milite, pastore primario, Titio, Tyrnaviae in aresto existente, a collegis illius claves templi repetuntur, qui dum dicerent, sibi tales non esse prae manibus, illico processione instituta vi apertum templum ingrediebatur. Reverendissimus Kolonics occupatum custodia munivit, praedicantes aresto includendos jussit. Fata haec tristissima non persequemur, attingit illa cel. Ribiny l. c. p. II. p. 19.. Anno sequenti modrenses, basingenses et S. Georgii cives evangelici, posoniensium fatis territi, in diem 5. mart. ad delegatum judicium Posonium *) citati, in resignanda templa dederunt assensum; pastores septem reversalibus ad emigrationem coacti et quanta ex talibus fatis evangelicis nascebantur adversa, nemo pro merito effari potest; id maxime adversum, ad priorem statum exercitii ex pleno nunquam amplius reponi potuerint. Sub diaeta anni 1708. etiam vi articuli diaetae anni 1681. evangelici restituendas, dum propriis sumtibus aedificata habuerint oratoria, petebant ecclesias in Nagy-Lévárd, Modra, Tyrnavia, S. Georgii, Basing, Samaria, et possessionibus: Felső-Szeli, Egyházfalva, Jóka, Zsigárd, Deáki, Szerdahely, Taksony, Német-Guráb, Csataj, ut acta pestiensis commissionis haec singula continent; sed standum fuit articularibus ecclesiis sub multiplicibus anxietatibus ad tempora illucescentis tolerantiae christianae, quae comitatum posoniensem donavit aliquot templis, infra nominandis. Fata haec adversa uberius scripta sunt in actis diaetarum anni 1619., 1647., 1662., 1687., quae supersunt.

§. 4. Sacrae communis gubernationis ecclesiarum hujus comitatus forma evangelio conveniens seculo reformationis firmari non potuit propter impedimenta, quae per inimicos ponebantur. Princeps quidem harum partium reformator, superintendens seu senior adpellatus, Petrus Bornemisza **), strenue consulere coepit ordini ec-

*) A pozsonyi választott törvényszék teljes jegyzőkönyve közölve van a „Sárospataki füzetek“ 1863-ki VI., VII. és IX. füzeteiben.

**) Hic vir Pestini natus, genere nobili, patris sui divitiis per turcas abreptis, paupertate pressus, studia Cassoviae, Viennae tractabat. Adjutus benefactorum munificentia, ex quibus fuit et illustrissimus Thomas Nádasdy, totum se sacris literis consecrabat, et Viennae quidem ad sacri codicis le-

clesiastico; ast in principiis studium ejus carcere viennensi, cui includebatur, impeditum fuit. Ex codem aegre liberatus insidiis per reverendissimum Nicolaum Telegdy positis obnoxius, in diversis partibus regni prodesse potius nitebatur ecclesiis, ultimo in Kárbok ad Detrekő, sub protectione magnifici domini Stephani Balassa, libris, typis publicis edendis, propriis quidem intentus, vitam anno 1585. finivit *). Suscepit tandem curam administrandarum ecclesiarum per priorem edoctus Demetrius Sybolthi, pastor Tyrnavia Szenczinum, ultimo Pataházam per jaurinenses translatus **). Hoc mor-

ctionem alios admittendo, annum 18. agens, jussu praesulis Nicolai Olahi carceres pertulit. Adiverat italicas, gallicas, germanicas academias, unde jam sacris ordinibus initiatus rediit et nutu comitis Nicolai Salm galgócziensi ecclesiae pastor datus fuit. Zelo in propaganda religione attrahebat multorum odium, qui dum majora objicere eidem non potuerint, vitio dabant, eum ab episcopo ordines non acceptasse, uxorem duxisse et sacram coenam saepe pane vulgari administrasse. Expositus insidiis mox anno 1564. tutiora quaerebat, Vetusolii agendo opus coeptum; hinc accusatus per episcopos Viennam citatus ad caesarem, comminationes audivit; dimissus iterum ad semptenses in locum demortui parochi Tuba illocabatur et reformationis progressum strenue per totum comitatum promovebat. Szeredini tandem ministerio fungebatur, ubi partem hereditatis aere emtam et quosdam subditos habuit. Auctoritate ejus crescente et odia cleri augebantur, quare iterum Viennam citatus, silentium ei poenae loco dictatum. Post perpessos carceres ut exul prius Beczkoviae apud illustrissimum Ladislaum Bánfy de Alsó-Lindva edendis libris, et quidem typis propriis, vitam impendit. Haec in compendio damus. Liber cantionum hungaricalium, editus anno 1582. in Detrekő, constans septem partibus, multa singularia habet de initiis reformationis illiusque promotoribus. Suspicio, cujus meminit et cel. Ribiny, nostrum ad calvinianos deflexisse, falsissima est, nata solum exinde, quod nulla alba et vulgari pane saepius, pro desiderio quorundam, in sacra coena usus fuerit. Frequenter in libris refutat ille dogmata Calvini, praedestinationem quidem in Postillis tom. III. p 426. sqq. edit. Semptae anno 1573. et de sacra coena eodem tomo p. 611. ita loquitur: „Sokat láttam irás tudók közől, kik igaz méltóságát meg nem adván az úr vacsorájának. tagatták az könyöret és bort nem Krisztus testének és vérének velünk való közösülésnek lenni, hanem csak puszta kenyérnek és csak késő jelnek és emlékeztető pecsétnek. És ezt bizonyitani akarták Kalvinusnak irásival etc.“.. Testes alios supra adduximus, haec ultra instituti nostri limites adposita esse, lectores ignoscant.

*) V. ö. Monumenta evang. aug. conf. in Hung. historica 1. k. 83. l..

**) In Indicibus ordinatorum vitteb. haec legimus: „Demetrius Sybolthius paunonius prima literarum fundamenta didicit Tolnae,

tuo reverendus Stephanus Kürthy, minister sacrorum in Szered, qua senior hungaricarum ecclesiarum in partibus his, imo ab anno 1610., vigore actorum solnensis synodi, qua inspector, rebus communibus moderabatur ac in deligendis praesertim pastoribus, ecclesias nutu consiliisque frequenter sublevabat. Electo tandem, ut praemissa docent, superintendente hungarorum, singulae ecclesiae in debitam repositae sunt subordinationem; germanicae et slavicae in hoc comitatu parebant superintendentibus descriptis in comitatu nitriensi, hungaricae autem hic nominandis, quorum

I. Nicolaus Gönczy

Pálházi, hegyfalvensis, levensis, szerediensis et jaurinensis in Pataháza successive pastor. In officio superintendentis quanta diligentia et fidelitate inclaruit, illis evidens est, qui protocollum ejus apud reverendos franciscanos asservatum in Kis-Marton oculis lustrabant. Studium praesertim unionis christianae cum calvinianis ei principale fuit, sed prius, anno utpote 1619. mense febr., vivendi finem, quam desiderii complementum vidit. Armis tum cives intenti, surrogationem protrahebant et tum nonnisi in diem 2. maji anni 1620. Szeredinum fine illo indictus conventus, in quo praesentes fuerant: illustrissimus comes Stanislaus Thurzó, supremus comes scepusiensis, ac partium cis-danubianarum generalis, magnificus dominus Petrus de Réva, sacrae regni Hungariae coronae custos, spectabilis ac magnificus dominus Andreas Jakusith, regni thesaurarius, spectabilis dominus Paulus Aponyi, magnificus dominus Mich. Vizkelety, dominus Michael Szerdahelyi, dominus Emericus Vitéz, vi

---

dein Temesvarinum delatus praeceptore Stephano Szegedino est usus, hinc vero Massaianarum prolium praefectus vocationi annuit. Tandem svasu amicorum anno 1559. Vittebergam se contulit. Divum Philippum Melanchtonem praeceptorem veneratur integro anno et ultra. Anno vero 1562. in Hungariam reversus primum Gyulae ludirectorem, dein Csepregini in bonis magnifici domini Nádasdy, hinc Sempczinum ex voluntate illustrissimi comitis Julii a Salm et Neuburg, novissime vocor a tyrnaviensibus. Ordinatus Vittebergae a rev. domino M. Oberdorfer 11. jul. anno 1576." His id solum adjiciendum nexus deposcit, genuinum hunc fuisse reformatorem, a sacris calvinianis alienum, quod clarum est ex supra adductis et testimonio Molnár, qui in praefatione L e x i c i hungarici refert, hunc ad aram servientem Tyrnaviae per dominum Telegdy, exstinctis ibi cereis, turbatum fuisse.

cecomes nitriensis, dominus Casparus Ocskay, dominus Casparus Mérey, dominus Franciscus Berényi aliique plurimi; ecclesiastici autem, praeter singulos hujus superintendentiae pastores, superintendens Isacus Abrahamides, Joannes Hodikius superintendens, reverendi Joannes Fabricius pastor galgóczensis, senior, Matthias Sartorius praepositus ujhelyiensis, Nicolaus Borosch pastor verbóczensis et senior etc.. Oratione praemissa in superintendentem electus est

II. Tobias Brunczvik

Galgóczensis ecclesiae hungaricae pastor; anno 1622. convocarat Semptaviam synodum superintendentiae suae et conditis de regimine ecclesiastico XX. articulis, coepit bene prodesse ecclesiis; imprudens in exercitio officii gravis, incurrebat notam turbatae pacis publicae atque metu poenae, auctore cardinali Pázmán, a sacris discivit anno 1630. die 22. jan. *) Sequebantur exemplum ejus comites Thurzó, unde fiebat partium harum ecclesias magnum in discrimen devenisse, neque ordinis custodem superintendentem habere potuisse. Sedatis turbis in patria, ultimum in his partibus hungarorum superintendentem deligebant

III. Valentinum Sárosy.

Venerabilis Ribiny l. c. p. II. p. 108. notitiam ejus exhibet; quae adjicienda essent, subnectentur inferius ad ecclesiam Apaj et Majthény.

His dirigentibus res ecclesiasticas comitatus posoniensis fraternitas hungarica complectebatur ecclesias: posoniensem hungaricam, cseklészíensem, bariensem, galanthensem, tallósiensem, majthényensem, felső-szeliensem, nagy-mácsédiensem, németgurabiensem, kürthensem, nádszeghiensem, pakaiensem, diószeghiensem, szerediensem, vizkeletensem, taksonyiensem, semptensem, szenczíensem, pataháziensem, szent-abrahámensem, kossúthensem et felső-szelpensem. Ex senioribus societatis hujus, praeter suprafatos, unum solum nominare licet, pastorem cseklészíensem Petrum Csáktornyay.

*) V. ö. Monumenta evang. aug. conf. in Hung. historica 1. k. 87. l.

Altera comitatus hujus fraternitas, posoniensis stricte sic dicta, habebat ecclesias germanicas, slavicas: Posonium, Tyrnavia, Galgócz, Csataj, Récse, S. Georgii, Grünau, Basing, Pruck, Modra, Mischdorf, Samaria germanica, Csötörtök seu Loipersdorf, reliquae, galgócziensi fraternitati adhaerebant, quaedam szeniczensi, utpote: Lévárd, Malaczka, Pernek, Szolosznicza, S. Nicolaus.. Anno 1647. associabantur, facta secessione a superintendente danubiano, ecclesiae mosonienses, de quibus in comitatu eodem dicetur. Palatini regni auctoritate firmatis legibus haec fraternitas dirigebatur a suis senioribus, ex quibus fuere: anno 1610. Simon Heuchelin, anno 1655. M. Daniel Schmid, anno 1622. M. Joannes Jenschius, anno 1634. Josua Vegelin, anno 1640. Georgius Heuchelin, 1664. David Titius, decennali persecutione exul, omnes pastores posonienses; ultimus clausit epocham senioralem seculi praecedentis, nostra aetate posoniensis civitatis pastores iterum conjuncti cum quatuor mosoniensibus efficiunt posoniensem fraternitatem, reliquae octo ecclesiae existentes alteram, modrensem dictam, ut exhibent acta synodi pestiensis earum numerum.

Quae de scholis majoribus succincte dicenda supersunt, illa exposuit venerabilis Ribiny ll. cc., quare progrediemur ad ecclesias, ob defectum protocolli fraternitatis brevissime solum commemorandas, et quidem ad ductum visitationum, quas superintendentes scriptas reliquerunt.

Pars specialis.

Sectio I.

De ecclesiis in liberis regiisque civitatibus.

1) Basinga.

Quoad oppidum fuisset, civiles et ecclesiasticas vicissitudines cum S. Georgio easdem habuit, ex quibus statim adferendis fata hujus clarius intelliguntur. Jam circa annum 1575. evangelici in usu templi parochialis ad portam superiorem fuerunt, docentibus eos Volfgango Ruckschlosz Johanneque Philomates; posteriori mortuo

.em Ruckschlosz anno 1591. Vittebergae consecrabant. Ma-
ıs Stephanus Illésházy anno 1602. slavis etiam separatam pa-
m et templum assignabat, quod ex vineis xenodochii susten-
r, ut notant acta visitationis superint. anni 1616.. Permane-
gni legibus firmatis, in libertate religionis porro. Adnitente
ali Pázmán anno 1628. templo privati sunt, atque in domo
ınitatis, tandem in capella ad praesepe Christi nominata,
anno 1635. exstruxerant, sacra peragebant. In regni comitiis
647. defixus fuit eis templi locus in foro civitatis; aedificia
anno 1656. perfecerunt atque templum forense Christo dica-
ır superintendentem Theod. Puchner consecrabant. In usu hu-
capellae ad annum 1673. quieti permanebant. Eodem pro die
t. ad posoniense judicium delegatum citati pastores, Lehner
ber, comparent; cives interim minis promissisque per Geor-
Pongrácz et Gubasóczy episcopos ad templa resignanda sub
tinendi oratorii perducti. Haec eorum adflictio in tantum cre-
ut docentes puellarum etiam, sub graviori poena, durante anno
diaeta, dimittere debuerint. Revolutiones in regno magis ad-
ıt adflictos, licet Samuelem Serpili pastorem anno 1705. ha-
t. Neglecti in diaeta anni 1681. usu privati manserunt. Anno
petebant a sua majestate, regina, ademtum templum et ejus
ɔria conformitate anni 1681. et 1715. articulorum regni resti-
ɔl si quaequam eatenus consideratio haberetur, adminus unius
i structuram, duos ministros et unum ludimagistrum admitti,
unum milliare, Modram nempe, pro exercitio religionis suae
ıre cogantur; sed negativum responsum tristes acceperant.
m exercitium anno 1781. gratia Josephi II. obtinent eodem-
etantur. Olim filiales fuere Czajla, Schweinsbach et Limpach.

2) Szent-György.

Paulo post tempora reformationis in dominio comitis domini
i Salm a Neuburg, supremi comitis comitatus posonien-
ɪxstitit, qui dum evangelicam religionem fovisset, jam
1569. et oppidani plerique eam adamaverant. Jussu domini
atum est intra oppidum et pagum Neustift templum, atque
ıortem comitis Nicolai, quae anno 1580. evenerat, dum jam
ger senatus esset illius religionis, etiam parochiale templ[redacted]

suis usibus adpropriaverant. Emortuis sine heredibus illis comitibus regnante Rudolpho II., devenit ad fiscum loci possessio, ecclesiae usu non turbato; tandem impignoratum bonum comitissae Catharinae Pálfy et domino Stephano Illésházy, quorum uterque amantissimi religionis literis confirmabant omnes ecclesiae libertates et loca. In Neustift oratorium slavorum permaneat, decreverant concesserantque iidem domini, totalis decima vini in praefato pago sit pastoris illius, quod et successu temporis conservatum fuit per cives S. Georgii. Adversa fortuna domini Stephani Illésházy profugi anno 1602. dedit occasionem turbandi usus religionis apud hos cives; sed mox anno 1606. pacificatione publica succedente repositi fuerant ad libertatem et 1612. germanicum templum reaedificabant. In dominium fisci relabente oppido, arcis praefecti, praesertim anno 1615. et seqq. dominus Lucas Ecker et Leopoldus Peck, variis fraudibus eos adficiebant et anno 1618. etiam templo privabant, existente pastore Elia Burgelius. Superveniente domino Bocskay anno 1619. repositi quidem fuerant in illius usum, tandem iterum anno 1628. ad preces Petri cardinalis Pázmán, mandante rege, comiti Casparo Erdödy illud tradebant. Ad annum 1647., quo inferioris templi in urbe (aliud extra moenia in editiore loco positum fuit) aedificandi facultatem acceperant, in privatis locis cultum divinum peragere debuerunt. Exhaustis variis fatis aegre procedebat aedificatio et nonnisi anno 1654. perfecta, quo die 30. nov. per reverendum Christ. Stephani pastorem consecratum fuit, quod fuse expositum legas in Georgii Peucker: Libera regia civitas Sanctus Georgius carmine delineata edit. Vitteb. anno 1679., ubi laudes munificentiae in aedes illius simul cum versibus scriptis in supremo fornice templi:

HIC tVa sanCta trIas reqVIes sIt sanCtaqVe seDes.
SeDIbVs eX qVa saCrIs sVspIrIa sVsCIpe saCra.

Anno 1663. in sept- tartari fatalem cladem causabant huic civitati, quo tempore pastor fuit Daniel Klesch, advectus Ginzino, et Paulus Gally anno 1673. per delegatum judicium in jus vocati Posonium, perterriti mox et claves templi resignabant atque anno 1674. 27. febr. praesenti commissario, domino comiti Nicolao Pálfy, templum cum appertinentiis, reverendo domino Melchiore Huber et Paulo Gally ministris in exilium subscribentibus, tradebant cives.

In actis diaetae anni 1681. non nominati, exclusi fuerant ab usu exercitii. Fata ecclesiae sub revolutionibus patriae anno 1706.— 1710., M. Georgio Gleichgrosz pastorem agente, digna non sunt memoria; illa etenim funestum exitium exercitio in libera regiaque civitate causarunt. Anno 1782. dominica I. adventus, indulgente patre patriae Josepho II., post annos 109. elapsos, libertatem aedificandi oratorii acceperunt atque cultum inchoabant in domo Ambrusteriana, quoad anno sequenti in fundo Segneriano oratorium perfecissent. Conf. Lexicon Korabinszkyi p. 619..

3) Modra.

Consul modrensis civitatis Joannes Georgius Schreiber anno 1719. typis zittauiensibus publicam fecit Descriptionem liberae ac regiae civitatis Hungariae inferioris Modor, ex qua res ecclesiae succincte, quibusdam additis, subnectimus. Anni abierant ab initiis illucescentis in Hungaria doctrinae Lutheri fere 50., dum modrenses publicum religionis repurgatae exercitium inchoabant, anno 1573. reverendum Jacobum Wolffium primum ministrum sacrorum adducentes. Singulos hic statim adjicere oporteret pastores duarum nationum; sed nuper praeoccupavit laborem ex praefato Schreiber, adjecta ad hanc aetatem continuatione, reverendus Klein *), quare in fatis ecclesiae solum cognoscendis occupamur. Templum modo romano-catholicum parochiale, antea inferius dictum, evangelici e ruderibus reaedificaverant pro nationis germanicae usu; slavis anno 1606. aliud superius, dein patribus ordinis s. Benedicti datum, magistratus concessit, capellamque slavorum nominavit, imo de suo proprio civitatis proventu stipendium primo nationis slavicae pastori, Michaeli Ordicska, ordinabat. Dum in florenti statu res fuisset evangelica, anno 1628. cardinalis Pázmán apud regem impetrat templa Modrae, Basinii et S. Georgii, dum fuerint antea romano-catholica, reddərentur; fisci regii actione divexati cives, transactione 1635. in praesentia regni palatini, comitis Nicolai Eszterházy, inita, templum parochiale tradunt, praefatam capellam pro natione germanica reservant atque slavis ex donatione illustrissimi baronis Ladislai Zay certam domum ad superiorem portam pro divino cultu assignant. Devastatio tartarorum

*) Cl. Klein in Biograph. pastorum Hung. p. II. p.

anno 1663. instituta, tristis fuit ecclesiae huic, qua multa pretiosa amisit et pastor Joannes Graffius in captivitatem raptus 600 rfl. per soproniensem ministrum, M. Matthiam Lang, tandem redemtus, iterum hic docuit. Decennio in pace superato gravius imminebat periculum, quod statim anno 1673. praesagiebant, dum regio mandato episcopus vaciensis, comes Ferdinandus Pálfy *) in his ecclesiis visitationem primam instituebat, quam gementes admittere oportuit. Hac finita anno 1674. pro die 5. mart. ad delegatum posoniense judicium pastores modrenses in personis per canonicum strigoniensem cituntur, reversales ad emigrandum ex regno subscribant; cives interim per archiepiscopum minis et promissis ad templum resignandum provocantur, quod sub spe obtinendi oratorii die 25. febr., adlatis ad archiepiscopum clavibus, metu pleni cedunt **) Anno 1681. art. 26. demum exercitium religionis regiae civitati admissum est, quod subsequenti extra civitatem in duobus oratoriis utriusque nationis inchoatum, inter varias vicissitudines perdurare potuit ad hanc aetatem. Királyfalva filialis fuit, cujus templum inter ademta recensetur in actis diaetae 1681..

4) Posonium.

Civitatis hujus ecclesiae evangelicae, quae praesenti seculo ex suis schölis fere integrae Hungariae docentes subministrat, eoque respectu aliarum mater dici meruit, fata clarius scribere necesse non est, quum fecit id pastor illius, reverendus Ribiny *). Series instituti praesentis deposcit, in compendium hic contractis memorabilibus, quaedam omissa attingamus. Quae in parte generali praemisimus, testantur clarissime, ab initio reformationis posonienses amore repurgatae religionis flagrasse. Metus auctoritatis regiae et concessus usus sacrae coenae sub utraque specie in communione romano-catholicorum cives conservavit. Usu calicis eis denegato, post annum 1580. Ratschisdorfinum praesertim pro sacris transibant, imo frequenter talibus in posoniensi suburbio, domo Kampe-

*) Tévedés a névben, mert 1669.—1676-ig sz. miklósi és óvári báró Pongrácz György volt a váczi püspök. L. Schematismus cleri dioecesis vaciensis pro anno aerae communis 1854. 10. 1..

**) Vid. Ungar. Praedicanten Unschuld. p. 75..

***) In Memorab. p. I. p. 194., 197., 349. sqq..

riana et Balassiana, admittente illustrissimo domino Seifrido Kolonics, ad aulicum concionatorem intererant. Anno tandem 1606. aucti numero exulibus austriacis certique de publicandis per orbem evangelicis libertatibus, auctore praefato domino, reverendum Andream Reisz Ratschisdorfino ministrum sacrorum advehunt eumque*) die 8. oct., in quam inciderat dominica XX. trinitatis, in domo Armbrusteriana, quae sita fuit ad curiam, sacris operantem audiebant. Dictam domum evangelici in censu annuo, altaris s. Martini dicto, cui cum aliis domibus vicinis subjacebat, omni praetensione liberam effecerunt, deposita semel pro semper reverendo capitulo posoniensi summa per transactionem definita pecuniae, quod vel ideo observandum venit, ut intelligamus, quam injusta fuerit praetensio ad ecclesiam sacro-sanctae trinitatis eo nomine facta initio decennalis persecutionis, qua jus in fundum illum vindicando, capitulum templum occupavit. Anno 1619. Gabriel Bethlen, occupata civitate, aequali libertate omnes religiones receptas gaudere volens, jussit, alternis vicibus romano-catholici, calviniani et lutherani in basilica s. Martini divinis operentur, quod a die 7. oct. ad 4. maji anni 1621. observatum fuit.**) Recepto in fidem caesaris Posonio nostri ad locum priorem redire jussi, anno demum 1636. templo, sacro-sanctae trinitati dicato, aedificando intenti erant, tandem anno 1652. et hungarico-slavicum posuerant***). Fatali anni 1672. diversatione templis amissis †), anno 1682. cultum divinum in suburbio obtinent, oratorio aedificato ad annum 1776. utuntur, quo indultu reginae Mariae Theresiae muratum faciunt et I. dominica adventus opera laudati pastoris, qui passim in opere suo sincere haec singula, simul cum specificatione pastorum ll. cc., fuse refert, inaugurant.

5) Tyrnavia

Delatum Strigonio capitulum ab anno 1544. sinu suo tenebat,

*) Vid. Raupach Austria evang. t. I. p. 152., t. II. p. 287..

**) Conf. Mercur. gallo-belg. t. XII. p. 70. et Khevenhüller Annal. t. IX. p. 694..

***) Vid. Theatrum Europae. t. III. p. 886..

†) Ex instituto haec descripsit Raymund Rimand: Von der presburgischen Kirchen- und Schul-Verlust, edit. an. 1672., sub quo nomine latet Antonius Reiser, pastor posoniensis.

capitulares ipsius ipseque archiepiscopus diu obicem ponebant exercitio religionis evangelicae, quam multi incolae adamaverant. Percepit primus, vita hostium, magnificus dominus Joannes Balassa anno 1571. in domum suam praedicatorem evangelii celebrem, harum partium reformatorem, Petrum Bornemisza, qui magno cum successu laborabat, quoad opera praepositi Telegdy atra persecutione pulsus, multique civium ob eum diu vexati, gravi carcere mulctati fuissent. Exaggeratis apud regem excessibus vitae praepositi, miscebat malum jactatum nostris, qui mox vicina Jóka *) possessione Demetrium Sibolthi inducebant docentem atque eundem anno 1576. die 11. jul. Vittebergae ordinibus initiatum in capella hospitali collocabant adversariis multum tumultuantibus **). Increscebat his incrementis lutherana ecclesia ad exitum seculi, orta calvinianorum non parum infirmata. In tali perturbatione potentibus quoque impedimentis inimicis aedificia publica ponere non potuit, sed in conductis solum divina utraque peragebat, in quali statu 1613. invenit eosdem visitator, reverendissimus Isacus Abrahamides, existente pastore germanico Michaele Schwer, cui anno 1617. successit Michael Joannes Schreiner. Anno 1634. 24. jun. superintendens Nicolaus Martini evangelicorum sumtu aedificatum templum, parochiam, scholam, singula in flore conspiciebat, cum gemitu quidem, quem expresserant adflictiones, tandem in gravaminibus evangelicorum anno 1638- regno praesentatae ***). Talibus malis adlata est medela art. 8. diaetae anni 1647.. Ardor persecutionis, existente pastore Georgio Burger anno 1650. porro permanebat in animis romano-catholicorum, qui perdifficiles circa usum propriarum evangelicis campanarum anno 1655., ut habent acta diaetae, causabant molestias, agente tum apud eos slavorum ministro Joanne Rotarides. Legum favore patientiaque fulti perdurabant in usu exercitii religionis publici, anno 1660. existente pastore slavico Georgio Johannides, ad tristissimam decennalem persecutionem, qua anno 1672. 16. jan. episcopus vaciensis, illustrissimus dominus Georgius Pongrácz, perfractis seris, templa augustanae et helveticae confessionis, sumtibus horum aedificata, una cum parochiis et scholis occupavit,

*) Hornyanszkynál i. m. 277. l.: Schintau.

**) Vid. Bornemisza in tractatu de Tentat. p. 849., 863. et Nicolaus Schmitt in Episcopis agriensibus t. II. p. 70,, 113..

***) Fusius haec leguntur in actis diaetae anni 1647..

ministros ejecit, cives multiplici ratione divexabat*). Discusso jesuiticae persecutionis terrore, anno 1707. M. Joannes Christophorus Luther, pastor germanicus, et post illum Samuel Nigrini, sacris ritu lutheranorum operabantur ad annum 1709., quo devictis Rákóczyanis et hic libertas religionis penitus evanuit, licet frequenter ab anno 1687. in multis diaetis status evangelici reddendam postulaverint. Diligentissíme causam suam agebant et ipsi cives tyrnavienses augustanae confessionis anno 1721. in commissione pestiensi, licet multum vel in extrahendis inquisitionibus, praesertim per judicem Michaelem Pondel, turbati exstiterint, adurgendo restitutionem templi sui, in cujus possessorio jam fuerant patres trinitarii. Jam neque unus superest civis confessioni augustanae addictus.**)

Sectio II.

De ecclesiis in oppidis.

1) **Cseklész** (Lanschücz,)

Inter primas hungaricas lutheranas in hoc comitatu fuit ecclesias. Initio seculi praecedentis praeerat eidem pastor pietate eruditioneque clarus Petrus Csáktornyay, qui anno 1613. 6. febr. in synodo sintaviensi inter candidatos superintendentiae hungaricae numeratus, tandem senior ministrorum hungaricorum per posoniensem, mosoniensem, jaurinensem et comaromiensem comitatus constitutus. In visitatione superintendentis Brunczvik anno 1628. jam queruntur nostri de ademta terra quadam parochiali per dominos terrestres comites Eszterházy; continuata statim persecutio et anno 1630. ipsum etiam templum, ejecto ex parochia pastore, occupatum. In diaeta anni 1647. evangelici status urgebant restitutionem ademtorum, vel locorum pro aedificiis acclesiae excisionem, sed nunquam obtinere licuit, unde et in diaeta anni 1655. status

*) Stephanus Pilárik et M. Vinckler pastores in exilium ibant; occupatio templorum in actis diaetae anni 1681. describitur. Conf. Ungar. Praedicanten Unschuld §. 27. Fragmenta ungar. hist. cassov. p. 259. et cl. Klein t. I. p. 280..

**) Századunk elején ujra föléledt az ág. vall. gyülekezet.

querelas incolarum valde oppressorum propter religionem repetierant. Hodie nullus hic superest sacris evangelicis addictus.

2) **Csötörtök** (Loipersdorf.)

In insula Csallóköz germanico-hungarica ecclesia, adhuc anno 1613. duos lutheranos habuit pastores, ut legimus in visitatione superintendentis domini Abrahamides. Proventus ecclesia habuit ultra seculum medium divites ex jugeribus terrarum 50., quae a malae fidei possessoribus possideri in praefata visitatione observatum est. Ex eadem id innotuit etiam, jam tum ecclesiam calvinianam esse superiorem numero incolarum nostra. De interitu ecclesiae haec sunt verba actorum diaetae anni 1662.: Praefectus reverendissimi cancellarii templum loci istius militibus et aliis secum assumtis violenter invasit effractisque per fabrum ferrarium foribus templi, ministrisque evangelicis exturbatis, occupavit, miseros vero incolas minis, vinculis, vulneribus ac mulctis ad religionem romano-catholicam pertraxit." Anno 1643. Christ. Roxner cremniciensem ecclesia haec ordinandum curavit in ministrum.

3) **Dévén** (Theben.)

In potestate magnificorum Báthory existens oppidum seculo XVI. in pacifico exercitio religionis fuit, jure emtionis ad alios translatum alia sacra debuit sequi.

NB. Regnante Ferdinando III. in potestatem comitum Pálfy devenit, jussu quorum circa annum 1638. omnibus juribus ecclesiasticis privatum.

4) **Galantha.**

Sub protectione dominorum Eszterházy evangelicorum, ut parte generali quaedam praeoccupavimus, diu imperturbatum habuit religionis evangelicae exercitium. Anno 1613. Christ. Lipelines, anno 1618. Martinus Simonides, anno 1625. Joannes Scultetus, anno 1637. Adamus Piro alsó-patonyensis legibus superintendentiae fidem subscripserant, qua lutherani ministri; ultimus anno 1628. die 18. mart. in synodo szerediensi, ut moris erat, theses theologicas defendebat. Dominus Nicolaus Eszterházy, jam romano-catholicus, pala-

ius existens, circa annum 1630. templum occupandum curavit, pertates religionis sustulit, imo diu oppidanos propter religionem exabat, ut habent acta diaetarum anni 1647., 1655. Conf. Oerelius redivivus t. II. p. 150..

5) Grinavia (Grünau).

Antea oppidis adnumerata germanica. Anno 1611. 2. oct. ordinatus pro hac ecclesia pastor Achatius Tindelinus, Petri, praefecti camerae aureae monetariae cremniciensis, filius, rector scholae Teuto- Prónae. Visitatione superintendentiali anni 1613. proventus illius divites ex vineis notati habentur, pastor autem clarissimus Joannes Widner specificatur. Postquam juris Pálfyani factum fuisset oppidum et ecclesiae lutheranae jura periclitabantur, ab anno 1638. status regni in diaetis anni 1647., 1649., 1655. pro templo horum laborabant restituendo, sed in vanum. Filialis hujus Limpach recepit anno 1647. ministrum atque grinaviensis coetus, qua filialis, utebatur exercitio illius ad tempora decennalis persecutionis, ut ad Limpach exponemus. Sub motibus ultimis induxerant pastorem M. Joannem *) Knepelium, quem paulo post pulsum anno 1713. posonienses tempore pestis in provisionem infectorum receperant pastorem; ipse infectus decedebat morte.

6) Sanctus Joannes.

Seculo XVI. nostra habuit sacra, tandem calviniana acceptavit; fata ejus leguntur in actis diaetae anni 1647., quod aliis relinquimus evolvendum.

7) Lévárd (Gross-Schützen.)

Sub initio seculi XVI. filialis existens matris Gajár, licet voluerit, impedimenta ponente matre, non potuit liberari diu a romanis sacris. Circa annum 1578. jussu illustrissimi herois domini Sigefridi Kolonics a matre segregata induxit in arcem aulicum ministrum evangelii. Tenuitatem proventuum ecclesiae supplebat larga manus patroni, ut laudes ejus scribit superintendens Abrahamides in visitatione anni 1613.. Magnificis dominis Kolonics lutheranis

*) Hornyanszkynál i. m. 69. l.: Joachimus.

semper perstitit ad annum 1673. usus religionis exercitii publicus, pro quo instituendo in locum templi demoliti oratorium aedificaverant, manu et expensis etiam oppidanorum. Praefato anno die 14. mart. pastor Georgius Johannides ad posoniense judicium delegatum citatus comparuit, templum vi armata occupatum; illustrissimi domini Christ. et Sigismundus Kolonics consensu judicii delegati effecerant, praefatus minister, datis prius reversalibus, quibus se obligabat ad ministerialia solum in aula peragenda, remittatur ad eosdem : publicus usus nunquam amplius revocari potuit, dum hereditas loci tributa sit anno 1676. Leopoldo Kolonics episcopo, qui publico acatholicorum flagrabat odio, ut scriptum est in Purpura pannonica p. 285.. Neque tempore commissionis pestiensis repraesentatione nomine incolarum, qui oratorium propriis sumtibus aedificatum vi articuli anni 1681. repetebant, amplius valuit.

8) Malaczka.

Auxilio dominorum illustrissimorum Balassa, cum omnibus adjacentibus locis, ut supra exposuimus, mature recepit evangelium repurgatum. Illustrissimi Stephani Balassa filius Melchior, primus ex familia hac lutheranus, sumtibus suis multos pastores consecrandos curavit, inter alios anno 1581. Ladislaum Záborszky thurocziensem; idem fecit et Melchior II. anno 1601. Erasmum Huldenreich, diaconum hujus ecclesiae futurum, mittendo pro ordinibus Vittebergam. Hujus et oppidanorum sumtibus et templum novum initio seculi XVII. fuit exstructum; deficiente familia a sacris nostris circa annum 1627. tristis et hic subsecuta ademtio.

9) Sanctus Nicolaus

Ad Detrekő, juris dominorum Balassa evangelico-lutheranorum ab initio reformationis, ut per integrum dominium Detrekő, ita et haec ecclesia beneficentia eorum succreverat. Dotata multis proventibus, a dominalibus laboribus liberi sint, id singulare accepit a praefatis patronis ecclesia, nempe aeditui, quo alacriores sint in incassandis ministrorum proventibus. Pastores ecclesiae eidem propriis sumtibus ordinandos curabant, inter alios Vittebergam missum anno 1599. Paulum Architectoris, promovente illustrissimo domino Melchiore Balassa. Anno 1615. Joannes Perich ministerium perage-

bat, paulo post, deficientibus heris pulsus cum omnibus libertatibus. Filia hujus fuit Detrekő Sz. Péter; ad szeniczense contubernium mater pertinebat.

10) **Ratsdorf** (Récse.)

Antea ecclesia germanica, quae inter primos docentes evangelicos habuit ab anno 1580. reverendum Andream Reisz, anno 1583. Posonium ad aulam illustrissimi domini Sigefriedi Kolonics translatum, ut supra adduximus. Anno 1610. Urbanus Hoppius pastor. Per superintendentem dominum Abrahamides anno 1613. visitata, in ejus protocollo proventus notatos habuit. Anno 1638. dominus Franciscus Keglevics, possessor oppidi temporaneus, concionatorem ejecit, templum ademit. Restitutio illius in actis diaetae 1647. non occurrit. In diaeta anni 1655. pro exscindendo loco oratorii petitio statuum regni adest, sed illa etiam majoris divexationis occasionem attulit.

11) **Samaria.**

Conspicua ecclesia hungarico-germanica in insula Csallóköz; sub visitatione anni 1613. germanicum et hungaricum utrumque lutheranum ministrum pensum accepisse ex aerario publico superintendens adnotavit. Magnificus Stephanus Pálfy primus ecclesiam turbare coepit, minitando suspendium, si introduxerint ejectos ministros, quare et patibulum in foro erigi curavit; sunt verba gravaminum in diaeta anni 1619.. Anno 1621. die 27. mart. M. Joannem Heinricher, rectorem modrensem, pastorem deligebant, anno 1648. Martinum Bürger *). Auctoritate legum firmati in usu simul cum cal-

*) Az ág. vall. templomot 1647-ben a királyi biztosok következő okmány erejével adták vissza: „Nos sacratissimae caesareo-regiae majestatis, domini nostri clementissimi, pro executione eorum, quae cum illustrissimo principe Transylvaniae conclusa sunt, ablegati commissarii: memoriae commendamus tenore praesentium, significantes, quibus expedit, universis: quod cum vigore diplomatum pacificationis inter praetitulatam suam majestatem sacratissimam et principem Transylvaniae anno proxime praeterito initae, non solum liberum ubique exercitium religionis in hoc regno Hungariae admitti, verum etiam ea templa, quae sub iis disturbiis motibusque regni intestinis, uti et post pacificationem violenter utrinque occupata fuere, tam evangelicis quam catholicis restitui debeant: ideo nos quoque continen-

vinianis pace fruebantur, existente anno 1652. pastore Matthia Borgmeyer *), quoad palatinus regni, comes Pálfy, contractu quodam, per regem etiam confirmato, eosdem ad cessionem templi antiqui, sub promissione novi aedificandi, induxisset. Mortuo palatino, heredes promissa non implebant, urgentibus id et statibus in diaeta anni 1755.; posuerunt igitur suis sumtibus oratorium, sed anno 1672. die 30. jan. mandante comite Nicolao Pálfy, per officialem Szpáczay et eodem ejecti sunt. Variis fatis jactata ecclesia, licet frequenter egerint status evangelici pro eadem, praesertim in diaeta anni 1708., non prius libertates consequebatur, quam illucescente tolerantia. Inducto ministro reverendo Samuele Palumbini, oratorium exstructum anno 1785. die 30 jul. inauguratum est, cui positam inscriptionem legas in Lexico Korabinszkyi p. 726..

12) **Szempoz** (Szencz, Wartberg.)

Hungaricus coetus, initio reformationis habuit inter alios docentes illum celebrem Demetrium Sibolthi, postea Pataházam penes Jaurinum evocatum. Patres ecclesiae, domini Thurzónes, singulari providentia, ut domini terrestres, hujus ecclesiae statum effecerant florentem, quem vel una visitatio superintendentionalis anni 1628. clare delineatum exhibet. Magnifico Andrea Thurzó recedente a sacris nostris, mox circa annum 1635. templum amiserunt. Auctoritate publica iterum anno 1647. exscisio locorum pro utriusque confessionis ecclesia necessariorum in diaeta definita fuit, quo obtento iterum oratorium aedificatum; sed livor dominii non permisit longum ejus usum. Existente pastore et superintendente Va-

tiis diplomatum benignaeque in eo suae majestatis factae resolutioni ex aequo adcommodantes, templum parochiale simul cum ejus pertinentiis et parochia in oppido Samaria vocato et comitatu posoniensi existente habitum, auctoritate nobis vigore praesentis commissionis per praelibatam suam majestatem sacratissimam hac in parte adtributa, evangelicis, per quos ante disturbia possidebantur, remittendum et restituendum esse duximus atque determinavimus, prout et remittimus restituimusque nullius contradictione aut inhibitione seu quovis alio juridico remedio obstantibus, harum nostrarum vigore et testimonio mediante. Datum in oppido Tokay die 21. jul. anno 1646.. Ladislaus Hosszúthóty episcopus vaciensis. Andreas Kerekes, Caspar Pronyth. Joannes Törös. Stephanus Aszalay (Gamauf gyüjteményéből).

*) Hornyanszkynál i. m. 251. l.: Bockmajer.

lentino Sárosy anno 1660., mandantibus dominis Paulo et Francisco Eszterházy, libertates ademtae, templum demolitum fuit et quae alia injuriose patrata, scripta sunt in actis diaetae anni 1662. p. 116..

13) Szomolyán (Szmolenicz.)

Oppidi ecclesiae lutheranae pastorem, Stephanum Rády, protocollo superintendentiae hungaricae cis-danubianae anno 1615. inscriptum deprehendimus.

14) Spácza

Oppidum anno 1620. relictis sacris romano-catholicis Stephanum Clementis in pastorem suum ordinandum curavit in Szered; reliqua fata ecclesiae nos latent.

15) Stomfa.

Juris olim comitum Salm, quibus protegentibus seculo XVI. cum Gajár, Besztercze et aliis ad dominium Borostyánkő spectantibus locis libertatibus evangelicis gaudebat, initio seculi XVII. per administratores comitis Pálfy abrogata, cum aliis amplius nec commemorandis.

16) Szerdahely.

In insula Csallóköz, nationis hungaricae ecclesia sub finem seculi XVI. in lutheranam et calvinianam scissa; nostris post annum 1631. ademtum est templum, qui iterum, indulgente domino comite Pálfy, ex ruderibus cujusdam monasterii aliud aedificabant. Paulo post jussu ejusdem domini demolitum unum ex oratoriis; an nostrum vel calvinianorum? determinate cognoscere necdum licuit, utrumque autem privatum libertate sua.

17) Szered

Ad Vagum eo nomine felicissima ecclesia, quod per terrestrem dominum suum Bornemisza, tandem superintendentem, ad sacra evangelica perducta fuerit et quidem qua pastorem loci jam anno 1560., ut in tractatu de T e n t a t i o n e idem typis publicavit

supra citato. Stephanus Kürthy pastor et inspector ecclesiar garicarum anno 1613. hic mortuus est, cui surrogatus M Gönczy superintendens cum Joanne Sartorius slavorum Illustrissimo domino Adamo Thurzó a sacris nostris deficie 1635, jesuitae tyrnavienses, ejecto pastore, templum occup variis modis saeviebant. Sub diaeta anni 1647. excisa loca nendis aedificiis ecclesiasticis et pastor ecclesiae constitutu anno 1653. sequebatur Simon Sculteti; sed jesuitae modis ro impedimenta posuere libertatibus (vid. in actis diaetae an et 1661. p. 119.), neque amplius licuit cuiquam religione gelicam profiteri post decennalem persecutionem.

Sectio III.

De ecclesiis in pagis.

1) Szent-Ábrahám.

Circa annum 1616. mater ecclesia hungarica, ut su dentionale protocollum habet, tandem vicissitudinibus ad filia ad Mácséd accessit, ut infra occurret.

2) Apaj

Seu Opaj ad Szerdahely circa annum 1575. recepit cam doctrinam, ut notat Petrus Bornemisza in tractatu de tione p. 850. et anno 1661. usus exercitii eidem aderat, rum est ex notatis superintendentis Valentini Sárosy ex Ré est in comitatu jaurinensi, huc evocati. Hic pulsus ex Sze num in rétensi ecclesia exegit, anno 1662. redux ex com ejus ministerio status evangelici fruebantur, ad majth transivit.

3) Baka.

In insula Schütt, Alsó et Felsö, a temporibus refor conservavit exercitium religionis ad fatalem periodum div

*) Tollhiba Nicolaus helyett.

sub Leopoldo rege, ut notant acta diaetae anni 1681.. Speciale testimonium Lutheri fuisse, adest in protocollo superintendentiae hungaricae, in quo anno 1615. pastor ecclesiae Baka, Franciscus Balogh, legibus subscripsit; nescio, quo fato tandem ad calvinianos recessit ecclesia.

4) **Bár** (Felső-Bár et Alsó-Bár,)

In praefata insula juris illustris familiae Istvánfy. Mortuo Nicolao Istvánfy, celebri patriae rerum scriptore, qui repurgationi religionis impedimenta ponebat, labente solum seculo XVI. admisit ecclesia nostros docentes, ex quibus anno 1613. Joannes Dianovics superintendenti nostro, domino Gönczy de Pálháza, obedientiam subscripsit. Templum circa annum 1630. jure dominali ademtum esse observant acta diaetae anni 1647..

5) **Beszteroze** (Biszternicz.)

In dominio Borostyánkő, possessio inter primas, quae puriorem doctrinam facile admittebant. Anno 1570. habuit pastorem Paulum pannonium Sobach, Vittebergae per dominum Videbrandum die 20. sept. ordinatum, propugnatorem fidei christianae satis clarum. In actis diaetae anni 1619. legitur qu erela contra dominum Martinum Móricz, qui hortos et prata, ex quibus templum restaurabatur, ademerat; paulo post comites Pálfy et ecclesiam nostram cassabant.

6) **Brestovány**

Utrumque lutheranam habuisse ecclesiam extra dubium locat protocollon ordinatorum per superintendentem Wagner, in quo ad annum 1648. d. 3. apr. ordinatus ad hos reverendus Andreas Urbanovics, Felső Drietomae Joannis Urbanovics ministri filius, descri ptus cernitur.

7) **Csataj** (Schat ajna.)

Juris civitatis S. Georgii praeterito seculo germanos habuit incolas, ecclesia quoque adhuc in visitatione anni 1613. germanica adpellatur. Et anno 1653. die 21. febr. per superintendentem domi-

num Tarnóczy visitata est. Tandem anno 1673. templum, proprio aere exstructum, ademtum jussu commissionis regiae. Pastor N. Teucher Basingae privatum hospitium delegerat, illinc manu militarí protractus, in arce Eberhard excruciatus atque in Moraviam captivus fuit abductus. Anno 1647. Pancratius Hummel ratisbonensis hujus minister, anno 1665. Georgius Sommerkorn modrensis, anno 1668. Udalricus Teucher, austriacus.

8) Csőlesztő.

Praeteriti seculi initio mater fuit, ut anno 1622. Joannes Molitoris, pastor hujus ecclesiae, in protocollo hungaricae superintendentiae scribit. Acta diaetae anni 1662. habent, dominos terrestres, Joannem et Georgium Lippay, amoto ministro, templum occupasse, plerosque ad sua sacra traxisse. Residui adhaerebant, ut adfiliati, matri vicinae Gúthor.

9) Deáki.

Ut omnes, superintendente Bornemisza existente, hungaricae ecclesiae lutheranam acceptaverant doctrinam in hoc comitatu, ita adhaerebat haec ei quoque. Initio praecedentis seculi recessit ad calvinianos. Fata talis habent acta diaetae anni 1647. et 1662. p. 119..

10) Diószegh.

Amplissima ecclesia lutherana nationis hungaricae. Usum ei adfuisse liberi religionis exercitii, acta visitationis et protocollon superintendentiae hungaricae frequenter docent. Anno 1621. die 14. dec. Szeredini in synodo Stephanus Vizkelety pastor ejus ordinatus fuit. Circa annum 1630. exercitii libertate spoliata, ut legimus in actis diaetae anni 1647..

11) Jakubova (Jakabfalva,)

Antea dominorum Balassa in dominio Detrekő; horum jussu circa annum 1626. amisit usum liberi religionis exercitii.

12) Jóka.

Cum vicinis locis, quae postea Calvinum secuta sunt, per celebrem Demetrium Sibolthi, a superintendente domino Bornemisza exmissum, tandem tyrnaviensem pastorem, anno 1574. ad agnitionem veritatis perducta est.

13) Guráb (Weiszgrob.)

Tót-Guráb ante seculum hungaricae nationis ecclesia, ut eam describit in actis visitationis superintendens Tobias Brunczvik ad annum 1628.. Docuit hic ecclesiam anno 1615. Casparus Szeredy, anno 1620. Michael Tomasovics.

14) Német-Guráb

Cum Horváth-Guráb. Prior, quoad incolas germanos habuisset, matri Csataj adhaerebat; tandem unita cum Horváth vexabatur, sed anno 1647. sub pastore Thoma Tessényi reposita in libertatem, qua fruebatur ad annum 1673., quo templum jussu delegati judicii posoniensis occupatum fuit. Tolerantiae beneficio Német-Guráb accepit exercitium, cui praeest Daniel Mumhard.

15) Gúthor.

In insula Schütt, in summa pace diu exstitit, utpote ad annum 1673., quo etiam in filiali Sülly templis occupatis, libertas ecclesiae periclitabatur. Jam quidem anno 1655. in dia eta regni clerus querelam adduxerat, illegitime factum esse, quod anno 1647. templum cum omnibus proventibus in Sülly restitutum fuerit, dum pauci jam ibidem fuerint lutherani; vicit tamen usus legalis porroque continuatus ad tempus excidii. Ad Vajkam archiepiscopalem pertinebat Sülly ante reformationem admissam, quare semper eidem inhiabant plebani vajkenses. Anno 1633. hic pastor fuit Joannes Mihalacz, anno 1647. Laurentius Faragó.

16) Haszprunka.

In ditione Detrekő, circa annum 1626. libertates religionis amisit jussu dominii.

17) **Hodos.**

In insula Csallóköz prope Szerdahely ab initiis reformationis lutherana; anno 1625. superintendentem Brunczvik Joannem Janko ministrum pro eadem ordinasse perhibent protocolla. Tandem recessit ad calvinianos et post annum 1721. usu privata est.

18) **Jányok** (Janika.)

Alsó et Felső, nationis hungaricae ecclesia prope Eberhard. Lutheranam ad tempóra ademtionis fuisse vel ex testimonio pastoris ejus, Michaelis Claudiopolitani, qui anno 1616. legibus superintendentiae in protocollo subscriptus adest, est clarissimum.

19) **Keresztúr.**

Versus comitatum nitriensem, quare et ecclesia galgócziensi fraternitati incorporata fuit. In visitatione anni 1613. cum filiali Farkashída ut proxima ad Súr describitur. In utroque pago templa posuerant, sed ademta esse jam acta diaetae anni 1647. p. 39. adnotatum continent. Comitis Eszterházy jussu illis adversa fata illa evenerant. Idem dicendum habemus de

20) **Kajal,**

Cujus pastor anno 1648. in protocollo scriptus adest; plura fata ignoramus.

21) **Kürth** (Csallóközi Kürth.)

Itidem nationis hungaricae ecclesia, cujus anno 1615. Michael Stephanides minister legibus superintendentiae in protocollo subscripsit. Post anno 1630. jussu domini terrestris occupatam observamus ex actis diaetae anni 1647., et in diaeta quidem anno 1655. instabant pro exscindendo loco-oratorii, quod dum non licuit consequi, magis adfligebantur.

22) **Kürth** (Hidas-Kürth.)

Diversa a priori, aeque hungarica nostra ecclesia, quae anno 1613. Thomam Panda per superintendentem reverendissimum Gön-

czy ordinatum accipiebat ministrum. In visitatione anni 1628. superintendens eam Nagy-Kürth vocat. Magnificus Stephanus Balogh ademerat templum, quod anno 1647. restitutum fuit; zelus praefati domini paulo post iterum reoccupavit. Idem fecit in filiali Kürth-Nyék dicta.

23) Láb.

Possessio in districtu malacskensi, jam anno 1570. publici exercitii religionis usum habuit. Dominus Joannes Móricz, Pauli eremitae vicarius, anno 1616. templum hic ademit, quod in actis diaetae anni 1619. expositum invenimus. Reliqua fata ecclesiae ignota nobis.

24) Limpach.

Initio seculi XVII. ad Grinaviam ut filia accedebat. Jubente comite Pálfy et matris et filiae templa occupata circa annum 1636. Sub diaeta anni 1647. haec accepit templum redditum juraque matris, prior ut filia adhaesit, amissis suis libertatibus. Matricula ecclesiae Limpach inchoata anno 1648., continuata ad annum 1671., quam pastor et parochus limpachensis Joannes Christianus Müller scribere coepit, superest. Grinaviensibus vexationibus attenuatis, plerisque etiam a religione abductis, haec tenuis vix alendo ministro suffecisset, nisi multis molis dotata olim exstitisset atque in domina Eusebia Sabina Poczdaczky, nata comitissa Kaunicz, maxime liberalem fautricem ad annum 1657. habuisset. Saepe vexata, ut legimus in actis diaetae anni 1655., oppressa anno 1673.; spiritum resumere voluit et anno 1708. in regni comitiis libertatis usum reddendum petiit, quod dum non obtinuisset, basingensi ecclesiae adhaesit ut filia *).

25) Nagy-Mácséd.

Possessionis incolas hungaros a superintendente reverendissimo Bornemisza accepisse primum purioris doctrinae docentem scribit praefatus superintendens in tractatu de Tentatione diaboli p. 803. his verbis: „Anno 1577. vala egy oskola mesterem

*) Korunkban megint anyagyülekezet.

Letheney Pál, kit azután lelki pásztorságra hivá és kibocsátám Mácsédra és több igen megvakult falukra.“ Anno 1614. Nicolaus Hollósy ecclesiae praefuit. Proventus ecclesiae descriptos in protocollo reliquit superintendens Brunczvik. Circa annum 1632. per domi nos loci ademtum templum anno 1647. redditum fuit, mox iterum jussu comitis Francisci Eszterházy occupatum, ut diaetae anni 1662. acta continent. Filialis Szent-Ábrahám, cui sacellum inerat, eadem fata, dum fuerit illius dominii, pertulit.

26) **Majthény**

Seu Majczikov diutius aliis, ab anno 1564. ad annum 1673. in usu religionis quieta. Anno 1615. Stephanum Sághy, anno 1616. Georgium Rastocanum, anno 1625. Andream Fabricium, anno 1632. Michaelem Prileszky, anno 1662. Valentinum Sárosy, superintendentem hungarorum apud nostros celebrem, qui officio ad annum 1660. hic fungebatur, tandem Basingam in locum privatum recessit, habuit pastores, ecclesia autem decennali persecutione oppressa.

27) **Mischdorf** (Miserd).

Cum filiali Torcs in Csallóköz ad Samariam germanica ecclesia, anno 1613. per superintendentem Abrahamidem in visitationi actis cum suis proventibus descripta superest. Anno 1647. Davi Kilger, anno 1652. Michael Beyer pastor fuit. Circa annum 166(licet templum in fundo dominorum Kerekes evangelicorum situr habuerint, tamen nimia severitate adhibita per reverendissimum a illustrissimum cancellarium regni ademtum, ut fuse expositum oc currit in actis diaetae 1662. f. 117, *)

28) **Páka.**

Ecclesia hungarica, specificata in hungaricae superintender tiae protocollo adest, alia fata ignoramus.

29) **Pernek.**

Possessio antea juris dominorum Balassa, inde cura domi Melchioris Balassa mature repurgatam doctrinam recepit. Patronu

*) Most szintén anyagyülekezet.

etiam pastori colonicalem sessionem donavit, quae anno etiam 13. sub visitatione superintendentis Abrahamidis in usu pastori t. Ecclesia haec szeniczensi contubernio incorporata, habuit filias más, et Konyha seu Kuchine.

30) **Pruck** (Bruck.)

In insula Csallóköz, initio praecedentis seculi germanica ecsia, ut describit eam superintendens in visitatione anni 1613. p. . Jussu comitis Eszterházy anno 1660. incolae hujus possessios, vi armata templo occupato pastoreque ejecto, variis adflictiom generibus ad religionis mutationem pertracti sunt, quod fusius as in actis diaetae anni 1662.. Anno 1617. Bartholomaeum Dotus, anno 1639. Georgium Michaelis, anno 1641. Jacobum Steger, anno 1643. Joannem Heutman, anno 1651. habuit pastorem Georgium Burger, qui typis ulmensibus edidit librum Cathea templi Ezechielis inscriptum. Huic successit anno 1652. larius Ernestus Binner, pastor postea Tyrnaviae.

31) **Puszta-Födémes.**

Per 26. articulum diaetae anni 1681. in hoc comitatu articuis ecclesia hungarico-slavica ad tempora tolerantiae Josephi II. fugium multorum dissitorum in comitatu evangelicorum. Diffiration, postquam pro articulari defixa fuisset, ordinari potuit; restres namque domini locum exscindere nolebant, tandem aere tum evangelici aedificiis providebant.

32) **Puszta-Vezekény.**

Prope Tallos seu Tanlos, cujus templum lanio quidam proris sumtibus aedificaverat. Anno 1616. proprium habuit ministrum nnem Baranyik, ut subscriptum lego in legibus superintendene hungaricae cis-danubianae. Fatis adversis adflicta saepe ut a matri Szelpicz adhaesit; iterum resumto exercitio ad annum iversalis persecutionis perstitit. Anno 1668. Joannem Glovinsky r superintendentem dominum Tarnóczy ordinatum pastorem buit.

33) **Remete.**

In insula Schütt. Pastor ejus anno 1615. Nicolaus Udvar notarius superintendentiae hungaricae, in protocollo p. 48. occurr

34) **Rosenthal** (Rosindol, Vallis Rosarum).

Antea germanica ecclesia, quam anno 1613. Martinus Krui holcz pastor docuit. Circa annum 1630. dominium oppressit libe tates exercitii religionis nostrae.

35) **Szeli** (Felső, Salib).

Celebris ecclesia ad ripam Danubii nationis hungaricae. Ann 1610. nomine fraternitatis ad synodum solnensem pastor ejus Joan nes Zubenicius missus est. Duas hic synodos celebratas fuisse obser vo; alteram anno 1614. sub praesidio superintendentis Nicolai Gönczy, existente pastore Petro Pápay; alteram sub superinten dente Brunczvik anno 1622. die 26. aug. Sub disturbiis bellici amiserat templum propriis sumtibus aedificatum, mox anno 1647 redditum; sed non quievit comes Nicolaus Eszterházy, quoad illu anno 1660. occupavit. Resumebant saepe adflicti incolae exercitiu suae religionis, verum ut erant tempora, brevi cum usu, quoad tolerantiae augusti Josephi II. libertate donati, anno 1784. orat rium aedificarunt, inauguratum dominica III. adventus per reverer dum Michaelem Institoris posoniensem et loci, Joannem Szücs, m nistros.

36) **Szeli** (Felső*)).

Anno 1557. ludimagister szeliensis, Petrus Sümeginus, ob re ligionem in vincula archiepiscopi Olahi delatus, scripsit ad senatur posoniensem libellum contribulationis, dignum typis, ut observa venerabilis Crúdy in Jure ecclesiastico §. 72.. Postea eccle siae sub sequentibus seculi XVII. annis constans exercitium fuit ut ad praecedentem ecclesiam (nro 35.) addidimus. Nostra aetat separata a Felső-Szeli, anno 1785. induxit ministrum Viszkidenszky

*) Bizonyosan tollhiba Alsó helyett.

37) **Szelpicz** (Felső Szelpe).

Hungarica ecclesia, ut eam describit in visitatione anni 1628. superintendens hungarorum, dominus Brunczvik. Perstitit felix ad annum 1660., quo cum filiabus Szeli et Vezekény templis privata est per dominum comitem Franciscum Eszterházy.

38) **Szegh** (Nagy et Kis).

Sub saepe dictae hungaricae superintendentiae subordinatione ecclesia anno 1628. in visitationis protocollo descripta est. Cum tallosiensi iisdem fatis obnoxia, sub persecutione comitis Eszterházy altera vice anno 1659. libertatibus privata. Georgius Nyüky pastor ejus legibus subscriptus est.

39) **Szolosznicza** (Széleskut, Breitenbrun)

Ecclesia jam per dominum Balassa nostris ecclesiis adnumerata, multis vicinis auxilio fuit in recipienda reformatione. Celebris superintendens hungaricus Bornemisza, aulae concionator in Blasenstein, in Rárbok habitatione donatus typographia multum his partibus profuit. Post Stanislaus Mokoschinus. In visitatione anni 1612. superintendens Abrahamides ecclesiae hujus slavicae proventus descripsit. Mox circa annum 1615. ramo familiae Balassa deflectente ad romano-catholicos haec ecclesia persecutione est oppressa, ut legimus in actis diaetae anni 1647. p. 21..

40) **Súrovoze** (Nagy-Súr.)

Cum Kis-Súr et aliis filiabus constituebat slavicam ecclesiam, multitudine nobilium divitem, quorum dominus Joannes Boronkay, Valentinus Berencsey et Stephanus Burjan prius agris templi, tandem et templo circa annum 1645. spoliabant incolas aliosque compossessores. Hi in diaeta anni 1655., quod de jure competebat, expetebant assignandum locum pro oratorio et aliis ecclesiasticis aedificiis, in vanum tamen. Ecclesia haec fraternitati galgóczensi incorporata fuit.

41) Tallós.

Ecclesia hungarica cum Eperjes filia per Paulum Letheney, quem superintendens Bornemisza ordinabat ad hanc, Mácséd et alias a superstitionibus repurgandas, illuminata anno 1577. felix perstitit, anno 1613. Laurentio Faragó ministro; anno 1628. per superintendentem Brunczvik visitata fuit. Turbatus et hic usus templi anno 1647. iterum stabilitus est; institit tamen coeptis comes Franciscus Eszterházy, anno 1660. hos quoque oppressit.

42) Taksony.

Ejusdem dominii, ejusdem sortis cum Tallós, anno 1615. Nicolaus Castriferreus, anno 1625. Joannes Fabricius ejus pastores hungarici; sub finem anni 1660. comitis praefati vidua templo occupato, ejecit ministrum.

43) Vizkelet.

Sub protectione celebris familiae Vizkelety evangelico-hungarica ecclesia cum filialibus, quae singulae oratoria habebant, utpote: Hegy, Kosolna et Kossuth, ut eas describit superintendens Brunczvik in visitatione anni 1628., quo fuit pastor Martinus Sütty. Sub motibus bellicis occupata templa, sed auctoritate diaetae anni 1647. iterum stabilitus usus. Intentabant romano-catholici in diaeta anni 1655. parochiam et scholam revindicare, exercitio tamen religionis nostri anno nonnisi 1673. privati sunt. Ex dominis Vizkelety patronus praecipuus fuit Michael, qui anno 1618. Georgii Thurzó filiam Mariam duxerat.

44) Zavar.

Schavaron, nationis hungaricae ecclesia, innexa galgócziensi fraternitati ob vicinitatem, ut et Keresztúr ei proxima. In visitatione superintendentionali anni 1612. adscripta eidem adest filia Lovcsisz (?). Anno 1618. Jonas Fábri pastor ordinatus huc. Anno 1629. Nicolaus Cyranius in visitatione superintendentionali, etiam in praesentia sui senioris, calvinianismi accusatus, purgare se debuit. Mox

anno 1636. per dominos terrestres omni usu exercitii religionis privata est, ut legimus in actis diaetae anni 1647..

45) Zámoly.

In insula Schütt, cujus pastor, Andreas Laczky, in Indice ordinatorum occurrit ad annum 1647., plura eruderabunt alii.

VII.

COMITATUS BARSCHIENSIS.

Pars generalis.

§. 1. A montanis vicinis civitatibus, jam anno 1534. publice sacra lutherana profitentibus, lux evangelii per integrum comitatum ifluxit mature. Post cladem mohácsiensem haec quoque ora, continuis oppressionibus turcarum devastata, durissimas pertulit vicissitudines, in quibus dum solatia majora nulla haberet, praeter evangelica, lubens suscipiebat doctores horum, praesertim regnante defectu cleri romano-catholici. Initia quidem lutheranismi, si demas Cremnicium, scripta literis necdum legere licuit; incrementum illius jam anno 1540. adfuisse multa innuunt. Ipsi supremi comitatus comites, Gabriel Cheh de Léva anno 1543., Melchior Balassa, qui consortem prioris duxit in uxorem, anno 1550., Emericus Telekesy anno 1560., Stephanus Dobó de Ruszka, teste Petro Bornemisza in libris in descripto jam comitatu posoniensi citatis, fuerant evangelici. Magnificos Forgács, itidem partium harum dominos, Géczy, Kosztolányi, Bossányi in superioribus comitatibus induximus; addere liceat illustrissimos dominos Dóczy de Nagy-Lúcse, possessores hic magnos, praesertim Gabrielem, cujus laudes scripserunt in Indic. Vitteb. ordín. hungari, inter quos anno 1582. Jacobus Spiegler carponensis, filiorum ejus informator. Horum exemplo, qui a cladibus turcicis supererant terrestres domini, nulli negligebant auxilio prodesse plebi in sustentandis ecclesiis et ministris, maxime autem faciebant id civitates montanae *), qu ibus se nexu societati

*) In comitatu honthensi initia reformationis documentis illustrata sunt, hic singulare id addendum est, ab anno 1554. ultra seculum romano

fraternae conjunxerant pleraeque ecclesiae, imo confessionem etiam septem montanarum civitatum pro norma, directionis causa assumebant. Illustrabuntur haec in genere dicta de seculi XVI. fatis illis, quae sequentur, plura namque adhibito licet diligenti studio eruderare non licuit, dum neque posterioris seculi protocolla ecclesiastica indagare contingat.

§. 2. Dum turcae provinciam hanc potiorí ex parte tributo suo subjectam vexant, evangelicae religionis decus undiquaque auctum fuit, maxime postquam rex et regnum lege anni 1608. eidem libertatem confirmassent. In procurandis et stabiliendis fatis secundis intenti fuerant status regni, harum partium domini, praesertim magnifici Stephanus Dóczy et Seifried Kolonics, dominii Léva, quod in pignore habuit, possessor, rei evangelicae defensor maximus *). Stabilem et firmum administrandae ecclesiae ordinem ac ceperant anno 1610. in synodo solnensi, ad quam Casparum Fabric pastorem oszlanensem et seniorem fraternitatis suae ablegaverant Decrevit eadem synodus, comitatus hujus ecclesiae cum posoniensibus et nitriensibus eidem subsint superintendenti, speciatim germani habeant simul inspectorem, qui tum deligebatur Simon Heuchelin pastor posoniensis; hungaricae itidem suum, utpote Stephanum Kürthy pastorem szerediensem, de quorum munere jam actum est in comitatu posoniensi. Posterioris constitutio ad instantiam hungarorum immutata est, qui proprium deligebant superintendentem unde subsequentibus annis pro diversitate nationis regimen ecclesiarum inter duos superintendentes subdivisis ecclesiis summo cum consensu administratum fuit. Feritatem turcicam extimescentes superintendentes rarius has ecclesias visitare poterant. Plurimum pe seniores necessitatibus earum providebant. Exstant quidem act quindecim visitationis ecclesiarum, anno 1613. per reverendissimum

catholicos nullum habuisse in montanis templum, qualem querelam illi ad posuerunt in actis diaetae anni 1647. p. 27..

*) Nicolaus Gönczy, pastor ecclesiae hungaricae levensis et superintendens cis Danubium in libro de sacra domini coena anno 1613. in Keresztúr typis edito laudes ejus adfert in dedicatione, quam inscripsit: „Az Tekintetes és Nagyságos Sejfrid Kollonicsnak, szentölt vitéz urnak, Purckschleinicznak, Jedenspornak, Lévárdnak örökös és Lévának zálogos urnak az felséges II. Mátyás római császárnak, Magyar és Csehország koronás királyunk hadakozó Tanácsának, Komornyiának etc.“ Pluribus de hujus zelo in religione actum in comitatu posoniensi.

superintendentem Isacum Abrahamides inchoata atque per successores continuata, quorum testimonio hic nitemur.

§. 3. Armis caesaris ab adflictionibus mahomedanorum aliquamdiu sublevatos comitatus hujus incolas evangelicos mox studium dilatandorum sacerdotalium jurium magna contentione insequebatur. Dominus Ladislaus Pethő, supremus comes barschiensis et praefectus camerae in bonis fisci regii ab anno 1615. subditos in religionis exercitio turbabat. Archiepiscopus strigoniensis, cui ampla hic obtigerunt dominia, ab anno 1618. non exiguas oppressiones evangelicis in Sancta Cruce, Salló, Kapronca, et locis aliis inferebat. Patres jesuitae ab anno 1630. in dominio levensi *), illustrissima domina Elisabetha Bánfy, Catharina Pálfy in suis ditionibus plerasque, ut serius occurrent, adimebant ecclesias, tandem vi legum regni anno 1647. quasdam reddere debebant, in aliis loca pro oratoriis adsignanda promiserant. In dies evangelici in hoc comitatu degentes magis adflicti fuere, decima sedecimaque ita dicta ubique nostris denegata, imo et ad ceremonias in plerisque locis religioni ipsorum contrarias compellebantur, ut gravamen legimus in actis diaetae anni 1655.. Exemplo majorum relicto jam anno 1613. dominus Andreas Dóczy, anno 1640. magnificus dominus Melchior Dóczy etiam nostros persequebantur; majori impetu idem perficiebat comes Pálfy in dominio Oszlán et magnifica domina Héderváry in ditione sua; quae supererant ecclesiae, quatuordecim circiter numero, illarum singulas mandato delegati judicii posoniensis 1673. dux Collalto armata manu, assistentibus jesuitis, pulsis pastoribus, adimebat, ut infra occurrent. Post tristissimam decennalem desolationem evangelicj per leges regni anno 1681. duas assignatas accipiebant hic ecclesias, in Simonyi et Szelezsény. Prioris loci circa annum 1734. Carolus VI. transtulit ad Nemes-Kosztolány, familiae hujus habita ratione. Sub disturbiis seculi praecedentis fine et hujus initio receperant quidem nostri plerasque ecclesias et in comitiis anni 1708. adminus totidem loca pro oratoriis aedificandis implorabant, sed devicti tristes recedere debebant, imo et in exercitio in

*) Vid. Kazy Historia universitatis tyrnaviensis p. 246. ubi: „Patres“ inquit, "ministro lutherano tumulato, in omnem gerendae occasionem intenti, templum parochiale juris sui faciunt " Messis illa, levensis dicta, rei militiae in illa regione praefecti, magnifici domini Nicolai Forgács, auxilio plurima in his oris adtulit damna.

praefatis locis duobus vexabantur frequentissime. Ultimo praesid etiam levensis libertas exercitii religionis anno 1718. die 20. de emanato regio mandato sufferebatur, quod factum quantam injuriar invexit, in actis commissionis pestiensis anno 1722. nostri ostende bant. Reliquias evangelicorum levensium anno 1740. provisor do minii adgrediebatur, causa religionis divexabat carceribus, atqu pro libidine tractabat plerosque, quoad defecissent*). Ad magnam paucitatem, ut loqui placet, reducti evangelici in hoc comitatu, etiam sub gratiosa Josephi II. tolerantia unam nonnisi renovarunt ecclesiam.

§. 4. Sacrae directiones. Ecclesiarum comitatus hujus fata seculi sexti decimi penitus ignoramus ob defectum documento rum. De liberis regiis civitatibus, Cremnicio et Ujbánya, ex consti tutionibus anno 1577. in congregatione cremniciensi definitis**) est evidens, has in societatem seu fraternitatem sex montanarum civita tum, de qua in honthensi comitatu uberius, coaluisse et anno 1580. iterum confirmatis legibus conformiter in sacris juribus administra tas fuisse ad annum 1706.. quo fraternitati barschiensi adjungeban tur atque in nexu perdurabant, quoad tali libertate male vindicat uti licuit. Accedebant congregationi pastorum montanarum civita tum et alii ex comitatibus vicinis; idem non neglexisse et barsch enses reor. Initio seculi septimi et decimi barschienses ecclesias h buisse subordinationem illinc certissimum est, quod ad synodu solnensem pastor oszlanensis, senior venerabilis fraternitatis, co cludendi auctoritate sibi data, anno 1610. comparuerit. Excipieba hunc in senioratu ecclesiarum, quos eruderare licuit, anno 162 Joannes Simonides pastor oszlanensis, ab anno 1641. Michael S toris, anno 1646.—1660. Georgius Grossman pastor oszlanens anno 1690. Matthias Sabatitius pastor kameneczensis, anno 17(Andreas Richter pastor ujbányensis. Post separationem hungaric rum ecclesiarum, ut dictum superius, enata est hic et alia fraterı tas barschino-nagy-honthensis ex puris hungaricis hujus et nag honthensis comitatus ecclesiis, cui anno 1613. in synodo sempter praepositus fuit senior Nicolaus Marikius, pastor levensis ecclesi et aulae; reliquos ignoramus. Fraternitatum harum ecclesiae protocollis superintendentiae hac serie occurrunt.

*) 1845-ben föléledt a gyülekezet.

**) Vid. cel. Ribiny l. c. p. I. p. 509., 199..

Fraternitas barschiensis alias oszlanensis

Dicta habebat ecclesias: Kamenecz, Kis-Tapolcsány, Uhrovecz (Ugrócz), Simonyi, Brogyán, Hlinik (Geletnek), Zdánya, Kosztolány, Szelezsény, Moravcze, Nová vesz (Ujfalu), Kosichi (?), Zsarnócza, Hosztye (Vendègh) in comitatu nitriensi.

Fraternitas barschino-honthensis.

Et quidem in barschiensi: Léva, Vezekény, Nagy-Keresztyén, Aranyos-Maróth, Keresztúr, Nagy-Salló etc.; in nagy-honthensi: Báth, Felső (Füzes?) Gyarmath, Dalmad, Kemencze, Ölved, Szakállas, Szalatnya, Szemeréd, Terény, Tölgyes etc.. Pleraeque in civilibus juribus cremniciensi civitati subjectae possessiones parebant etiam in ecclesiasticis pastori primario civitatis, ut dabimus easdem infra.

Post decennalem persecutionem et restrictionem ecclesiarum hoc seculo factam adhaerent evangelicae ecclesiae hujates ordini in senioratu nagy-honthensi recepto. Nostra aetate cum strigoniensibus coaluerunt in senioratum, delecto in seniorem pastore cremniciensi Joanne Christophoro Anders.

§. 5. Armis potius quam literis intentos esse oportuit harum partium per turcas adflictarum incolas. Quaedam loca in genere inferiori literas suis in scholis porro tradendas admittebantur. Institutum scholae majoris una civitas cremniciensis alebat statim ab initiis reformationis suae, sub cel. rectore Christophoro Schröder. Reliquos, ut evolvere licuit, sic introducimus: anno 1566. Leonhardus Staudenherz, M. Nicolaus Gebelius, anno 1615. Michael Sponsus, anno 1617. Michael Joachimus Nantikovius, Petrus Dubraviczenus, M. D. Zipser, M. Petrus Leonhardi, Casparus Leugner, M. Matthias Raksányi, anno 1670. Daniel Parschitius, M. Joannes Büringer, Daniel Heinselius, Joannes Major, Andreas Corvinus, Jacobus Schnaus, anno 1723. Georgius Sartorius. Addas his, quae habentur in clar. Ribiny Memorab. p. II. p. 139., 393., nobis progrediendum, ad fata ecclesiarum recensenda brevissime.

In sermonibus funebribus slavicis Georgio Melczelio, per Danielem Malatides, ecclesiae trenchiniensis diaconum, 1658. et ejusdem filiolo Georgio, per Samuelem Chalupka, pastorem trenchini-

ensem, 1659. habitis, ad finem adjunctis elegiis latinis subscriptus habetur: „Joannes Melczelius neotesinio-moravus, sch. Cremnicii conrector.“

Pars specialis

Sectio I.

De ecclesiis in liberis regiisque civitatibus.

1) Cremnicium.

Ut est montanarum civitatum princeps, ita amplior semper fuit ardor civium ejus in religionis purioris exercitio. Repurgatae doctrinae cognitionis principia urbi intulit discipulus divi Lutheri Joannes Kreslinus, qui mox archiepiscopi strigoniensis, Pauli Várda jussu citatus Strigonium, incarceratus fuit. Paulo post M. Paulus Scheider, cremniciensis scholae rector, tandem notarius, quo adnitente circa annum 1531. Cassoviae sacellanus Achatius reformationem promovit*). Anno 1560. igne exusti utrumque templum satis magno sumtu lutherani restaurabant, pastoribus existentibus Ulrico Cubiculario et anno 1563. Erasmo Sebaldo, patria cremniciensi. Synodi frequenter hic celebratae praeclarique ecclesiae pastores, ex quibus anno 1569. Valentinus Melczer, in arcis templo anno 1626. sepultus, anno 1606. M. Michael Nantikovius, anno 1620. Joannes Lazitius, anno 1635. Michael Krum, anno 1666. Theod. Pinner, in montanis celeberrimi, ecclesiae celebritatem conciliabant. Seculum integrum in maxima pace religionis exegit ecclesia haec, romano-catholicis, qui pisetariorum officiis fungebantur, privata in domo sacra celebrantibus; anno 1673. tandem persecutionis ardor initia malorum seminabat, imo libertatibus evangelicorum exscindendis penitus fuit intentus; conf. Ludovici Lucii pastoris cremniciensis Violentam in Hungaria persecutionem, scriptam anno

*) Huic cum Christophoro Schröder, anabaptistarum deliriis imbuto, ad meliora reducendo, multum laboris fuit, sed in vanum suscepti. Mox Cremnicio recessit Schröder Cibinium illincque manuscriptam diploidem, qua rodebat Achatium, submisit anno 1534.

3.. Cum manu croatarum comite Collalto in possessionibus urbis s templa adimente, reverendissimus archiepiscopus dominus rgius Szelepcsényi senatum cremniciensem, sub praetextu re-ionis, ad jus Posonium citari curavit, ad duo templa intra moe- tradenda adegit, xenodochiali eis relicto, quod tum anno 1674. st subsecutam generalem citationem ministrorum per Ignatium lath plebanum occupatum est, ministri autem Joannes Georgius raff et Mich. Schön*) exules, Solnae capti, ad arcem Lietava vecti, diu exati, nonnisi exsolutis ducentis thaleris in exilium missi sunt. Sup-licabant cives, dandam sibi facultatem alios inducendi, sed eam nno 1681. solum accepto indultu pro aedificando templo obtine-bant, quo parato anno 1682. 30. maji germanica publica sacra per Augustinum Lerche, Vratislavia adductum pastorem, et 2. sept. per reverendum Danielem Reguli slavica sacra inchoata fuere. Commis-sione regia iterum anno 1693., 1703. et 1707. divexati evangelici d unum praedicantem restringebantur, quae mala manebant eos tiam post annum 1709., quo slavicus pastor Joannes Major pulsus, lteri ministro locus in suburbio assignatus in Historia diplo-ica regni Hungariae descripta adsunt. Adflictiones aetatis ecentioris ex intimatis regiis suppleant, quibus libet. Ex his id ma-ime dignum memoria civitatem hanc anno 1749. accepisse potesta-em duos iterum pastores evangelicos intertenendi **).

2) **Regiomontum** (Königsberg. Ujbánya).

Ditissimis auri venis evanescentibus diligens fuit in cultu pu-ioris religionis. Anno 1569. Thomas Petrovics, pastor ecclesiae, dest subscriptus confessioni civitatum montanarum et eodem ibi xistente diaconus Michael Szenensis anno 1580.. Post devastatio-em tartaricam anni 1664. 17. maji, qua enecati plerique, inter eos astor Stephanus Ilgo, insederant urbem slavi ex pagis eo migran-es, qui utrumque possidebant templum; xenodochiale addito ei ultu frequentabant in perpetua pace ad annum 1673., docente eos

*) Hornyanszkynál i. m. 102. l.: Rhöen; de hibásan. L. Burius: Ii-a e Pozsony, 1864. 13. l..

**) E czikk végén más kéz által ez áll: „Andreas Veringer 1590. astor Cremnicii, inde 1595. ad Velsperg in Austriam transivit. Vide Valdau eschichte der Protestanten in Oesterreich p. 574..

reverendo Samuele Nicleczi. Hic per illustrissimum comitem Collalto pulsus et templa cum cunctis ad eadem pertinentibus occupata sunt. Anno 1681. civitates regiae quaedam redditam accipiebant libertatem; haec licet talis fuerit, tali privabatur; resumebat eandem sub disturbiis, anno 1704. ordinatum reverendum Andream Richter inducendo ministrum; usus is subito cessare debuit subsequentibus ob religionem variis vexis, quoad potior pars civium romano-catholica sacra sequeretur, residui affiliati sunt hodie ad Bakabányam.

Sectio II.

De ecclesiis in oppidis.

1) Oszlán.

Heredium praenobilis familiae Ghyczy de Assa-Kürth, ex qua praesertim dominus Stephanus Ghyczy medio seculi sexti et decimi sacras res evangelicorum diligenter etiam in hoc oppido promovit. Felici cursu omnium animos adiit vox evangelii mature eoque perduxit oppidanos, ut scholam etiam aluerint propriis sumtibus, ex qua Martinus Holéczius, circa annum 1573. bolessoviensium pastor et Martinus Felicis anno 1590. etiam in patria acceptus doctor, prodibant, ut hi in vita sua in Indice Vitteb. ordin. memoriae commendarunt. Tandem oppidum jure pignoris pervenit ad comites magnificos Pálfy, quibus disponentibus sedecimae oppidi simul cum aliis proventibus ad ecclesiam pertinentibus circa annum 1638. occupatae sunt et sic ecclesia turbari coepit in pace sua, ut legimus in actis diaetae anni 1647. p. 19.. Eodem jure dominii, ut ajunt, anno 1660. ex eadem familia regni cancellarius templum etiam cum parochia et schola, universis denique proventibus, medio officialium, qui per fenestram quandam templum intrabant cum satrapis, templum occupandum curavit et res ecclesiae ejus, ut et vicinarum ecclesiarum per vim ablatae sunt. Conf. acta diaetae anni 1662. fol 120.. Filialis hujus fuit Felfalu et Csalmova (Nyitraszeg), quae oratorium habuit. Ex pastoribus sunt digni memoria Casparus Fabricius, Augustinus Miklian, Daniel Zsáry et Georgius Grossman, senior contubernii tandem anno 1661. exul.

2) Sancta Crux.

Certum est oppidum juris archiepiscopi strigoniensis veritam evangelicam tenuisse ad initium seculi superioris, et quidem exercitio religionis libero. Pastores quidem ecclesiae ob defemm protocolli nominare nequeo. Rectores scholae duos ex seculo sto et decimo hos indagavi in Indice ord. vitteb., utpote: ndream Schorman kosensem, qui scholae S. Crucis, redux ex vralaviensi gymnasio, per triennium praefuit, tandem ad pastoratum cuto-Prónam vocatus, anno 1581. 6. maji Vittebergae ordinatus t; et Michaelem Péntekium zdanyensem, S. Crucis ad fluvium anum scholae praefectum, qui tandem Vittebergae studiis confiatis per Timotheum Lovcsányi, pastorem ecclesiae zoliensis, pro cono delectus anno 1600. 16. apr. munus suscepit. Interitum ecesiae lutheranae jus dominii induxit; hodie rerum lutheranarum lla hic loci superest memoria. Anno 1615. Samuelem Schalkoi ordinatum pro his pastorem indices ordinatorum per superindentem Abrahamidem nominant, anno 1616. vero Gregorium tniades regiomontanum, anno 1638. Joannem Petróczy.

3) Hlinik (Geletnek.)

Olim clarum oppidum, hodie lapidum molarium dives officina jam anno 1581. tam amplam nostram constituebat ecclesiam, ut pastor ejus, Daniel Zaban, Georgium Kerner, scholae rectorem, Vittebergae in diaconum sacris consecrandum statuere necessum habuerit. Post hunc etiam plerumque ex rectoribus scholae in idem officium viros assumebat ecclesia. Acta visitationis superintendentialia ab anno 1613. frequenter laudant coetus hujus felicem sortem, Persecutio generalis et hanc exercitio religionis privavit, pastore. Elia Augustini, in exilium misso; quod licet initio seculi praesentis resumtum exstitit, tamen per legem regni anni 1687. cessare debuit. Filiales habuit Szénásfalvam, Vihne, Peszerény et inferiorem Trnavkam.

4) Léva.

Adversis fatis bellicis saepius vexatum oppidum, simul et ecclesia in eodem; perstitit tamen constans et ita felix fuit, ut anno

1613. die 6. febr. pastor ejus, Nicolaus Gönczy de Pálháza, in p sentia comitis Stanislai Thurzó Sintaviae in superintendentem gustanae confessionis ministrorum cis-danubianorum et ad la Fertő, et quidem hungarorum, delectus fuerit, ut in comitatu pos ensi dictum ex actis ipsius synodi. Post hunc docuit ecclesiam N laus Marikius belussenus, comitatuum barschiensis, honthensis ut sque hungarorum senior. Procedentibus annis non solum helveti confessioni addicti, sed et nostri, quorum exercitium antiquius turbati anno 1647. in comitiis de templo per jesuitas ademto qu las exponunt et facultatem intra moenia templi aedificandi per IX. anni 1647. etiam obtinuerunt. In persecutione decennali ite eodem privati, recursu facto ad regem anno 1675. 17. jan. res tionem accipiebant, vi cujus propter fidelia praesidiariorum serv liberum exercitium augustanae et helveticae confessioni addi concessum, imo et praedicantes ipsorum captivi in libertatem rep sunt, sed hoc usu anno 1719., quod desierint esse in confiniis, p tus privati.

5) **Nagy-Maróth** (Moravcze.)

Felix quoad comites Forgács evangelicam religionem et minium tenuissent, praesertim comitis Sigismundi Forgács temp quoad noster fuit. Circa annum 1638. amotus est minister et ade omnia, pace tamen 1647. reddita ecclesiis, haec etiam eadem batur. Verba regiorum commissariorum in actis diaetae anni il sic habent: „Die ultima apr. in et ad faciem oppidi Maróth, in mitatu barschiensi existentis habiti nobis pervenientibus, templ parochiam, scholam una cum tribus campanis, duabus majori una tertia minori, uno calice, duabus patellis argenteis deaur strophiolis septem, una alba, casulis tribus, stola et humerali mappis numero 9., sudariis numero 6., mappa cathedrali una materia turcica confecta, terris arabilibus, pratis ac universis re ecclesiasticis, proventibus et solutionibus, et ordinatis ipsis evan licis augustanae confessionis hominibus, amoto plebano romano tholico, simpliciter reddidimus, restituimus et reassignavimus filialibus et pertinentiis eo reapplicatis.“ Persecutione decennali, habetur in actis diaetae anni 1687., iterum occupata ecclesia manet in usu romano-catholicorum. Filiales fuerant Vizerovcze Klecse.

6) **Velkapola** (Hochwiesen.)

Ad patres s. Pauli primi eremitae, qui in Elefant habitant, spectans oppidum, etiam lutheranorum fuisse sacrorum vel ex actis diaetarum patet evidentissime. In actis etenim diatae anni 1647. sic scriptum legitur fol. 17.: „In barschiensi admodum reverendus pater Paulus Ivanovics, ordinis s. Pauli primi eremitae vicarius in Elefant, concionatorem evangelicum cum contra statuta regni, tum contra continuatum usum jurisdictionemque patronorum, parochia possessionis Velika polya, incolis et compatronis prorsus invitis, sub publicatione praesentis diaetae exclusit.“ Effecerunt eadem diaeta status evangelici, ut durante diaeta illud etiam restitui debaerit templum cum omnibus appertinentiis, quae dominus terrestris occupaverat, ut exstat in actis illis fol. 81.; neque tamen cessavit odium dominorum in ecclesiam, sed ardens circa annum 1660. sustulit exercitium, ministrum ejecit, percuti et contumelia affici curavit, quod scriptum legimus in actis diaetae anni 1662. fol. 120. et sequenti diaeta repetita fuit querela, sed incassum. Anno 1588. ministrum loci Georgium Michalecz cum Georgio Gocz diacono fuisse placet addere ex Ind. ord. vitteb..

7) **Kis-Tapolcsány.**

Constanti pace ecclesiae sexto et decimo seculo perfruebatur, protegentibus eos magnificis dominis Bánfy. Circa annum 1638. concionatorem nostrum exire jussit magnifica Elisabetha Bánfy, tandem comitis Ladislai Rákóczy de Vadász consors, utpote domina loci terrestris. Pro restitutione exercitii instabant status in diaeta anni 1647., sed articulus regni numero 6. non esse restitutum clare testatur. Filialis hujus fuit Zsikava, ut habent vísitationis superintendentionalis regestra, et Lovcze (Lócz.)

8) **Zsarnócza.**

Slavis Zsernovicza. Hujus oppidi ecclesiam evangelico-lutheranam primis temporibus aluit cum oppidanis inclyta familia Dóczy, praesertim magnificus dominus Gabriel Dóczy patronum egit munificentissimum sumtibusque suis anno 1582. Danielem Nakus mo-

schoviensem in pastorem ecclesiae hujus, et anno 1589. Thomam Heckelium stubnensem in diaconum reverendo Andreae Kozy adjungendum, Vittebergam pro suscipiendis ordinibus, ut ajunt, sacri ministerii expediebat, Visitatione anni 1613. dominus Andreas Dóczy diviserat ecclesiam et proventus partiebatur cum plebano inducto in aulam. Postquam oppidum in regis potestatem et camerae schemniciensis metallicae administrationem pervenisset, circa annum 1640. ademtum usum religionis suae in diaeta anni 1647. deplorabat, quo vi legum regni restituto, non diu perfruebatur. Iterum namque anno 1660. variis et exquisitis modis in exercitio religionis turbatur, minister evangelicus inde excludítur. Conf. acta diaetae anni 1647. et 1687.. Filialis Felső-Hámor. Ex pastoribus anno 1629. Casparus Fabricius clarissimus fuit.

Sectio III.

De ecclesiis in possessionibus.

1) **Brodzán** (Brogyán.)

Sub visitatione superintendentis anno 1613. oszlanensi fraternitati adjuncta floruit sub protectione dominorum Kvassay et Brogyányi nobilium. Persecutione decennali ad incitas redacta amissis libertatibus.

2) **Hámor** (Felső- et Alsó)

Prope ad Ujbányam, seculo XVI. patronis existentibus magnificis dominis Dóczy lutheranis diu felix; his a religione deflectentibus mox per dominum Melchiorem Dóczy anno 1654. vexabatur ademtione molendini ad ecclesiam spectantis, ut exponunt acta diaetae anni 1655.. Tandem anno 1660. domina Héderváry jure, ut ajebant, dominii occupavit templum, pastorem ejecit. Adflicti incolae causa exercitii religionis, mox ut filiales accesserunt ad ecclesiam zsarnóczensem.

3) **Heese** (Hocsa.)

Romano-catholici in querelis anno 1649., in actis diaetae de-

scriptis, queruntur, praedicantem hujus loci parochum ex pago exturbasse, unde clarum est, in defectu documentorum aliorum, hanc ecclesiam matrem fuisse.

4) **Heresztyén** (Chrasztini, Nagy et Kis.)

Slavis Chrasztane, populosa ecclesia, mox circa annum 1636. persecutioni subjecta. Domina etenim Catharina Pálfy, amoto ministro illius, non solum templum, sed et usum aliis compossessoribus nobilibus ipsius coemeterii ademit; singula ademta mox anno 1647. per commissarios regni reddita sunt permanebantque nostri in usu, quoad anno 1663. rabie turcica deleti fuissent.

5) **Kameneoz** (Felső et Alsó.)

Prope Belicz et Oszlán, a quibus doctrinam etiam temporibus reformationis accipiebat. Superintendentiae protocolla perpetuam hujus in exercitio libertatem saepe adnotarunt, maxime anno 1626. sub optimo pastore Georgio Haiszky et ab anno 1638. sub Michaele Lazio, ab anno 1657. sub Georgio Czember. Matthias Sabatitius pastor et venerabilis fraternitatis senior constitutus anno 1679. ad annum 1690., quo Miavam adflictissimus fuit evocatus. Acta diaetae 1661. observant primum turbatam fuisse in libertatibus, quas dum domini terrestres, nobiles Kosztolányi, defendebant ad annum 1674., quo templum ademtum fuit, solum permansere. Nemes-Kosztolány, ut infra dicemus, et Alsó-Lelócz, possessio in comitatu nitriensi sita, filiales matris hujus ultra seculum fuerant.

6) **Kapronoza.**

Possessio juris archiepiscopi strigoniensis, quoad sub jugo turcico fuit, religionis lutheranae libertate gaudebat; illo excusso, jussu dominii anno 1608. templo et parochia noster minister ejectus, plebs ad alia sacra deducta, ut continent acta diaetae anni 1619..

7) **Keresztúr.**

Ad Felső-Kosztolány, slavica ecclesia, anno 1636. per kis-tapolcsanyense dominium usu libertatum ejecta, sub diaeta anni 1647. iterum recepit amissa per manus commissariorum, dominorum

Emödy et Stephani Sör, qui „templum“ inquiunt, „una campana, parochia et schola augustanae confessionis inhabitatoribus, amoto plebano, restituimus.“ Interitum ecclesiae referas ad persecutionis decennalis periodum fatalem.

8) **Keresztúr** (S. Crux.)

In limite comitatus honthensis existens, fraternitati hujus adnexa fuit, nationis hungaricae ecclesia, quod patet ex subscriptione, quam in protocollo superintendentum hungaricorum ita lego : „Ego Michael Dalencza szuchensis ecclesiae S. Crucis ad oppidum Báth pastor, ordinatus Szeredini, subscribo libro christianae Concordiae anno 1622. 29. jul.“ Reliqua fata non invenio. Aetate nostra magnarum virtutum domina, relicta illustrissimi baronis Caroli Hellenbach, nata Jánoky, restrictis praenobilium aliorum juribus per regnum, ab augusta Maria Theresia facultatem constituendae in castello aulicae ecclesiae obtinuit.

9) **Kis-Keszi.**

Cum filia Podluzsány diu usum quietum sacrorum nostrorum habuit, ut describit superintendens in protocollo ad annum 1613.; tandem circa annum 1630. petentibus jesuitis per dominium levense omnibus privata est libertatibus, quas dum anno 1647. regni commissarii restituissent incolis, hi paulo post Levam insequendo commissarios referebant fraudibus circumventi, se potius romano-catholicam religionem amplecti velle, quare ita relictos fuisse fuse referunt acta diaetae.

10) **Kozmalovoze** (Kozmály.)

Duos ejusdem nominis pagos habuisse pastores evangelicos ex indicibus ordinatorum per superintendentem Abrahamidem clarum est, in quibus anno 1621. Joannes Strbanius ordinatus subscriptus adest, item anno 1649. Stephanus Michaelides.

11) **Kosztolány** (Fenyő-Kosztolány.)

Ad limites nitrienses vicus in kis-tapolcsanyensi dominio, quod anno 1636. his etiam ademerat templum cum filiali Nagy-Lehota,

mox per eosdem commissarios, ut dictum ad Keresztúr, redditum. Usus permansit ad decennalem persecutionem, ut habent acta diaetae anni 1681.. Anno 1688. Matthias Institoris pastor, anno 1614. Laurentius Pelargus, anno 1616. Simon Jacobaei, 1617. Michael Zoldrich, anno 1620. Joannes Schutovszky, anno 1624. Joannes Simonides.

12) **Kosztolány** (Nemes.)

Praenobilis familiae Kosztolányi hereditas, quae dum evangelica sequeretur sacra, post oppressam ecclesiam, hujus matrem, Kamenecz dictam, in castello privatum habuit religionis exercitium Hoc iterum privata anno 1734. demissa repraesentatione, regis clementia accedente, effecit, ut articulariter pro comitatus hujus evangelicis denominata possessio Simonyi libertates suas huc transférat, quibus hodie etiam multorum adjacentium commodo fruitur. Hodie docet ecclesiam Andreas Korcsek.

13) **Kunisov** (Konosov, Koneshey.)

Vicus cremniciensium, sub ejusdem civitatis patrocinio et ecclesia ab initiis reformationis ad annum 1673., quo pastor, Martinus Roxer, ejectus, templum ademtum, in usu libertatis religionis persistebat.

14) **Lúoska** (Haneshey.)

Itidem sub patronatu civitatis cremniciensis constantem sacrorum cultum ab initiis reformationis itidem ad annum 1673. habuit, specialiter anno 1634. reflorescens sub pastore Casparo Rügner. Durante persecutione decennali dux Collalto claves templi per militem extorsit, templum jesuitis tradidit, misso in exilium ministro Paulo Pfaff, ut fuse refert Georgius Chladenius in Inventario templorum 1689.. Recensenda hic essent et fata Neuhey ecclesiae, sed praeter pastorem ejus anno 1619. Martinum Reihard, nihi, de eadem invenimus.

15) **Némethi.**

Ad S. Benedictum prope, dum seculo sexto decimo fuisset possessio juris dominorum Forgács, habuit evangelicos ministros,

ex quibus Marcum Heinselium anno 1582. magnificus dominus Simon Forgács Vittebergae ordinandum statuebat. Initio subsequentis seculi traditus locus archiepiscopi strigoniensis potestati et religionem amisit.

16) **Piergi** (Berg, alias ad s. Joannem ecclesia.)

Sub cremniciensis civitatis juribus. Georgius Chladni in Inventario templorum supra citato, hujus et vicinarum diram ademtioncm et sui ex parochia ejectionem, quae anno evenit 1673., describit fusius in praefatione libri. Anno 1659. docuit ecclesiam Samuel Krum.

17) **Proohot**

Ecclesia slavica in oszlanensi processu in longo exercitii religionis usu perstitit, quo anno 1673. cum aliis privata est, ut legimus in actis diaetae anni 1681..

18) **Ruzsnó.**

Possessio in dominio revistyensi ultra seculum quoad ecclesiam pacis plena; tandem anno 1664. pastor Thomas Doroticius per commissarios regios parochia ejectus et templum occupatum. Filiae erant: Voznicza et Brehi (Magospart).

19) **Szelezsény** (Velké Szlazsani.)

Sub protectione multorum compossessorum evangelicorum ab initiis reformationis usum templi habuit, quo anno 1674. vi ademto, sacra interrupta porro continuabant, quare et anno normativo in usu existentes, confirmati sunt. Sub motibus regni receperant et templum, cujus possessionem vi legis mox cedere debebant acceptis promissis de exscindendo loco pro oratorio. Complementum promissi adhuc anno 1722. remorabantur quidam terrestres domini, quare successores domini Reiman hospitium sacris publicis in domo sua admittebant lubenter, quoad oratorium exaedificatum, quo hodie etiam fruuntur. Initio praesentis seculi reverendus Joannes Nicletius pastor plurimas pertulit hic vexationes. Hodie praeest ecclesiae Andreas Bende.

20) **Simonyi**.

Frequenter in actis visitationum ab anno 1613. per superintendentes adnotata ecclesia, anno 1650. Andream Mazák, anno 1653. Nicolaum Scultéti pastores habuit. Inter deperdita templa numeratur in actis diaetae anni 1681.. Ast siquidem ante praefatum annum usum exercitii revocavit et in eodem cum aliis confirmata fuit, imo pro articulari in comitatu hoc declarata, excisionem loci legibus decretam domini terrestres impediebant, quas adflictiones anno 1721. et usus exercitii legalis cessabat. His evenientibus romano-catholici urgebant, amplius in comitatu hoc evangelicos locum praetendere non posse, dum lege datum non retinuerint; nostri adversis fatis excitati in pestiensi commissione querulabantur et tandem translationem ecclesiae articularis ad Nemes-Kosztolány apud augustum aegre satis precibus effecerunt, quo facto hic spes libertatum evanuit cessavitque exercitium anno 1734..

21) **Ujfalu** (Novávesz),

Ad N. Maróth, cladibus turcicis templum adhuc anno 1613. desolatum extra pagum habuit, campanam apud Michaelem Frenyo depositam, ut lego in visitatione superintendentionali ad hunc annum. Tandem auxilio magnificorum dominorum Forgács sublevati et templum et parochiam posuerunt, quibus ejecti anno 1673. pastorem Danielem Antoni in exilium lacrimis comitabantur. Hujus filialem Sólymos dictam dominium levense circa annum 1632. avulsit atque plebano kis-kesziensi recenter inducto assignavit. Anno 1658 Georgius Germani beczkoviensis hic pastor fuit.

22) **Ugróoz** (Nagy).

Cum filialibus Kis-Ugrócz, Cserenye, Pazsit et Nyitraszeg per seculum dives pacis ecclesia, anno 1660. primum duae priores filiae per dominum Maithényi, ultima per dominum Franciscum de Leschene abstractae sunt et incolae earum plagis ad defectionem a religione coacti, ut querulantur in actis diaetae anni 1662.. Mater sub patrocinio dominorum Bossányi patronorum perdurabat ad persecutionem decennalem. Initio seculi hujus Samuelem Simonides pa-

storem orosháziensem, vix credibile hunc fuisse, induxerant quidem in parochiam, sed reductis ad sensum articulorum ecclesiis et haec cessare debuit.

23) **Vezekény** (Fakó.)

Vel Tót-Vezekény, cujus pastor fuit anno 1638. Joannes Laurentius; tandem multis divexationibus exposita ecclesia, quarum vel illam adnotasse sufficiat, quam anno 1719. dominus Ladislaus Molnay procuravit et ultimo manu armata templum occupavit, igne exussit, ministrum rebus variis spoliatum pepulit, quod fusius recensent acta commissionis pestiensis anno 1722. habitae. Recollecta pace praefuit ecclesiae anno 1724. pastor Georgius Marekény et anno 1728. continuabat usum incorporata venerabili fraternitati nagy-honthensi, paulo post jubente rege penitus cessata. Sub tolerantia induxit exercitium, cui praeest Joannes Boszák.

24) **Vihnye** (Eisenbach.)

Possessio fuit civitatis schemniciensis, quae propriis sumtibus aedificaverat templum et jura matris recepit. Inter pastores mihi occurrunt anno 1655. Jacobus Dominicenus, mox Schemnicium evocatus, anno 1645. Samuel Krmann, cui testimonium a praefata civitate datum ad manus est. Sub persecutione universae ecclesiae et hic templum ademtum, quod et anno 1722., vigore legis anni 1681., dum per eos aedificatum fuerit, repetebant, votis nunquam potiti, potius a fide abducti sunt.

25) **Zdánya** (Felső et Alsó.)

Antea magnificorum Dóczy, sub quorum patrocinio reformationem recepit, possessio. Sub visitatione anni 1613., adnotante superintendente, Trnavka, Valaszka, Bukovina filiae ejus fuerant. Longam ejus pacem interturbavit sub communi persecutione camera schemniciensis templo occupato. Durantibus revolutionibus in patria bis redierat ad usum et anno 1707. Rosenbergam ad synodum pastorem suum, venerabilis fraternitatis notarium, Nicolaum Heroslaum, ablegarat. Tandem sublata omnino libertas. Anno 1644. Andreas Bliscius pastor fuit.

26) **Zsikava** (Szikov.)

Diu ad Hosztye, quod est in comitatu nitriensi, affiliata ob vinitatem, tandem mater renuntiata fuit. Jure hoc, imo templo et arochia anno 1636. per magnificam dominam Elisabetham Bánfy, ominam loci, spoliabatur, quare acceptata in filiam a matre Kisapolcsány, ut supra dictum.

27) **Zsemlér,**

cujus templum fuit restitutum per constitutionem comitiorum ıni 1647.. Plura subticemus.

VIII.

COMITATUS THUROCZIENSIS.

PARS GENERALIS.

§. 1. Credibile est, notitiam augustanae confessionis reducem ugusta Vindelicorum, ubi praelectioni ejus inter aulicos Ferdinandi regis numeratus intererat*), supremum comitem comitatus hujus, ominum Nicolaum Thuróczy de Szent-Mihály, comitatui intulisse imum, quamquam et doctorum evangelicorum aliqui ex vicino enchiniensi aut civitatibus montanis eadem contentas veritates tea facile credentibus communicare potuerint. Sed nihil de initiis imis dicere certioris possumus, documentis destituti; id certissium est, circa annum 1535. repurgatam religionem prorsus comitui innotuisse. Magnificus etenim dominus Franciscus I. de Réva vino munere huic provinciae commodatus, mature Budae atque in ıla magnifici Petri Perényi eadem imbutus, multis modis et quavis casione data progressus ejus juvabat simul cum Francisco Nyáry, quo ditionem arcis Znio anno 1534. aere venditam accepit**). lius in religionem amoris testimonia permulta supersunt. Literas

*) Conf. Georg. Coelestini Hist. comitiorum r. imp. t. IV. p. 28. seqq..

**) Timon in Epit. chron. Hung. ad annum 1534..

divi Lutheri, quibus illum in fide evangelica de sacra coena domini anno 1539. firmabat, produxerunt jam frequenter alii *). Stöckelius clare fatetur, optimum patrem, dum porro metueret naufragium, anno 1540. providisse filiis, mittendo illos ad praeceptorem Hungariae Leonhardum Stöckelium Bartphae docentem **). Ipsi cives bartphenses optime conscii de pietate in ecclesias repurgatas magnifici de Réva, anno 1541., dum Martinum Hanko, pastorem civitatis Freystadt in Silesia, suum efficere voluissent, interpellabant dominum Franciscum, petitione sua efficiat apud magnificum Joannem Perstein, dimittatur praefatus Hanko, vel illo denegante adventum, intercedat apud dominum Bedam Zierotin, dominum tyczeinensem, in Moravia, alium ex ditione sua providere velit ***). Plebani quidam scepusienses idem de zelo nostri Francisci profitentur, adnotando ad annum 1543., se metuere, ne filius ejus, cui praepositura scepusiensis dicitur consequenda, compellat catholicos ad ecclesiam lutheranam †). Ex his affirmare licet, nequaquam langvidum fuisse baronem hunc in promovendis fortunis renascentium ecclesiarum comitatus Thurócz, cujus potiorem jam tenebat partem et qua propalatinus regni valebat auctoritate plurimum; unde rex ipse Ferdinandus I. in literis ad eum datis anno 1544. querulatur verbis his: „Meminimus tibí nos antea commisisse, ut si qui tales reperirentur, in eos ex officio tuo animadvertí haeresesque quascunque ab orthodoxa ecclesia alienas in regno isto nostro tolli faceres, quod te in hunc diem minus fecisse non possumus non vehementer mirari ††)." Sub protectione tanti magnatis et nobilitatis, quae illius sequebatur exemplum, initia reformationis hic posita sunt per viros, quorum eruderare licuit nomina, Laurentium plebanum in Szent Márton, Joannem Mracsko, Andream Institoris, Matthiam Kechtimus, Stanislaum Gosznoviczer, quos in suis ecclesiis dabimus. Specialia magis de talibus initiis defectus documentorum scribere non admittit.

*) M. Georgius Horváth epistolam edidit cum notis in IV. anno 1754. Vitteb. et Ribiny t. I. p. 43..

**) In praefatione Postillae edit. an. 1596. Bartphae; dedicat librum Francisco II. de Réva.

***) Bartphensium literas habet Carolus Wagner in Diplom. Sáros. p. 500. sqq..

†) Vid. Matricula XXIV. regalium in Scepusio mspt. p. 871. seqq..

††) Timon l. c. ad hunc annum adfert has literas.

§. 2. Francisco Réva anno 1553. demortuo, tandem in dignitatem sublevatis filiis illius, Michaele et Francisco II. *), faciem laetam sumere incipiebant nostrae ecclesiae; hi plerasque dotabant, scholas ordinabant et ab omni vi externa protegebant, quem statum felicem iterum Leonhardus Stöckelius **) his exprimit verbis: „Egregius est status ecclesiarum patrocinio et curae Sp. M. D. divinitus commendatarum, quibus dum certum sit, pastores et ministros verbi omnes esse orthodoxos, scriptorum parentis nostri amantissimos etc." Singularis praesertim prudentia patronorum horum in comitiis anni 1569. et 1580. Posonii habitis eminuit, ubi jura evangelicorum patronatus et ecclesias suas jam vindicare, imo libertatem publicam suae religioni constituere adnitebantur, ut in comitatu posoniensi fatis dedimus, quae adnitentibus tantis viris, non amplius ausus est quisquam nec seculi decimi sexti decursu, si ditionem demas jesuitarum, per integrum hunc comitatum turare renovatas ecclesias. Gabriele, Francisci II. filio, anno 1598. statim post patrem funere elato, et dignitatem supremi ac perpetui comitis et protectionem ecclesiarum auspicatus est ille celebris eruditione magnificus Petrus de Réva, natus anno 1568. in Holics, patre magnifico domino Michaele et Anna, Petri Bakics de Lak filia, sub quo et fratre ejus, Francisco, felicissimum fuisse statum rei sacrae apud thurocziences, testimonium perhibet Elias Lányi, tunc apud mosovienses pastor, dum ad magnificum dominum Petrum et Franciscum scribit: „Vestrum respicit patrocinium hoc praesens vitae doctrinaeque meae patrocinium; vestro et inclytae familiae vestrae beneficio conservatur schola nostra mosoviana; vestra ope atque ductu instaurantur aedes deo sacratae. Non commemorabo mirificam vestram erga ecclesias scholasque et ministros benevolentiam, inusitatum pietatis cultum atque amorem, singularem in tuenda religione zelum etc.***) Praeter hos fato seculo augebant fata prospera ecclesiarum, omnium quidem per totum comitatum evangelicarum: Laurentius cum filiis

*) Michael jam anno 1579., Franciscus tandem anno 1585. magistri janitorum regni fuere, simul supremi ac perpetui comitatus thurocziensis comites.

**) In praefatione supra citata ita alloquitur magn. Franciscum II. de Réva.

***) Ita praefatus est clariss. Lányi in libro, quem inscripsit: Defensio libertatis christianae in usu imaginum, edi[illegible]

Stephano et Francisco, in Blatnicza habitantes; Joannes cum filiis Nicolao et Francisco, natis Anna Bánfy, filii Francisci I. Réva, item ex nobili ramo de Réva prognati; Ladislaus, Georgius, Gabriel, Casparus, Franciscus Justh, magnifici domini Petrus, Laurentius Nyáry *); Daniel, Georgius et Simon Jeszenszky, magnificus Martinus Rakovszky, Martinus Beniczky, Petrus Huszár integraeque nobilium familiae clariores **). Initia seculi septimi et decimi magis felicia adferebant et thurocziensibus ecclesiis fata. Pace namque vindobonensi atque legibus regni donati plena libertate religionis exercendae, liberabantur a subjectione venerabilis cleri romanocatholici, vi cujus eodem tempore rever. Joanni Joó abbati pilisiensi archidiacono, nitriensis, thurocziensis, liptoviensis, arvensis comitatuum pastores nostri censum annuatim in florenis undecim, una cum adjuncto dono, circa festum epiphaniae deponere obligabantur ***) Magnati palatino domino Georgio Thurzó de regiminis ecclesiastici apud augustanae confessioni addictos forma et superintendentibus constituendis laboranti, comes dominus Petrus de Réva plurimum cooperabatur, quare etiam post primam synodum, anno 1609. 15. jul. Solnae habitam, qua tanti operis initia posita sunt, iterum anno eodem prius in Mosócz, dein in Szucsán, praesentibus comitibus Georgio et Nicolao Thurzó aliisque, synodum agebat, quoad in generali illa 1610. Solnae grave negotium perfectum et superintendentes tres delecti fuissent, de quo actu magnificus domi-

---

Bartph. an. 1599. in 8.. Libello tradito magnati manu sua haec adscripsit auctor:

Magna decent magnos, magnis patrone fuisti
Muneribus dignus, parva sed ista cape.
Parva decent parvos, ego parvus, parvula charta est,
Sed tamen hanc magni muneris instar habe.

E. L.

*) Laurentius, insignis heros, 1615. in templo szucsanensi sepultus, pro cujus, utpote patrui sui, funere efferendo dominum seniorem comitatus thurocziensis, Lochmannum, invitavit magnificus dominus Sigismundus Nyáry cum pastoribus: S. Michaelis tót-prónensi, beatae virginis Mariae ivankofalvensi, in quibus locis familia jure patronatus semper gavisa est, quales literae supersunt in Lochmanni collect. t. 1. p. 457..

**) Adscriptorum hic nomina adsunt sparsim in collectione literarum Lochmanni manuscripta, quae tomis duobus asservatur in bibliotheca hungarica Vittebergae.

***) Vid. Lochmann l. c. t. I. p. 206..

us Petrus Réva, redux Solna, ad Matthiam Lochmann claudendo teras, anno quo :

ECCLesIae antIstes IsaaC, ELIas, SaMVeL SoLnae CreatI. *)

antus magnas, qui se totum deo consecravit **), semper ad obitum, ui in annum 1622. inciderat, fovit, nutrivit, promovit ecclesiarum t ministrorum fortunas in tantum, ut merito scriptum de eodem ; Secula dum venient, sero habitura parem." Legibus regni, constiutionibus ecclesiasticis aliisque praesidiis fulcita felicitas ecclesiarum comitatus hujus annis etiam sequentibus protegebatur per poteros gentis Révay aliosque praenobiles supra indicatos, praecipue Franciscum, illa aetate seniorem, et ex eodem prognatos usque ad ltimum Paulum anno 1766. beate in Szklabina demortuum.

§. 3. Quam potestatem datam a Ferdinando I. rege in lutheranos exercere noluit Franciscus de Réva, illam post fata hujus accepit a rege archiepiscopus strigoniensis Olahus ***) exercuitque in thurocziense etiam pastores. Anno 1558. in Znio-Váraljam ex thurocziensi vicinisque comitatibus convocati, alii certis articulis per praesulem propositis assentiebant, metu poenae inducti, nonnulli vexati durius, duo ex praesentibus in arestum abducti. Procella talis quantum nocuerit thurocziensibus evangelicis, dici non potest, dum fors interiit oratio Stanislai Gosznoviczeri, parochi S. Martini, de ecclesia adflicta, anno 1566. in consessu fratrum habita, quae in materia hac esset documentum praestantissimum. Gratia Maximiliani II. regis respirabant et hic a divexatione lutherani, quoad thurocziensibus anno 1586. jesuitae illocati fuissent atque ditionem arcis Znio, per caesarem Rudolphum collegio tyrnaviensi donatam, coepissent administrare. Hi subtili primum ratione subditos in vicinis decem pagis habitantes a religione abducere nitebantur, tandem in pastores S. Georgii et S. Mariae, ad quos pro sacris plerique transibant, acriter, praesertim in váraljensem, saevire incipiebant. Tentabant idem in S. Georgio, sed supremus comes, Fran-

*) Idem p. 540. habet manu magnatis propria scriptas easdem literas.

**) Vid. oratio exequialis eidem a Raphaele Hrabecio ad aedem divae Helenae ministro et aulae Révayanae concionatore habita anno 1622 in 4. Cassoviae in praefatione. „Is" ait, „fuit ecclesiae non civis modo, sed et patronus semper probatissimus."

***) Regias literas adfert et clarissimus Ribiny l. c. p. I. p. 130.

ciscus II. de Réva, vim vi repellendam mandabat*) et feria s. Jacobi in usum templi s. Georgii nostros reponebat. Tantos rei evangelicae defensores metuendo jesuitae, non quiescebant, quoad unum ex illustri gente, utpote Franciscum III. de Réva in Priekopa anno 1619. ad sua sacra deduxissent. Hic illecebris inductus eodem anno templa S. Martini, blatniczense et mosoviense violenter aperta ornamentis spoliavit, resistentes in Szent-Márton parochum, rectorem, studiosos percussit et cum ultro ausus non fuisset facere, Priekopam, filialem, szucsanensibus Styavnicskam et Klicsén avulsit**). Adpropinquante Gabriele Bethlen***) intentata vis favore domini magnifici de Réva iterum emolliebatur, singulis, quae turbata fuerant, in ordinem per ipsum repositis, quoad iterum anno 1639. majora tentare ingressus fuisset. Acta comitiorum anni 1647. fuse exhibent divexationes tales, quarum summa haec est: „Idem magnificus dominus templa Szent-Márton, Mosócz, Thurán, Blatnicza ac Béla cum parochiis, scholis, proventibus, licet protectionem evangelicorum juramenti sacramento magnatibus et nobilibus benevole promiserit, occupavit, subditos ad sacra sua coegit, a frequentatione templorum patibuli erectione prohibuit, ab ecclesia Szucsán Styavnicskam et Klicsén abripuit et ad Thurán applicuit, terram cum prato Rovno ab ecclesia Divae Helenae avulsit, proventus ex Borova et Szklabina praestare prohibuit†)“ Durantibus dictis comitiis omnia etiam jussu dominae Judithae Bánfy ac jesuitarum ademta per commissarios regni, dominum Georgium Draskóczy et dominum Joannem Melegh, decurrente mense aprili, non obstantibus variis interpositionibus, iterum restituta sunt evangelicis. Paulo post deficiebant a nostris dominus magnificus Ladislaus, Stephanus, Alexius de Réva; reliquis fratribus permanentibus in fide majorum, nihil exercitio religionis impedimenti ponere audebant. Irruit tandem pernitiosum illud fatum decennalis persecutionis in hanc etiam provinciam, anno utpote 1672. pastores ecclesiarum ad posoniense delegatum judicium citati, alii ad domi ma-

*) Vide Thomae Doroticii D i a r i u m ad hunc annum in manuscripto

**) Haec supersunt scripta in actis diaetae anni 1619. in manuscripto.

***) Doroticius l. c. ad annum 1623. scribit: „Znio claustrensis in Thurócz Francisco Réva juniori cum possessorio occupanda promissa est a principe. Hic Franciscus polypo simillimus, quoties Gabrielem Bethlen sensit adventare, toties nostrae religioni adhaesit, cum autem caesarem sentiret sibi infensum, rursus ad castra jesuitarum transfugit.“

†) Vid. H i s t o r i a e d i p l o m a t i c a e a p p e n d i x p. 23., 85.

ım sine officio, alii in exilium reversalibus subscribunt*); ec-
ıe in summum deveniunt discrimen, anno 1673. post pascha vi
ta per centurionem Lamm, adsistentibus jesuitis, occupata omnia
e immigrantibus croaticis militibus horrore completi singuli
ae ob persecutiones**). Facile pernities multis effectuata fuisset
esuitas quoad fidem, nisi decennio hoc latuissent in hoc comi-
et providissent fideles viri fatis divexati, utpote Nicolaus Rasy
t-péteriensis, Nicolaus Vaneczius szucsanensis, Michael Zá-
sky saturcsensis et Joannes Andreades belensis, pastores fide-
ni. Sub tumultibus Tökölyanis anno 1683. mense apr. receperant
ri usum templorum illocatisque pastoribus ad annum 1688. iti-
mense apr. iis potiebantur, tandem redeuntibus plebanis cede-
, ad duo articulis regni designata loca, Neczpál et Ivankofal-
, restricti. His malis providendo de medela, magnates et nobiles
rcibus, castellis, curiis ejectos pastores, rei sacrae perficiendae
a, sustentabant, licet anno 1690- et 1692. intimatis regiis inter-
ım fuerit, ne plures duobus in locis articularibus habeantur,
ılque demandatum, plebanis proventus solvant pro duobus etiam
ectis annis, secus per banderium valachicum et nobiles adigan-
**). Tristissima revolutione initio praesentis seculi invalescente,
omitiolo szécsényiensi decretum fuit, S. Michaelis, szucsanense
elense superius templa, hic prius excisis locis pro evangelico-
ı oratoriis, romano-catholicis permaneant, reliqua mense novem-
anno 1705. nostris reddita sunt cum filialibus simul. Utebantur
libertate ad annum 1709., quo mensis oct. die 17. dux exercitus
sarei, illustrissimus Heister, demandabat, singula in statum, qui
ante rebellionem, reponantur, imo et sumptus tempore illo per-
pti violatae parti solvantur. Post publicatum mandatum intra
iduum singuli pastores templa et parochias evacuabant, plerique
diversis locis, connivente magistratu inclyti comitatus, sacra per-
endo per annum 1714.. Hoc anno die 28. apr. emanato intimato
tius constricti ad loca articularia, porro in Blatnicza, Mosócz,
vék, Tót-Prona et longius, ut infra dicetur, in Szklabina et Styav-

*) Michael Paulovics, scholae S. Martini rector, anno 1675. 4. oct. apoli vitam finivit.

**) Vid. Ludovici Lucii Violenta Hung. persecutio, qui. bit circa dominicam Jubilate templa esse occupata.

***) Intimata alii typis ediderunt.

ciscus II. de Réva, vim vi repellendam m[illegible]stricti saepe in comitiis in usum templi s. Georgii nostros repor[illegible]éva, praesertim in com- defensores metuendo jesuitae, non gr[illegible]ous evangelicorum aedificata stri gente, utpote Franciscum III. [illegible]n Felső- et Alsó-Stubnya resti- ad sua sacra deduxissent. Hic i[illegible]m profusae, atque tandem magis S. Martini, blatniczense et m[illegible]nes maxime ab anno 1746., quo dispo- spoliavit, resistentes in S[illegible]ano-catholica religione in carceres con- percussit et cum ultro [illegible]tro parente romano-catholico nati inter szucsanensibus Stya[illegible] Peracerbum est meminisse, quod oculis Gabriele Bethlen** [illegible], quantis plagis caesi sunt parentes ob tales iterum emollieb[illegible]lacrymae expressae ipsi etiam illustrissimo baroni ipsum reposit[illegible]ob liberos ereptos, quales restrictiones evenie- set. Acta [illegible] et postea frequenter*). Benigna gratia Josephi II. quarum [illegible] fecit talibus malis atque tolerantia religionis benefi- Márto[illegible] thurocziense quoque auxit, qui novem posuerunt pro[illegible] nova, quae subsequenti parte operis numerabimus.

ur[illegible]

§. 4. Postquam archiepiscopus Olahus dura agendi ratione [illegible]gnates et nobiles hujus comitatus ad abominandam subjectionem [illegible]citasset, hi et pastores ecclesiarum animabant ad novos inter se [illegible]ducendos ordines, et anno 1580. deligebant proprio arbitrio seni- orem suum Joannem Mracsko, pastorem ad aedem beatae virginis Ma- riae, die 8. aug. an. 1585. in eodem officio demortuum. Stanislaum Go- sznoviczerum pastorem S. Martini eum praecessisse ex Indicibus

*) Confundebat praesertim nobilitatem thurocziensem intimatum ex- celsi consilii regii locumtenentialis, quod sonat: „Illustrissimi, reveren dis- simi! Circa excessus nobilium extra loca articularia degentium et ministro- rum augustanae confessionis in comitatu hocce thurocziensi vigentes, posi- tamque eatenus per gremiales catholicos parochos querimoniam, apostolica sua majestas caesareo-regia clementer est resolvere dignata, praetitulatae dominationes vestrae possessionum Neczpál et Ivankofalva ministros acatho- licos severe inhibeant, ne obsequi, exhibito sibi praevie super deposita pa- rocho catholico ordinaria stola testimonio, ulli etiam nobili stolares aliquas functiones ministeriales administrare praesumant, gremiales vero nobiles suos acatholicos ad accuratius dehinc observandas benignas resolutiones in nego- tio religionis emanatas praetitulatae dominationes ve trae serio adhuc praevie commoneant. Si autem seu nobilis seu minister benignae huic ordi- nationi regiae in futurum contravenirent, attunc adversus contravenientem magistratualiter procedatur sententiaque lata ante pronuntiationem more solito caesareo-regio huic locumtenentiali consilio submittatur — Posonii anno 1771. 10. oct. C. Albertus M.[illegible]

vitteb. collimo; certa de hoc et successoribus non habeo. Ad normam legum*) qui his ecclesiis praeerant, ita ex protocollo thurocziensi ordino:

Anno 1601. Georgius Fabricius pastor S. Michaelis.
1615. Matth. Lochmann pastor mosócziensis.
1621. Andreas Carbonarius pastor S. Martini.
1624. Paulus Szaladini pastor szucsanensis.
1629. Georgius Zsáry pastor S. Martini.
1631. Georgius Grossmann pastor mosócziensis.
1639. Michael Sinapius pastor szucsanensis.
1654. Georgius Clementis pastor neczpálensis.
1656. Laurentius Galloviczius pastor mosócziensis.
1658. Daniel Quetonius pastor D. Michaelis anno 1673. mortuus.
1673. Nicolaus Rasy pastor D. Petri.
1700. Joannes Bonis pastor neczpálensis.
1705. Paulus Major pastor D. Helenae.
1706. Andreas Blázy pastor hájensis.
1718. Jacobus Záborszky pastor ivankofalvensis.
1735. Joannes Thurzó pastor neczpálensis.
1784. Adamus Lacsny pastor neczpálensis.

§. 5. De scholis majoribus. Thurocziensis comitatus ecclesiae paucae fuerant, in quibus de religionis ac latinitatis principiis ediscendis non fuisset laboratum. Et plebi latinae lingvae perutilis videbatur usus. Inter scholas majorem habebant famam:

Mosóeziensis,

Quam illustrissimi de Réva, reformatione absoluta, fundabant, alebant. Magnificus dominus Franciscus junior in literis vocatoriis, anno 1616. Joanni Lochmanno missis de eadem ita scripsit: „Nostra mosoviensis schola viris et doctissimis et clarissimis a memoria ho-

*) Leges venerabilis fraternitatis thurocziensis anno 1602., conscripsit venerabilis Georgius Fabricius senior pastorum, quas praesentatas inclyto comitatui confirmabant subscriptionibus et sigillis: illustrissimus Petrus de Réva supremus comes, Petrus Huszár viccecomes, Bernhardus Draskóczy, Martinus Tomcsányi, Joannes Eördög, Joannes Raksányi judlium et Joannes Rutkay ordinarius notarius.

minum semper floruit.“ Ex his fuerant: Georgius Institoris anno 1583., Albertus Husselius anno 1586., Matthias Lochmann anno 1589., Thomas Dorsicz anno 1594., Paulus Malus anno 1598., Daniel Lányi anno 1610., Thomas Francisci anno 1612., Joannes Ritschius anno 1616., Joannes Lochmann. Sequebantur hunc in rectoratu Paulus Fasko, Matthias Reberus, Joannes Zabanius, Martinus Andreades, Nicolaus Nicolai, Zacharias Hagara, Daniel Francisci, Michael Institoris, Elias Augustini, Matthias Palumbini, Joannes Polacski, Daniel Krmann, Elias Sartorius exul et Joannes Kuzmány initio seculi hujus. Ecclesia oppressa cum fine seculi praecedentis perdita fuit et schola.

S. Martini.

Cives et parochi hujates per decursum septimi et decími seculi non suas solum proles, sed extraneam etiam juventutem artibus instruendam curabant per docentes anno 1608. Michaelem Robács, anno 1612. Andream Raksányi, anno 1614. Nicolaum Molitoris anno 1619. Casparum Chrjastel, anno 1630. Jacobum Majtan, 1683. Eliam Felkonius rectorem martinopolitanum, tandem pastorem tóthprónensem. Alios tacendo decennali persecutione vexatum addo Michaelem Paulovics, qui citatus Posonium anno 1674. triremes, in quibus Neapoli mortuus, delegit potius, quam ut reum se rebellionis recognovisset innocens. Post tristissima fata evangelici hoc seculo in locis articularibus, **Ivankofalvae** et **Neczpalini** aegre quidem scholas sustentabant, multum tamen eadem opera ecclesiis evangelicis profuere*) His missis ope protocolli venerabilis fraternitatis thurocziensis jam specialia fata subnectemus.

---

*) Vide Centuriam thurocziensium auctore reverendo Andrea Schmal scriptam et reverendi Klein Biographias pastorum in cujus tom. II. p. 428. rectores scholae S. Martini adfert.

Pars specialis.

Sectio I.

De ecclesiis in oppidis.

1) S. Martinus.

Oppidum hoc in civilibus libertatibus par antea carponensi civitati et ecclesiam bene dotatam habuit. Jam anno 1258. Bela IV. parte media possessionis Szocsócz eandem donaverat. Praefatio protocolli oppidani clare innuit, jam anno 1536. talem hic adfuisse parochum, nomine Laurentium, qui lucem a tenebris dignoscebat. Perfecit opus reformationis celebris eruditione Stanislaus Gosznoviczerus, parochus hic per annos triginta. Ecclesiae patronis, magnificis dominis de Réva, commodis procurandis insistentibus perquam celebris pace fuit coetus hic, quoad jesuitarum illecebris inductus Franciscus III. de Réva adversa attentare coepisset anno 1619. templum ornamentis spoliando. Resistentes oppidanos, ministrum et rectorem verberibus adfecit et filiam Priekopam avulsit, mox eodem anno in comitiis regni nomine eo reprehensus omnia reddebat. Anno 1622. ecclesia templum renovabat, coemeterium ex fundamentis erigebat, receptas campanas refundebat auxiliis praesertim Francisci de Réva senioris. Junior adversa effectuabat anno 1639. die 17. apr., qua ejecto pastore plebanum illocavit parochiae Martinum Jankovics. Extrusi nostri templo privatas domos cultus sacri peragendi causa adibant, donec ex decreto comitiorum anni 1647. per regios commissarios introductum templo et parochiae Martinum Rotarides, plebano dimisso, pastorem accepissent. Hac libertate confirmata ad annum 1672. perfruebantur, quo jussu superiorum centurio Lamm manu militum templum occupabat, minister autem Posonium citatus ad domi manendum absque officio subscripsit. Hic degentes nobiles in domibus suis per diaconum Michaelem Záborszky sacra perficiebant, saepe illos inhibente delegato judicio posoniensi, cui dum obsequium non praestitissent, anno 1673. die. 25. sept. criminis rei proclamati poenas accipiebant, quales fuerunt: Stephanus Zathureczky, Michael

eszenszky, Daniel Záborszky et Daniel de Szent Péter. Turbis ir egno vigentibus anno 1683. et 1705. reduxerant usum exerciti erum, lex relegavit eos Neczpálinum. Augusti Josephi II. beneficic ediit iis exoptata felicitas, sub quo anno 1784. oratorium aedifica unt pastoremque proprium sequuntur. Series ministrorum seu pa ochorum ista est : post Gosznoviczerum Thomas Vranka ad annum 595., ad annum 1602. Martinus Szlukonius*) ad annum 1607., Mi hael Bodovinus 1623., Andreas Carbonarius 1626., Michael Chme ius 1630., Georgius Zsáry 1633., Daniel Dubravius 1642., Georgius Kohács 1658., Martinus Rotarides 1661., Joannes Bombicenus 1665, am contubernii orator ex carmelita, 1667. Joannes Augustini 1683. Michael Záborszky anno 1688. pulsus, plebano inducto Joanne Pilko, iterum anno 1705. reductus ad annum 1709., Elias Felkonius ad ultimum anno 1710. die 12. jan. exilium. Anno 1784. die 4. mart nductus Andreas Plachy affiliatas simul Tomcsány, Draskócz, Ja nodnik, Bisztricska et Trebosztó administrat.

2) Mosóoz.

Oppidum itidem illustris familiae Réva, quae, ut supra d cuimus, hic evangelio hospitium dedit et docentes in schola et par chia aluit liberalissime. Aedes deo sacra magnificorum dominoru Petri et Francisci de Réva impensis anno 1598. fuit instaurat Reliqua fata ex successione pastorum ordine annorum sic compr henduntur : post Georgium Institoris alias Kramer, qui ecclesi praeerat anno 1570. seqq., succedebat ad annum mortis 1580. Ma thias Paulini, 1593. Hieronymus Thuroczenus, 1595. Joseph Basztianus**), 1600. Elias Lányi, tandem Solnae creatus superi tendens, 1608. Matthias Lochmann. Hujus conniventia rector schol Paulus Malus labe socinianismi plurimum nocuisset ecclesiae, n mature anno 1616. Bicsae in synodo errorum convictus auctorita regni palatini praesentis ex regno proscriptus fuisset. Anno 162 Georgius Zsáry, ab anno 1629. Georgius Grossmann summa pa administrabat sacra coetui, quoad anno 1639. mense apr. per don num magnificum Franciscum Réva romano-catholicum posterior p

*) Hornyánszkynál i. m. 121. l. S c h l u k o v i n u s.
**) Ugyanannál i. m. 140. l. B a s c e n u s.

rochia ejectus fuisset. Interturbati hic evangelici anno 1647. iterum regni auctoritate in plenum jus repositi sunt per regios commissarios qui die 4. maji dominum Matthiam Matthesium templo introduxerant. Sub pastoribus anno 1648. Laurentio Gallovics, anno 1659. Zacharia*) Hagara non amplius audebant domini terrestres turbare usum, nisi persecutione per totum regnum indicta, qua praefatus minister anno 1673. reversalibus subscripsit, libertates ecclesiae plebano resignatae. Anno demum 1683. sub motibus ecclesiani Esaiam Rotarides, iterum anno 1705. Martinum Nigrini, 1709. die 5. dec. templo ejectum, docentes audiebant. Eodem infortunio relegati Ivankofalvam gemebant tristes ad annum 1787., quo jure tolerantiae libertatibus donati ministrum Michaelem Baldovszky induxerunt, oratorium et alia aedificarunt.

3) **Tóth-Próna** (Szlovenszké Pravnó.)

Ab initio reformationis sub patrocinio terrestris dominii semper evangelica, ad decennalem persecutionem semper felix pace, hos numerabat germanicae et slavicae nationis pastores simul cum diaconis : anno 1576. Balthasarem Hodikius et Georgium Turek, anno 1580. Georgium Glosius et anno 1600. Danielem Rurichius, anno 1603. Casparum Chrjastel, anno 1615. Zachariam Jacobaei, anno 1610. Joannem**) Nicletius, anno 1633. Andream Reisius, anno 1646. Laurentium Gallovicsius, anno 1648. Joannem Burius, sub quo anno 1652. templum reparabatur, anno 1655. Martinum Cotericus***), anno 1662. Danielem Francisci, anno 1668. Joannem Hnilicenus, et 1670. Joannem Müller, anno 1683—1688. Eliam Felkonius, anno 1706. utriusque nationis Samuelem Nicletium, anno 1709. ultimus ejectus. De synodis hic celebratis legi potest reverendus Ribiny Memorab. p. I. p. 489.. Sub illustrissimis Osztrosith maxime florebant res ecclesiae et in oppido subditos assignatos parochia habuit. Ab anno 1783. iterum in jura exercitii reposita ecclesia ministrum Martinum Pán induxit, aedificia sacra posuit, plurimum manu munifica sublevante ecclesiam magnifica domina Eva Prónay nata Róth. Affiliatas possessiones habet : Bisztre, Hedviga, Jeszenov, Rudnó, Budis, Kelemenfalva et Liesznó.

*) Micae 129. l. : Martino.

**) Hornyanszkynál i. m. 227. l. : Daniel.

***) Ugyanott : Cotoecius.

4) Szuosán.

Adjacens fluvio Vág et parochiam littori ejus antea adp
per exundationes frequenter periculis obnoxiam habuit. Inh
bant hanc pastores evangelici : anno 1576. Petrus Bendinus,
Georgius Fabricius, 1596. Matthias Lochmann, 1614. Rap
Hrabecius, 1630. Paulus Szaladinus, 1633. Michael Sinapius,
Joannes Burius, 1668. decanus primarius Nicolaus Vaneczius.
sub illustrissimis dominis Nyáry, quorum Laurentius et Pet
templo sub decursum seculi decimi septimi humati jacent, et
gnificis Réva felices fuerunt pace. Illustrissimus Franciscus R
hanc turbare coepit anno 1639. Styavnicskam et Klicsén filia
ea abstrahendo, cui tentamini positum impedimentum anno 16
comitiis. Ingruente decennali persecutione Vaneczius pasto
anno 1670. Joanni Burius demortuo successit, exclusus templ
rochia oves nunquam deseruit, sub tumultibus iterum ill
templo, sacris operabatur, quoad per constitutiones cómitioli s
nyiensis anno 1705. illud romano-catholicis cedere debuit, a
facultate aedificandi novi. Id dum inter strepitus belli non lic
in Styavnicska hospitando ecclesiam procurabat fidelissimus p
Recenter anno 1784. sub ministro admisso Augustino Dol
inaugurarunt oratorium die 10. oct. posita inscriptione :

Iosephl seCVnDI regIs CaesarIs VIrtVte et eXeMpLo hI parIetes

Antea numerabat filiales : Lipócz dimidium, Klicsén, S
nicska, Podhrágy et Konszka.

5) Turán.

Sub protectione itidem illustrissimorum dominorum de
quorum ditionis est, et mature reformatum, et pacis dives fuit
pastoribus hujus occurrunt : anno 1580. Joannes Pazur**),
1606. Andreas Lochanides, anno 1612. Emericus Jancso, anno
Martinus Kurany, die 20. apr. anni 1639. per terrestrem dom
templo et parochia motus. Inducto plebano nostri ministerio

*) Ugyanannál i. m. 264. l. : M i c h a e l.
**) Ugyanannál i. m. 272. l. : G a z s ú r.

miae Paulini in domo privata continuabant usum; tandem anno 1647. 29. apr. per regios commissarios, dominos Georgium Draskóczy et Joannem Melegh, templo reddito, pastor inductus Joannes Bombicenus. Continuata pace praecrant ecclesiae: anno 1654. Elias Francisci, anno 1666. Stephanus Vitko. Hunc loco movit, coetum libertate privavit communis divexatio anno 1673.. Remiserat malum 1683. sub inducto Joanne Holéczy ministro et anno 1705. Joanne Andreade; verum sustulit lex anni 1681. et talem usum anno 1710.. Illucescente epocha tolerantiae incoiae hujates vix superarunt impedimenta obtinendae petitae libertatis posita per inclytum comitatum; unde nonnisi anno 1785. per ministrum Joannem Michalecz sacra inceperant continuantque. Affiliati sunt degentes in Suttó, Ratkó, Vrpellan, Kralovani et Nolcsó.

6) **Znio-Váralja** (Klástor.)

Praeposituram hanc praemonstratensium anno 1538. dominus Franciscus Nyáry eo jure, quo acceperat, vendidit illustrissimo Francisco Révay; in eadem, prout adjacentibus novem pagis, utpote: Lazan, Szlovan, Lesziakov, Valcsa, Szocsócz, Moskócz, Andrásova (Andrásfalva), Polereka et Vriczkó, repurgatum evangelium facile innotuerat. Usum et exercitium publicum archiepiscopus Olahus, praesertim tempore synodi hic habitae, anno 1558. turbabat. Paulo post iterum, mutato dominio, antequam tyrnaviensi collegio praepositura resignata fuisset, plenum religionis usum habebant nostri sub pastore Cherubino briznensi, ut clarum est ex Ind. ordin. vitteb. ad annum 1580.. Subintrantibus coenobium jesuitis, utpote anno 1556., statim struebantur mala lutheranis oppidanis et vicinis atque potentia anno 1588. templum váraljense occupatum, ritu romano-catholico consecratum, imo incolae trium etiam vicinarum possessionum ad sacra eadem traducti, quod fuse exponunt patres jesuitae in Annalibus S. J. prov. austr. l. 8. p. 378.. Bello Bocskayano anno 1604. hunc comitatum inundante, jesuitae dilapsi armis praevalentibus dominium cedere debebant, in quo reducebantur sacra lutheranorum, sub ministro Jacobo Sartoris et Georgio Domaniczeno, anno 1621. fraternitatis legibus subscripto. Et licet anno 1613. archiepiscopus Forgács sub administrationem suam pertraxerit dominium praepositurae, nihil tamen valuit odium

in nostros per regni status fideliter defensos. Post annos exilii viginti repositi sunt in dominium jesuitae atque exitium induxerunt nostris in perpetuum, ut legimus in Hist. univers. tyrnav. p. 20—28..

Sectio II.

De ecclesiis in vicis,

1) S. Andreas.

Templum adjacet arci Blatnicza, frequentatum antea in sacris ab evangelicis ex possessionibus Blatnicza, Diánfalva, Folkusfalva, Szebeszlov. Ex patronis de Réva decimo sexto seculo magnificus Joannes et consors ejus, Anna Bánfy in ecclesiam munifici fuere. Sequentibus temporibus possessores et vicissitudines variabant fata parochiae et speciatim anno 1639. Franciscus Réva occupaverat pro romano-catholicis; anno 1647. graviores licet in diaeta repraesentasset pro usu rationes, reddere debuit. Sub generali persecutione cum singulis et hujus interiit libertas, quam bis resumtam durantibus in regno motibus anno 1710. penitus amiserunt. Series pastorum ecclesiae nostrae fuit: anno 1584. Thomas Fabiani, 1616. Andreas Raksányi, anno 1628. Casparus Schrötter, anno 1647. Jeremias Paulovics, anno 1664. Andreas Boboczky usque ad annum 1683., anno 1685. Tobias Masnicius, anno 1705. Martinus Institoris, anno 1706. Andreas Valentini.

2) Béla.

Protegentibus dominis de Réva evangelii libertates, optime providebatur. Singularem in hanc curam et anno 1583. magnificus dominus Franciscus de Réva testabatur, filii sui Gabrielis paedagogum suis sumtibus Vittebergam pro assumendis sacris ordinibus, utpote Emericum Poluch exmittendo. Alter Franciscus anno 1639. superius templum ademit, quod dum nullum aliud in hoc angulo comitatus haberent romano-catholici, neque anno 1647. redditum fuit. Parochus noster tandem inferius tenebat et vigore articuli XII.

anni 1647. ex quarta parte proventuum parochialium vitam sustentabat, aliis partibus plebano adjudicatis. Decennali persecutione iterum singulis beneficiis nostri spoliati anno 1705. ad matrem Jeszen accesserant; tandem hac adempta anno 1715. in comitiis petebant restituendum templum minus, dum fuerit cum fundamentis per nostros aedificatum, neque sub persecutione ritu romano-catholico consecratum: verum perdita fuit talis opera. Usus exercitii continuatus evidens est ex ordine ministrorum. Post Poluchium in protocollis adsunt: anno 1637. Martinus Molenda, anno 1650. Ludovicus Kotrman, anno 1656. Joannes Szentkereszty, anno 1658. Michael Mensatoris seu Garazius, anno 1666. Joannes Andreades; ultimus ejectus.

3) Blatnioza.

Seculis prioribus parochum S. Andreae recognoscebat; illucescente tolerantia anno 1785. cum Diánfalva atque Folkusfalva, praescissa spe potiundi S. Andreae aedem, obtinuit templum in medio sui aedificatum, quod dominica XVI. trinitatis venerabilis senior, minister neczpalensis, Adamus Lacsny, cum pastore domestico, Jacobo Marschalko, anno 1786. sacris inaugurabant.

4) S. Georgii

Ecclesia seculo reformationis statim adversa fata pertulit. Jesuitae etenim, ut scribit Thomas Doroticius in Diario ad annum 1589. claustrenses in Thurócz saevire in pastores S. Georgii et S. Mariae acriter coeperant, anno 1590. templum occupabant, tandem 1591. per magnificum dominum Franciscum Réva vi illud et in Valcsa restituere coacti sunt feria s. Jacobi. Continuabant nostri religionis exercitium anno 1597. sub pastore Laurentio Nosakius, quamdiu? definire non invenio.

5) Háj.

Possessio urbi cremniciensi impignorata. Haec dum jam anno 1534. publicum exercitium sacrorum habuisset, mox obtentis subditis communicabat evangelium, imo longa serie annorum patronatum etiam fidelissime administrabat usque ad decennalem persecutionem. Fata felicia nata sunt ex successione etiam ministrorum, qui fuerant:

anno 1580. Thomas Csudlik, anno 1586. Venceslaus Sesták, a 1597. Daniel Lányi, anno 1615. Laurentius Bobalius, anno 16 Andreas Felkonius, anno 1663. Georgius Grossman, anno 16 Andreas Fitkonides. Hunc anno 1673. persecutio exulem fecit templum occupatum et singulae libertates collaps: e, út scribit Lu vicus Lucius pastor cremniciensis, De violenta in Hungar persecutione anno 1687. edita. Defluente seculo praeterito an 1684. Nicolao Nigrini, anno 1686. Tobiae Masnicio et anno 17 Andreae Blázy pastoribus administrationem sacrorum concredi rant; ultimus exul hospitio exceptus per dominum Alexandr Plathy in Divék usque ad annum 1715. in locis privatis subservie ecclesiae, morte ei abreptus. Alsó-Stubnya filialis fuit.

6) S. Helena (Diakova Czedron, Jordán földe.)

Mater ecclesia, cui additae filiales fuerunt: Draskócz, Zál utrumque Kelnik, Borova Szklabina, subarx pagi. Inter primos tronos illustris familiae Réva ramus, inhabitans arcem Szklabi favebat maxime plerumque eruditis pastoribus hujatibus, qui era anno 1570. Josephus, anno 1584. Melchior Eliae, anno 1599. G gius Schmidelius, anno 1615. Raphael Hrabecius, anno 1628. Jo nes Marklovszky, anno 1647. Andreas Institoris, anno 1657. Da Francisci, anno 1663. Andreas Fitkonides, anno 1666. Francis Zolnensis, anno 1667. Samuel Quetonius, anno 1683. Thomas F lis, anno 1705. Paulus Major, Emericus Rutkay anno 1709. pul Hic partim in Zábor, partim in Draskócz ad annum 1714. sa subserviebat coetui. Plurima mala ante decennalem persecutio intentabat huic ecclesiae magnificus dominus Franciscus Réva, lonos ad mutanda sacra in Szklabina jam anno 1619. carceri compellebat, anno 1639 pratum Rovno (Ravnya) nuncupatun Sz.-Márton pro plebano adplicuit. Regii commissarii anno 1 singula haec reducebant in bonum ordinem, ut fuse continent diaetae anni ejusdem. Hodie in praefatis pagis degentes evang adfiliati sunt matribus, plebanus S. Helenae parochiam tenet.

7) Jeszen (Kis- et Nagy-Jeszen.)

Nobilium Jeszenszky haeredium, quorum statim initio re mationis plerique eruditionis et repurgatae religionis ardore p

fuere, etiam parochiam constituebant. Parochi evangelici fuerant: 1584. Stephanus, anno 1607. Michael Bodovinus alias Bubelinus, anno 1609. Stephanus Coryli, 1618. Samuel Augustini, anno 1635. Georgius Rohács. Andreas Chrevenda anno 1647., Samuel Platani anno 1673. cum aliis communem patiebantur persecutionem templique ademptionem; sub tumultibus anno 1705. cum Béla simul adhaerebant pastori Jacobo Záborszky, degenti in Zábor, qui alternis vicibus ad nobilium domos in vicis his sacra agendo, usque ad annum 1714. ut nobilium pastor ecclesiam conservaverat, jussu regio cassatam. Jussu Josephi II. augusti obtinuerunt nagy-jeszenenses oratorii libertatem anno 1783., sequenti autem affiliationem Szklabinae, utriusque Kelnik, tandem Zábor et subarx, mox inducto pastore Paulo Tesslák, modo Bencsok.

8) Ivankofalva.

Ob afflicta pleraque loca vicina ab initiis primis amplior ecclesia, antequam in articularem, ut loquuntur, denominata fuisset, habuit pastores: anno 1578. Melchiorem Molitoris mosoviensem, anno 1611. Danielem Pilcium, anno 1640. Joannem Toranium, anno 1663. Joannem Bartholomaeides, qui sub persecutione reversalibus ad domi manendum subscribendo ab anno 1681. successorem habuit Andream Blázyum, anno 1714. Matthiam Polereczky et Jacobum Záborszky. Ob amplitudinem coetus ex medio comitatu influentis et duo pastores semper intertenti et oratorium amplius potissimum sumtibus dominae Susannae Raksányi aedificatum anno 1718.. Iniquitate temporum et malitia hominum, licet articulo 26. anni 1681. denominata fuerit Ivankofalva, anno 1709. templo privata Polereczkyum ad Dvorecz in exilium mittere debuit, qui dum usum continuarent, vi legum regni iterum in oratorium anno 1714. reductus fuit. Adversa reliqua fata horum tacemus. Hodie unus eis praecst Samuel Toperczer.

9) S. Maria

Cum filiabus amplam constituebat parochiam. Patronos nobiles Beniczky et Trnovszky habuit. Pastores, ut diaconos taceam, hos lego in protocollis: anno 1585. mortuus Joannes Mracsko, senior venerabilis fraternitatis, anno 1586. Michael Bodovinus, anno 1601.

Georgius Fabricius, anno 1612. Martinus Mokoschinus, anno 1620 Thomas Mokoschinus, anno 1622. Jacobus Elekseny, anno 1654. Martinus Hagara, anno 1658. Georgius Zsáry, qui anno 1673. per croatas ejectus exul in Transylvaniam recessit, anno 1683. Joannes Andreades, anno 1706. Paulus Salamonides, anno 1719. ultimus exul. Vexationes ecclesia haec ab anno 1589. propter jesuitarum vicinitatem multas pertulit, Nagy-Szocsócz ereptam per eos vidit, imo tanta accepit damna, quae amplius neque reddere licet. Filia ejus Pribócz jam mater audit.

10) S. Michael.

Possessio celebris gentis Nyáryanae, quae dum sacra evangelica mature recepit, idem fecerunt et subditi. Anno 1580. praefuisse ecclesiae In academia pragensi eruditum Georgium Fabricium, postea seniorem venerabilis fraternitatis meritissimum, supra occurrebat. Praecedenti seculo anno 1615. Basilius Fábri, anno 1620. Georgius Grossmann, anno 1626. Daniel Quetonius, anno 1673. Sartorius maxima in quiete docebant cum diaconis simul coetum hunc. Sub tumultibus Tökölyanis anno 1684. Joannem Paulini Rutka advectum inducebant templo; sub Rákóczyanis solum accipiebant locum pro aedificando oratorio atque cultum dirigente ministro Joanne Andreades ad annum 1709. perdurabant. Subjecti postea plebano solutionibus et vexationibus suberant subsuntque hucdum.

11) Neozpál.

A seculis tribus fere repurgatum evangelium amantibus terrestribus dominis, praeclara familia Justh genitis, hodie etiam celebris evangelica ecclesia. Ad fata hujus antiqua illustranda sufficit, notemus pastores: anno 1583. Casparus N.*) per latronem Paulum Sztruhár de Csernova necatus, anno 1609. Joachimus Fábri, anno 1603. Matthias**) Fabricius, anno 1616. Adamus Corodinus, anno 1618. Matthias Vietoris, anno 1629. Georgius Clementis, anno 1657. Joannes Felkonius, anno 1670. Andreas Szentkereszty; tandem de-

*) Hornyanszkynál i. m. 145. l.: D a v i d i s.
**) Ugyanott: A n d r e a s.

cennalis persecutio interturbare incepit ecclesiam; pro legali in comitatu definita recepit usum sub pastore Joanne Mittuch anno 1685., Joanne Buris 1699., in templo, quod et anno 1705., ministrum agente Joanne Bónis, intrabat, quoad illud anno 1709. per Jacobum Mokoschinum plebano cedere debuit. Exaedificato oratorio ob amplitudinem coetus praeerant semper duo pastores, dum porro amplius, ligneum quidem, anno 1752. positum fuisset. Adauctis ecclesiis in comitatu hoc uno contentatur docente.

12) S. Petrus.

Nobilibus de Réva potiori parte jure dominii obnoxia possessio, continua serie felix fuit in usu religionis exercitii ad generalem persecutionem. Intelligere id licet vel ex cathalogo pastorum, qui est sequens: anno 1580. Hieronymus Thuroczenus, 1587. Paulus Desericzky, anno 1597. Franciscus Lihany, anno 1621. M. Joannes Hrabecius, anno 1626. Joachimus Micho*), anno 1636. Matthias Reberus, anno 1655. Joannes Bombicenus, anno 1660. Nicolaus Kaszy**) reversalista, anno 1705. Georgius Antoni, pulsus anno 1709. cum omnibus libertatibus. Nobilis quidam in Trebosztó terras a matre ecclesia avellere voluisset, sed anno 1647. comitia regni inhibuerunt. Numerabat antea filias: Bisztricska, Zsámbokrét, Kostyán, Trebosztó et Benicz; modo affiliata ipsa est ad Szent-Márton quoad evangelicos.

13) Pribócz.

Filialis, seculis praeteritis, ad S. Mariam, anno 1640. minificentia dominorum Beniczky aedificaverat templum, quod etiam qua filiae ad annum 1673. in usu fuit. Anni hujus persecutione reclusum, sed nequaquam ritu romano-catholico consecratum, inde sub motibus pleno jure reoccupatum, per nostros possessum ad annum 1709., Initio tolerantiae plena spe fuerant, se gratia regis et libertates et usum templi prioris rehabituros; negatum eis posterius, concessum prius, instantibus nobilibus ex possessionibus Pribócz, Tarnó, Rakó,

*) Ugyanannál i. m. 209. l.: Matthias Michonides.

**) Ugyanott: Rafi; mindkét helyen hibásan: Rasy helyett. Micae 178. l.

Lehotka, Bálintfalva, qui primum pastorem Georgium Ribay d gerunt, cui successit Samuel Holéczy.

14) **Rutka.**

Felső et Alsó, nobilium de eadem habitatio. Hi purioris ctrinae amantissimi jam circa annum 1560. Matthiam Rechtitius, m ejusdem filium, ejusdem nominis, anno 1578. Vittebergae ordi tum, habebant pastores. Lipócz media pars filia hujus fuit, cu hospes decursu seculi magnificus Nicolaus Liptenszky de Kolov multum juvit ecclesiam, anno 1586. pastori, Jacobo Andreae s sumptibus adjunxit diaconum, Samuelem Nestinensem. Sequeban anno 1595. Thomas Fabianus, 1600, Georgius Diakovszky, an 1613. Joannes Hrabecius, 1621. Martinus Kurany, 1629. Andr Fabricius, 1648. Joannes Felkonius, 1657. Samuel Augustini, an 1673. Michael Záborszky, quem terror persecutionis ad reversa in domi manendum induxit. Tentabant adempti templi reoccup onem anno 1683. Joannem Paulini et 1685. Joannem Kevery, iter anno 1705. Joannem Bodorovinus pastores inducendo; usus tand per legem anno 1709. cessare debuit, solum in privata domo p tractus. In praesens affiliati permanent ad Zaturecz.

15) **Szklenó** (Glaserháj).

Ecclesia nationis germanicae sub cremniciensis urbis pr ctione, cum Háj eadem fere fata habuit felicissima. Protocolla pr cise pastores nominant. Anno 1610. Christ. Tostius, anno 1624. annes Nikelius, anno 1629. Zacharias Schöpferus, anno 1630. C parus Rügner, 1654. Samuel Francisci, anno 1657. Joannes N anno 1683. Michael Joannes Fridericus Schröck, anno 1708. Co nus exul anno 1710.. Ex his Neff et Corvinus ultima adversa p pessi ecclesiam magnis tentationibus reliquere, jam romano- tholicam.

16) **Stubnya.**

Inferior (Alsó Stubnya) et superior, utraque exigua tem habuit. Parochiam variabant. Initio superioris seculi Stubnyae rochi vocati, ut subscripsit legibus venerabilis fraternitatis ar

1610. Melchior Sorbiny, postea Alsó-Stubnyam habitatio translata constantior fuit. Pastores porro fuere : anno 1623. Joachimus Kinovius marchiacus, anno 1630. Andreas Zachei, anno 1640. Joannes Dulius, anno 1661. Tobias Stephani, anno 1665. Michael Marquard, anno 1669. Antonius Felner exul, anno 1684. Joannes Nostitius, anno 1705. Andreas Corvínus, anno 1708. Joannes Blázy anno 1710. pulsus cum omnibus religionis libertatibus.

17) Zathurecz.

Fuit anno 1639. constanter filialis ad S. Martinum. Eodem anno praecluso in matre per magnificum Franciscum Réva templo, hujates nobiles, item ex Tomcsány et Kossuth, anno 1640. die. 3. jun. inibant transactionem per inclytum comitatum ratihabitam, vigore cujus hic capellam exstruxerunt, parochiam proventibus liberaliter dotarunt, pastores Dubravium, mox Rotaridem ad Szent-Márton anno 1647. inductum alebant. Duravit usus hic ad annum 1665., sensim neglectus, neque anno 1681. confirmatus, utut potuerit per eos conservari. Pastor nobilium, ita jam anno 1674. vocatus, Michael Záborszky. Neque unquam ritu romano-catholico consecrata fuit illa capella, tamen Felkonius exul ex Szent-Márton in domo privata docere et ex eadem exesse debuit. In comitiis anni 1715. restituendum templum petebant nobiles; idem faciebant tempore pestiensis commissionis, sed in vanum, quoad illud petentibus etiam per augustum Josephum II. anno 1783. die 12. apr. aedificandi oratorii novi jus datum fuisset, quo recepto, domino Joanne Zathureczky promovente negotium, cum possessionibus Kossuth, Priekopa, utroque Vratek induxerunt pastorem Samuelem Milko.

Sectio III.

De ecclesiis aulicis nobilium

Frequentissimae matres ecclesiae necessitatem aulicarum in comitatu hoc sufferebant; nascentibus vexationibus hae quoque ordinabantur, ut sunt :

1) Blatnicza arx,

Quae praecluso vicino S. Andreae templo inducebat pro sacri agendis ministros. Superintendens Martinus Tarnóczy, redux al exilio 1682., ministerium et vitam hic deposuit. Tobias Masnicius circa annum 1686. itidem hic docuit. Ultimus anno 1710. Paulus Valentini, huc parochia S. Andreae recepta, per plebanum tenentem in pignore arcem, domino Paulo Ujfalusy concionabatur; relicta arce migravit cum domino ad Divék-Ujfalu.

2) Divék.

Praenobilis gentis Plathy castellum habet, in quo sub patrocinio domini Alexandri Plathy ex Háj pulsus ab anno 1709—1715. docuit Andreas Blázy, contra quem et alios nobilium concionatores multa moliebatur vicearchidiaconus Joannes Kardos, quoad mors venisset, nihil effecit.

3) Krpelan.

Nobilium Huszár haeredium; hi in domo sua sub persecutionibus aliquot annis ministerio Joannis Andreades utebantur etiam extraneorum cum solatio.

4) Lászlófalva.

Post annum 1673. jure nobilium induxerat in gremium si ministrum eoque utebatur ad annum 1713..

5) Mosócz.

Continet castellum illustri genti Réva proprium, quod initi hujus seculi possidebat spectabilis dominus Paulus Okolicsány Huc parochia ejectus anno 1709. die 5. dec. Martinus Nigrini i capellanum receptus in sacris praefuit incolis etiam ad annum 1718 quo jussu superiorum exire debuit, adurgente negotium pleban Matthia Hanzel.

6) Tóth-Próna.

In oppido hoc sublato publico exercitio initio hujus seculi aulicum constituit dominus spectabilis Paulus Okolicsányi. Conservabatur hujus usus ad annum 1714., ultro dum non licuisset, pietatis amans domina, Raksányi defuncti consors, ex articulari loco frequenter pastorem evocabat. Constrictae fuere statim et tales libertates.

7) Szklabina arx.

Ejectum parochia S. Helenae ministrum recepit; sacris anno 1710. Nicolaus Materini praefuit. Post hunc illustrissima Elisabetha Réva, vidua domini Petróczy dein illustrissimo Calisio nubens, Eliam Lányi, Joannem Stephanides, Jacobum Tubel, Franciscum Dovko, Eliam Felkoni et ultimum Michaelem Kolophon, plebis maxima cum aedificatione, pastores sustentabat. Anno 1734. patrona demortua filius aluit aliquantisper ministrum, quem paulo post ad Bicsiczam transtulit, arce autem per episcopum de Réva anno 1746. redempta, cessabat usus religionis.

8) Styavnicska.

Residentias magnificorum de Réva inaedificatas habet; in his illustris ramus familiae, religioni nostrae adhaerens, sub revolutionibus regni ejecta ex Szucsán sacra administranda voluit anno 1688. et 1705—1713. per pastorem antea in Szucsán, Vanecium. Postea illustrissimus Paulus de Réva cum magnifico Michaele de Réva, aulicum delegerunt Samuelem Mikoviny, Jacobum Záborszky et Michaelem Kolophon. Hic vexatus frequenter tandem cum illustrissimo Paulo ad Szklabinam transibat et anno 1758. successorem accepit in munere sacro Christianum Doleschal, qui exactis hic aliquot annis Nustyae relatum accipiebat, anno 1766. ultimum ex gente illustrissima evangelicae religionis amantissimum vitam finivisse.

9) Trebosztó.

Castellum, quod circa annum 1710. inhabitabat dominus Pe-

trus de Réva, hospitio etiam exceperat ad annum 1714. evangelii doctrinam, quam docuit Georgius Antoni, mox ad Neczpál evocatus.

Plura etiam loca fuere, in quibus privatus usus exercitii religionis inductus viguit; facta illorum mentio in parte generali, quare non repetimus eadem.

IX.

COMITATUS ZOLIENSIS.

Pars generalis.

§. I. Lumen veritatis evangelicae statim circa ,annum 152[illegible] hic propagari coepit, et quidem in liberis montanisque civitatibu primum*). Lutherus pro eo, quo fuit in religionem amore, accepti relationibus de talibus initiis, spem in bonitate reginae Hungaria Mariae, quae dominium in hoc comitatu tenebat, locando, mox ani 1526. ad loca, in quibus germanica lingva usu obtinet, praecon evangelii mittebat, speciatim Libetham, Vallem dominorum, Carp nam. Ab his illuxit lux in aliis etiam locis et coena domini si utraque specie distributa fuit in locis privati exercitii religionis, qu tam profusam in animis bonorum concitavit voluptatem, ut publi saepe laudes Luthero dixerint insonando: „Vive! vive! mi Luthe cuncti tibi dicunt χαιρε, veritatis speculum**)". Lusum ex progres tali instituit Stephanus Báchmegyei, nostrae aetatis scriptor, „metallifossores" inquit, „ex Germania in Hungariam evocati, L theri jam sectatores, mirum quantum doctrinam ejus in monta civitatibus promovebant***)." Ex reformatoribus, quos erudere licuit, diligentes fuerant: Nicolaus, libethensium martyr, Nicol Lansman chrysoreotanus, Bartholomaeus, Joannes Zeisel, Anton

*) Vid. M. Daniel. Lányi Igneae veritatis columna pars I. in praefat. edit. anni 1654..

**) Testis est Christ. Schroeter in Diploide ad Scheiderum a 1534. scripta, in qua, Cremnicio transvectus Cibinium, Achatium pastor cremniciensem a quibusdam opinionibus abducere proposuerat. Originale jus igne interiit apud perillustrem dominum Andream Czemanka thuroczi sem. Plura testimonia inferius sequentur.

***) Vid. ejus Otia typis edita in 8. p. 623..

Philadelphi, Georgius senior Lovcsányi, in suis ecclesiis infra producendi. Initiavit horum opera deus sacris repurgatis tantam multitudinem, quae jam anno 1534. publicum cultum divinum ritu evangelicorum in montanis civitatibus inchoandum constituebat*). Reliqua pars comitatus incolarum non ita facile audebat rejicere dominatum antiqui cleri quoad rex Ferdinandus vixisset; sensim tamen emortuis plebanis coepta reformatio progrediebatur atque circa annum 1565. per integrum comitatum fuit perfecta, promoventibus eam reginae Mariae bonorum praefectis, domino Nicolao Prosenovsky et Wolfgango a Pucheim, supremo comitatus comite**) et praesertim domino Petro Bornemisza, multorum magnatum et nobilium evangelico doctore, qui sub tutela illustrissimi Joannis Balassa in his partibus reformabat***).

§. 2. Post editam septem civitatum montanarum confessionem fidei, Ferdinando II. atque archiepiscopo strigoniensi Olaho anno 1559. exhibitam†), minae adversariorum tepescebant in hoc etiam comitatu. Et quum jam multae familiae praenobiles, inter quas Radvinszkyanorum, Osztroluczkyorum, Stöckeliorum, Scosiorum celeberrimae, sacris repurgatis assentirentur, habebat quo fulciatur in pace religio. Praesertim contulit id permultum ad stabiliendum ordinem ecclesiae, quod illustrissimus dominus Joannes Balassa††), Zolii et montanarum urbium praefectus simulque comitatus comes, circa annum 1561. inchoando, multis annis partibus his praepositus, rei sacrae singularis protector fuerit. His annuentibus libere conventus suos celebrabant ministri et quaecunque ad cultum vitae, religionis et pietatis pertinebant, constituebant. Sub praesidio seniorum, seu ut moris erat loqui, vicearchidiaconorum, qui ad normam legum suarum anno 1569., 1574., 1577. et saepe iterum revisarum actiones tales regere in praescripto accipiebant, nihil amplius postulabatur

*) Hunc esse annum inchoati exercitii religionis in montanis septem civitatibus ex instituto fide dignis testimoniis docebimus in honthensi.

**) Vide de his Libertinii Notitiam comitum de Zólyom part. II..

***) Vid. ejusdem tractatum de Tentatione edit. an. 1579. ubi tradit memoriae p. 864. Veterosolio se anno 1564. Viennam ad caesarem citatum esse propter religionem.

†) Confer Tolerantiam seculi XVI. meam p. 24., 25..

††) Vide de hoc plura in comitatu posoniensi ad Tyrnaviam.

ad felicitatem talem externam, quam ut publica regni auctoritate libertas illa firmetur. Maximilianus II. rex nitebatur quidem prodesse paci religionis, quod ex intimato anno 1567. ad neosolienses quoque exmisso*) clarum est: ast non prius, quam pace viennensi, in publicas regni leges relata, anno 1608. firmatum habere licuit fundamentum pacis exercitii religionis. Huic et zoliensis comitatus evangelici in nixi numerum ecclesiarum et templorum augebant, juris dictioni cleri romano-catholici subtracti, novi regiminis ecclesiastici formam in synodo solnensi anno 1610. celebrata, cui dominus Benedictus Gyürky, Nicolaus Benkovics, reverendi Samuel Melikius, pastor briznensis, Elias Tornarius, lipcsensis, intererant**), adoptabant et ut pro brevitate nostri instituti exprimam, ultra medium tardem seculum, per integram fere oram comitatus, omnibus perfruebantur religionis florentis libertatibus in singulis, quas adferam ecclesiis. Talis usus incitaverat gratum animum zoliensium ad celebrandas publice laudes dei, quod fecerunt praesertim jubilaeo reformationis. In consessu Neosolii anno 1617. 9. oct. habito, superintendens Samuel Melikius die proxime sequentis mensis 11. et 12 solennitati illi interfuit, in consessu superintendentum Moschoviae habito definitos ordines publicavit et tandem illa, qua decuit, pietate singulis in ecclesiis sacrum illud perficiendum curavit. Civitates montanae speciatim suae quaevis repurgationis sacrorum memoriam etiam celebrabant.

§. 3. Orientem lucem evangelii in hoc comitatu etiam statim atra nubes persecutionis obumbrabat. Dedit occasionem malo tumultus metallifossorum ob non exsolutam mercedem regi Joanni servire nolentium. Rex per literas camerae neosoliensis incitatus mittit dominum Michaelem Szoby, Stephanum Magócsy et Casparum Rátkay simul cum manu militum. Hi revisioni causae intenti relatum accipiunt, haeresim Libethae auctam esse originem mali; quare senatum ad judicium evocant, ad dogmata ejuranda adigunt. Ministrum Nicolaum cives ad loca tutiora transpositum, territi judicibus, itidem statuunt simul cum docente scholastico. Hunc constanter insistentem haeresi morti adjudicant judices atque circa Vetusolium igne cre-

*) Vid. ven. Ribiny in Memorab. aug.. conf. p. I. p. 207.. Quod idem est. —

**) Acta synodi solnensis typis edita anno 1708. in 4..

mant; pastorem ad regem deducendum statuunt. Ad castellum ad Dobronam progressi, audito rumore de adpropinquante exercitu caesaris, et Nicolaum rogo comburendum mandant, qui patiens Christo animam anno 1527. feria Bartholomaei efflavit, ut consignaverat Stöckelius teste Petro Petschi in P e n n i c u l o edit. an. 1612. p. 9. seqq.*). Haec initia erant odii in religionem per venerabilem clerum incensi. Gliscebat ignem ille et post haec frequentius, maxime dum archiepiscopus Olahus a rege Ferdinando I. potestatem accepisset coercendi concionatores et nemini praelatorum adprobatos**). Vexationes inde natas septem montanarum civitatum in comitatu honthensi dabimus; testimonium divi Melanchthon de his addere placet: „Rex Ferdinandus“ inquit, „duos episcopos italicos misit in oppida metallica Pannoniae ad turbandas ecclesias, in quibus sonat vox evangelii, sed consensu communi confessio exhibita est et denuntiatum, ne hunc consensum turbarent, ita rursus discesserunt***)“ Terror, quem inquisitiones archiepiscopi multorum in animo produxerant, sane non paucos et ex zoliensibus plebanis ab inquisitione et confessione veritatis abduxerat; modus etenim et exitus convocationis apud thuroczienses Váraljae per archiepiscopum anno 1558. celebratae ille tristis fuit, ut qui subscribere noluerit decretis praelati, carceribus mancipetur. Hac ratione, ubi potuit, venerabilis clerus ponebat impedimenta in zoliensium reformatione, quoad rex Maximilianus modum posuisset†). Quare ingressus archiepiscopus aliam viam, coepta sua perficere volens per jesuitas in Hungariam inductos. Quamprimum initio seculi prioris jesuitae dominium in possessione comitatus hujus Szjelnicza dicta, consecuti sunt, statim nova moliebantur mala evangelicis. Initio repressi sunt a tentamine, mox tamen iterum circa annum 1618. aperte vim subditis szjelniczensibus inferebant††) templum eis adimendo, ut infra dicemus. Procedente tempore iidem comitem Ladislaum Csáky, dominum in

*) Adduxit relationem hanc et ven. Ribiny l. c. p. 19.. Repetii brevissime additis circumstantiis facti ex eo aevo Leonhardo Stöckelio teste adductis.

**) Ven. Ribiny l. c. p. I. p. 131..

***) Philippus Melanchton E p i s t. l. II. p. 225. ita scribit ad principem saxonicum.

†) Vid. Ribiny l. c. p. I. p. 196..

††) Conf. acta diaetae anni 1647..

Végles, ad intentandas persecutiones subditorum circa annum 163[illegible] et seqq. inducebant, quibus ad annum 1646. subjecti fuerant, qu[illegible] per regios commissarios repositos esse in pristinam libertatem, ho- rum relatio, data in comitiis, ita loquitur : „Tandem ad facies qua- tuor templorum in bonis arcis Végles per magnificum dominum co- mitem Ladislaum de Csák et officiales suos ab evangelicis illis mo- tibus occupatorum, oppidi videlicet Nagy-Szalatna, deinde possessio- num Zolna, Ocsova et Cserény vocatarum procedentes eadem templ[illegible] et cum aliis pertinentiis praefatae evangelicae professionis hominibu[illegible] restituimus.“ Post haec etiam frequenter praefati comitis bonorum praefectus, dominus Joannes Aknay, alias subditis dictis creab[illegible] molestias ob religionem. Circa idem tempus in dominio lipcsen consors magnifici Joannis Listhius vexare incipiebat ministros, d cimas eis percipere non admittendo, quorum querelam in actis c[illegible] mitiorum anni 1665. status regni evangelici proposuerant. Levior bus tentationibus evangelicorum praetermissis, attingendae sun gravissimae. Magnae illius in Hungaria per decennium durant persecutionis in comitatu hoc initium fuit Neosolii. Insperate eveni Anno 1672. mensis nov. die 18. redux ex comitatu arvensi, ubi p[illegible] Picam excitatum tumultum sedabat, dux belli, illustrissimus Sporc[illegible] intempesta nocte per comitem a Lesle templum arcense occupavit*) Tentabat idem in transitu et Carponae, sed vigilantibus civibus te[illegible] tamen jesuitarum neque armis tunc effectuari potuit. Quo propos tum minori cum strepitu procedat, pastores lutherani primum ani 1673. citantur ad posoniense delegatum judicium , comparueru[illegible] plerique, mox variis territi, alii reversalibus ad domi manendum sii officio, nonnulli reversalibus ad exilium subscribunt, imo constant carceribus mancipantur, ad triremes tandem potius abeunt, quam suspicionem criminis laesae majestatis perferant, non convicti r cognoscant**). Quid specialiter civitatum montanarum pastores cives in his adflictionibus egerint, in comitatus honthensis par generali observatum est. Amotis pastoribus datur in manda[illegible] Posonio, militibus hic agentibus sub duce Collalto singula temp occupentur : jam nullo resistente procedebat tristis executio, prom

*) Fusius refert Joannes Sexti in Animadversionibus suis 48.. seqq..

**) Conf. Captivitas M Georgii Lányi edit. an. 1776.

ventibus jesuitis, domino Joanelli camerae praefecto et in singulis dominiis variis officia gerentibus. Anno 1674. decurrente nullius ex 36. templis usum habebant evangelici in hoc comitatu; triste pro tot millibus animarum fatum! Neque desinebat in his vis persecutionis, sed tantae orbatis pastoribus multiplicabantur miseriae, quas recogitando horret animus *). Excitati consiliis spectabilium dominorum Radvanszky et Gerbard plerique levamen quaesiverant, ante soproniensia comitia, in reducto usu privato exercitii, in quo sub comitiis ipsis quoque anno 1681. perseverabant, utpote: Radvány, Lipcsa cum Podkonicz et Hriadel, Pojnik cum Muolcsa et Dobronyiva, Szász cum Pelsőcz, Babina (Bábaszék), Nagy-Szalatna, Ocsova oppida; item possessiones: Hajnik, Ribár, Badin, Felső- et Alsó-Micsinye, Felső-Lehota cum Lopej, Dubova, Szent-András, Predajna, Szelecz, Osztrolúka cum Baczur, Garan-Berzencze et Kozelnik, Hrochot, Háj ex principio in lege anni 1681. posito dum fuerint in actuali usu anno normativo, utique retinere eum adnitebantur, sopitis Tökölyanis motibus, imo et stante pestiensi commissione **); verum praefatae diaetae articulus 26. Osztrolúkam et Garansseg, admisso neosolicnsibus etiam usu, pro articularibus ecclesiis nominando, omnes alias sufferendas jussit ***). Quantas tandem commissio 1688. Erdődyana, anno 1699. Borsiczkyana et aliae intendebant vexationes evangelicorum in his partibus, in Historia diplomatica §. 184. et seqq. legere licet. Nominatim commissarius regius dominus Thomas Beniczky et praeses schemniciensis camerae dominus Joannes Wichter, in multis locis divexabant nostros, Joannem Simonides ex castello Gerhardiano királyfalvensi, imo ex comitatu exturbabant. Multum turbati evangelici iterum lege admissum levamen arripiunt, in curias nobilium collocando pastores, quales fuerant: Vetusolii in domo Radvanszkyana, Lipcsae in curia Guthiana, Szelecz in curia familiae Szeleczky, in Radvány in castello, in Szász in curia dominorum Kovács, Breznobányae in domo privata. Brevis fuit et hujus libertatis usus ****). Supplices dein

*) Synopsis harum continetur in Memoriali M. Leopoldo imperatori anno 1681. die 22. jun. exhibito, quod exstat in Historia diplomatica p. 87..

**) Vide acta pestiensis commissionis, in quibus id legitime demonstratum occurrit.

***) Sub motibus Tökölyanis et Rákóczyanis vicissitudines ecclesiarum poenitet adducere.

****) Abrogationis causas habet ven' Ribiny p. II. p. 70..

saepe in comitiis et ad thronum regium veniebant praesertim regi civitates Vetusolium, Libetha et Brezno, articulo 26. 1681. quos exercitii libertatem comprehensae: verum perdita opera, imo dies adflictiones auctae †), quoad illuxisset exoptata tolerantia p Josephum II. augustum. Haec quantis ecclesiis comitatum hu auxit, dicetur inferius.

§. 4. Sub jurisdictione venerabilis cleri romano-catholici m nistri evangelicarum ecclesiarum per decursum seculi XVI. gem bant, id solum in libertate habendo, tres e medio sui candidat praesentent archidiacono, ex quibus unum nominabat vicearchidi conum, per quem cathedraticum et alias pensiones quotannis a n stris recipiebat. Hic in reliquo ad normam legum venerabilis fr ternitatis libere cum suis assessoribus seu decanis singulas past rum dirigebat actiones debitumque in omnibus foris habuit resp ctum et quod auctoritatem officio evangelii externam causabat, n xum amicum cum venerabili fraternitate septem montanarum civ tatum fovebat, quarum etiam confessioni nomine fratrum semp subscribebat. Tales e tenebris protractos hos nominare licet: ann 1576. Thomas Privídi pastor in Hajnik, quem excipiebant ann 1583. Bartholomaeus Ocsovszky, pastor radvanensis, cujus test moniis ornati candidati ministerii multi Vittebergae et Brigae cor paruerant; anno 1588. Andreas Szoczovszky pastor briznensis, su quo protocollon venerabilis fraternitatis inchoatum usui nobis est anno 1599. Joannes Jacobaei pastor in Szelecz, dein Neosolii. H disponente comite regni palatino, domino Georgio Thurzó, ann 1609. 20. jun. in convocatione supra nominatos utriusque ordin viros Solnam ad synodum plena potestate tractandi res ecclesi expediebat. Ibi decretis et confirmatis legibus novae administrati nis ecclesiasticae partibus bis, utpote in comitatibus Thurócz, Ne grád, Zólyom et Honth datus est superintendens unus. Potestate h instructi dum potiori ex parte hunc inhabitabant comitatum, h conservabimus eorum memoriam. Regebat ecclesiam in dictis c mitatibus:

†) Quanta fuit persecutio jesuitica nostra aetate praesertim in po sessione Lucsatin, intimatum regium anno 1766. illam sistens loquitur.

I. Samuel Melikius.

Natus Samuele Melikio pastore in Vazsecz, Kosmarkini et Iglaviae didicit scientias sacras, quibus perpolitus functionem scholasticam in variis locis diligenter administrabat, quoad anno 1579. in diaconum briznensem per reverendum Andream Szoczovszky delectus, Vittebergam ministerii suscipiendi causa missus fuisset. Anno 1595. presbyteri munus consequebatur, quo tanta cum fidelitate defungebatur, ut consensu omnium in synodo solnensi dignus habitus sit superintendentis dignitate. Hanc integro decennio sustinebat magna cum utilitate coetus evangelici, visitationem instituendo defectus emendabat, sacri ministerii potestatem 60. personis manu sua compertiebatur, tandem anno 1620. magno cum dolore omnium terrae inhumatus *).

II. Melohior Rohácsius.

Samuelem sequebatur, patria martinopolitanus. Initio seculi XVI., utpote anno 1610. ex rectoratu eperjensi Teuto-Lipcsam ad pastoris, et mox anno 1613. senioris etiam officium evocatus, cognitus briznensibus, anno 1620. in locum Melikii substituebatur, imo statim per districtus vota et superintendens renuntiatus fuit. Erat vir magnae prudentiae et eloquentiae. hanc die 16. jan. anno 1622. in arce Árva comitem Emericum Thurzó sacro sermone sepeliendo multis probavit. Pestis sept. mense eodem anno e numero vivorum magnae utilitatis virum surripuit, Briznae sepultum **).

III. Petrus Sexti

In Felső-Sajó, Oláhpatak, Csetnek pastor et anno 1612. venerabilis fraternitatis gömöriensis senior. In comitiis neosoliensibus anno 1620. praesens comiti Georgio Széchy intimus factus ad dubioviensem hujus comitatus ecclesiam transponitur, anno 1623. in martinopolitana synodo absens in superintendentem delectus, dominica Quinquagesima per superintendentem Joannem Hodikium Bicsae in ea dignitate confirmatus est. Briznenses statim suum denominant pa-

*) Láss többet róla: Monumenta evang. aug. conf. in Hung. historica I. k. 25. — 27. ll..

**) V. ö. ugyanott 27. — 29. ll..

storem atque eo cum singulis ecclesiis, quibus magna prud*entia* praeerat, perfruebantur ad annum mortis 1634. Ordinavit min*istros* numero 69. *).

IV. M. Gregorius Lányi.

Eliae Lányi superintendentis filius. Redux Vitteberga, ubi sumptibus comitis Georgii Thurzó vitam aluit, scholae bicsensi, mox solnensi praefuit. Anno 1620. pastor arcis Árva, anno 1626. rajeczensis, anno 1634. vetusoliensis factus, mox anno 1635. superintendens per praefatum Hodikium consecratus, administratione gravis officii inclaruit. Briznenses asveti dignitate tali eminentibus viris, anno 1643. in civitatem suam hunc etiam transportarunt. Morbis et laboribus fatigatus anno 1653. die 11. sept. funere est elatus postquam 144. pastores et Zachariam fratrem et Joachimum Kalinka superintendentes renuntiasset **).

V. Martinus Spetko

Anno 1599. Bajmóczii natus, zsernoviczensis primum, deinde bozókiensium pastor, anno 1654. 10. jan. in synodo Tóth-Prónae sumptibus magnificorum dominorum Pauli et Matthiae Osztrosith convocata, per superintendentes Kalinkium atque Dubravium in dignitate superintendentis confirmatus fuit. Defunctus officio magna cum fidelitate, brevissimo termino, anno nempe 1655. die 25. sept. sepultus est in templo bozokiensi ***).

VI. David Lányi.

Prognatus patre Daniele Lányi hájensi pastore 1618., rector scholae prividiensis, exercuit scientias tandem Dobronae, Prividiae ultimo anno 1653. Breznobányae delectus, anno 1656. constituebatur superintendens in synodo ludányensi per reverendissimum Joachimum Kalinka inauguratus. Ecclesias visitando, ordines restaurando, pastores aperte monendo saluti ecclesiarum plurimum profuit, quoad anno 1669. ad quietem aeternam reponeretur. Laudes

*) V. ö. ugyanott 29. — 30. ll..
**) V. ö. ugyanott 31. — 32. ll..
***) V. ö. ugyanott 32. — 34. ll..

ei dixit oratione funebri Joannes Simonides edita typis Leutschoviae †).

VII. Georgius Zabojnik

Thurócziensis, pastor in Bozók, anno 1669. die 5. dec. Tóth-Prónae iterum ritu apostolico in superintendentem consecratus. Initio muneris visitaverat ecclesiam rikincsiczensem (Rakoncza), ubi per turcas captus, nisi affabili oratione se liberare scivisset, devenisset in adversitates. Anno 1671. 12. mart. per archiepiscopum strigoniensem, jam arcis Bozók possessorem, parochia ejectus, apud dominam Annam Ujfalusy Carponae in exilio anno 1672. 12. maji decessit atque clausit felicem superintendentum quatuor comitatuum epocham *).

Ab anno mortis Zabojnikii tristissimam habuit districtus hic faciem sub persecutionibus, propter quas ad annum 1704. superintendente destitutus ad unum in Hungaria residuum Zabelerum cum candidatis ministerii recurrere necessum habuit. Ineunte hoc seculo patroni ecclesiarum harum partium, praesertim dirigente coepta illustrissimo barone Joanne ab Hellenbach, cum quibusdam pastoribus in ecclesia cseriensi conventum celebrant atque communibus votis superintendens pro comitatibus zoliensi, barschiensi, neogradensii et nagy-honthensi et thurocziensi deligitur et 29. maji per venerabilem Joannem Simonides consecratur

VIII. Stephanus Pilárik.

Pastor ecclesiae schemniciensis in synodo Rosenbergae cum aliis praesens, nitebatur optime de rebus ecclesiae mereri; verum statim anno 1710. peste fuit sublatus **).

Durantibus revolutionibus adflictae patriae, non prius licuit harum partium evangelicis post illum etiam de constituendo agere superintendente, quam dum publicata fuisset anno 1731. Caroli VI. regia de admittendis quatuor superintendentibus voluntas. Hujus vi praesentes quidam ex praenobilibus Posonii deliberabant de terminis quatuor superintendentiarum atque communicatis consiliis con-

†) V. ö. ugyanott 34. — 57. ll.

*) V. ö. ugyanott 37. — 39. ll.

**) V. ö. ugyanott 96. — 98. ll.

stituunt unam montanam seu districtum medium. Inter alias pertinent ad eandem zoliensis, nagy-honthensis, barschiensis, neogradiensis et pestiensis comitatuum ecclesiae, quibus pluralitate votorum datus est superintendens, in serie nostri comitatus superintendentiae

IX. Samuel Michaelides.

Anno 1732. die 22. nov. Garanszeghini in tali officio confirmatus. Ab anno 1696. Brezoviae apud nitrienses, ab anno 1701. Neosolii sacrum sustinuit officium. Magni hujus viri labores magnos ferunt fructus apud slavicam nationem, ut alii adnotarunt, praesertim clarissimus Vallaszky in Conspectu litt. hist. p. 216*). Annos natus 66. decessit 1740. 22. nov. †).

X. Jeremias Pilárik

Natus Dobronae, patre ejusdem nominis pastore ecclesiae. Redux Vitteberga anno 1717. gutensibus fuit a sacris, tandem teszériensibus, ultimo dacso-lamensibus. Hic existens anno 1741. 27. aug. in superintendentem constitutus vix mereri coepit de dignitate sua, jam anno 1743. terrae est illatus *).

XI. Samuel Hruskovics.

Carponensis, Vittebergae in scientiis eruditus apud maróthenses per duos et decem annos, ab anno 1732. Neosolii slavos, tandem germanos fideliter docuit. Dignitas superintendentis anno 1745. 22. jan. Garanszeghini est eidem collata, dirigente actum spectabili domino Georgio Radvánszky, districtus inspectore. Brevis ei fuit usus officii, is quidem satis multis calamitatibus involutus. Propter visitationem ecclesiarum neogradiensium ab officio anno 1747. suspensus, Posonium ad rationem factorum dandam citatus bis, licet crimine absolutus fuerit, tamen ita vicissitudinibus illis conficiebatur, praesertim quod legere debuerit intimato regio anno 1748. 10. maji emanato interdictam esse visitationem, ut anno eodem vivere desierit **).

*) A második kiadásban 298. l..

†) V. ö. Monumenta evang. st. I. k. 143. — 149. ll..

*) V. ö. ugyanott 149. - · 151. ll..

**) V. ö. ugyanott 151. — 155. ll..

XII. Andreas Hieronymus Fridelí.

Natus Puchoviae, pastor in ecclesia Garanszegh, anno 1749. ralitate votorum in superintendentem delectus. In maxime sub- discrimine rerum ecclesiasticarum prudenter gessit officium, nper prius collatis cum praecipuis viris politicis consiliis, prohi- us a visitatione privatim casus varios definiendo ad annum 1766. › apopl›xiae ictu terminavit vitam.

XIII. Michael Pohl.

Natus in comitatu castriferrei, studia Vittebergae excoluit, le redux Neczpalini scholam per triennium, ab anno 1731. ec- siam docuit. Hinc ad neogradienses anno 1739., mox osztrolu- ›nses translatus anno 1741. ministerium regio jussu deposuit. st septem annorum silentium; opera spectabilis Prónay relaxatus ›na, acsensium pastor delectus fuit. Quam praclarus fuerit illinc ligas, quod anno 1766. primus in comitatu pestiensi superinten- ›s pronuntiabatur. Quanta fidelitate praefuit dignitati, marmor ›ulchri anno 1778. positus Acsae exhibet, legatum pium, quod iquit, caritatem testatur *).

XIV. Joannes Csernanszky

Ejusdem nominis patre ministro genitus studia Jenae perco- t. Redux in aula spectabilis domini Tihanyi instructor, tandem rtösiensis, csankensis, schemniciensis ecclesiarum pastor fuit. ıdio praefati domini in szemerédiensi conventu die 15. jul. anno 78. superintendens proclamatus. Dum optime promereri satage- t, moderamine non observato, incurrit poenam, sub qua officio jectus moerore animi decessit.

XV. Michael Szinovics

Pluralitate votorum superintendentiae montanae moderator, no 1784. Neosolii inauguratus, actu praeest. Feliciter!

*) Külföldi egyetemeken tanuló ifjaink számára ösztöndijt s papi özv- gyek számára segélyező tőkét alapitott. Lásd: Bartholomaeides: M e- › r i a e u n g a r o r u m st. 220. l.

§. 5. Magnum superintendentum negotium indigebat in singulis districtibus viris, qui sibi attributa per ecclesiam jurisdictione auxilio sint in administratione; quam ob causam juribus et more antea solitis, per constitutiones synodi solnensis seniores in hoc etiam comitatu confirmati sunt, fine quidem praecipue illo, ne pristinae dignitati eorum quidquam derogetur et superintendens negotiorum multitudine obruatur. Singulas causas minores ad normam legum suarum seniores definiebant, ita exposcente necessitate adhibitis simul personis politicis jurisperitis, a quorum judiciali decisione ad forum superintendentis nunquam ulterius adpellare licuit in causis ecclesiasticis*). Seniores ministerii seculo praecedenti plerumque in congregationibus praesentibus, quibus erat potestas candidandi, ministrorum votis deligebantur; hac aetate inhibiti similibus conventibus per ecclesiarum suffragia constituuntur.

Fuerant sub regimine reformato seniores:

Anno 1606. Joannes Jacobaei pastor ecclesiae neosoliensis.
1612. Elias Tornarius pastor lipcsensis.
1615. Andreas Kapirius hajnicensis, tandem dubo viensis pastor.
1620. Andreas Bartasovicz pastor vetusoliensis.
1626. Joannes Kalinka pastor radvanensis.
1636. Georgius Kalinka pastor szeleczensis.
1640. Gabriel Piscatoris pastor lipcsensis.
1669. Severinus Scultéti pastor szeleczensis.
1671. Joannes Milochovinus pastor briznensis et post exilium,
1705. Joannes Zelenka pastor vetusoliensis.

Abrogatis ecclesiis jussu regio, tres residuae subordinationem fraternitatis reducere nolebant; tandem anno 1783. auctis clementia Josephi II. augusti pastoribus, venerabilis Michael Szinovicz datus illis senior; mox eodem ad superintendentis dignitatem elevato anno 1784. Andreas Sztruhár, pastor vetusoliensis, mortuo eodem venerabilis Licy suffectus hoc tempore praeest.

Jam ad singulas ecclesias brevissime ex protocollis, actis diaetarum et aliis documentis describendas avocamur instituto.

---

*) Vide acta synodi solnensis et articulos fraternitatis zoliensis in celeb. Ribiny p. I. p. 529..

§. 6. Attollente caput repurgata religione, statim et literae in hoc comitatu assurgebant. Has alebant et amplificabant beneficentia sua praesertim

1) Neosolium.

Hic altiora studia seculo XVI. docentes memoriae traditi sunt per discipulos in Indd. ord. vitteb., ex quibus tres meminisse modo sufficiat, utpote: clarissimum Abrahamum Schreml, M. Balthasarum Hensch et Georgium Simonides scholae rectores. Seculo septimo et decimo usque ad persecutionem decennalem isto ordine surrogabantur: anno 1602. M. Nathanael Glorinus, anno 1617. Joannes Pinnerus *), 1619. Martinus Kreuschelius, anno 1622. M. Joachimus Nanticovius, anno 1624. Thomas Wagner, anno 1626. M. Daniel Tiefenbacher, anno 1628. M. Joannes Kircherus, anno 1640. Joannes Duchon, anno 1646. Joannes Moller, anno 1649. M. Joannes Gracza, anno 1659. Elias Kreuschel, anno 1662. M. Joannes Heinselius, M. Matthias Stürzer anno 1668., anno 1685. M. Thomas Steller, Paulus Felicides, Joannes Burius, Joannes **) Pilárik, Matthias Bél, Joannes Major, Paulus Simonides; reliquos hujus seculi habet venerabilis Ribiny l. c. et restrictionis musarum fata observat, quare desinimus.

2) Vetusolium.

Inter rectores celebris scholae noti sunt: anno 1580. Elias Vodidanus ***), anno 1588. Martinus Chudicius †), anno 1620. Nicolaus Molitoris, Isacus Abrahamides, anno 1637. Daniel Remenius anno 1640. Michael Mascovius, anno 1650. M. Joannes Kanka, nno 1653. Jacobus Scapulides ††), anno 1665. Jeremias Lucius. Cessante ecclesia cessabat anno 1674. schola.

*) Hornyánszkynál i. m. 151. l.: Binner.
**) Ugyanannál 152. l.: Stephanus.
***) Ugyanannál 3. l.: Vodnyánszky.
†) Ugyanott: Chudius.
††) Ugyanott: Scupalides

3) Breznobánya.

Diligenter hic in literis colendis laborarunt viri clarissimi, praesertim anno 1578. Samuel Melikius, postea superintendens, anno 1599. Alexander Szoczovinus, anno 1606. Joannes Rohács, anno 1610. Stephanus Pilárik, anno 1625. Daniel Dubravius, anno 1630. Joannes Bornay, anno 1634. Simon Frivaldszky, anno 1642. Nicolaus Nicolaides, anno 1666. M. Isacus Zabanius, anno 1669. Joannes Simonides anno 1673. pulsus cum musis et ad triremes damnatus. Sub revolutionibus patriae reduxerant literas, quamdiu licuit, quibus praeerant M. Matthias Heinseli, Joannes Bressny, Joannes Fábri et anno 1686. Martinus Dubovszky.

4) Carpona.

Et literarum praesidium fuit habuitque inter docentes studia altiora viros: anno 1570. M. Georgium Salzbank, M. Melchiorem Krumm, Georgium Viersinger, Eliam Grossman, M. Georgium Lányi martyrio et scriptis clarissimum, Martinum Dubovszky, Joannem Sartorius, qui cum fine seculi praecedentis finem docendi fecit. De singulis his plura producent in gymnasiologia alii.

Pars specialis.

Quae hucusque adlata sunt, ad historiam totius ecclesiae hujus comitatus pertinebant; nunc singularum ecclesiarum fata quatuor sectionibus commemoranda brevissime restant.

Sectio I.

De liberarum regiarum civitatum ecclesiis.

1) Breznobánya.

Mature sacris per Lutherum emendatis dedit hospitium. In defectu documentorum de initiis hujus reformationis hoc adduxisse sufficiet, circa medium seculi XVI. scholam evangelicam docuisse Alexandrum Szoczovszky, ex qua prodiit literis eruditus patriae filius Jacobus Zabanius anno 1579. Vittebergae in boczensem diaconum ut Indd. vitteb. habent, ordinatus. Circa idem tempus pastorem

ic agebat Andreas Szoczovszky, Neosolio huc devectus, qui itidem nno 1579. Samuelem Melikium in diaconum ad suscipiendum mu- us expeditum delegerat. Anno 1599. demortuo Szoczovszky, vene- ibilis fraternitatis seniore simul, Melikius in presbyteri et Geor- ius Schmidelius briznensis in diaconi officio substituebantur. Quan- is fuit per seculi septimi et decimi cursum ecclesiae briznensis ultus ex eo intelligere licet, quod quinque superintendentes su- eradductos in sinu suo habuerit. Summa saepe fuit coetui huic in eligione pax et patres piarum scholarum ecclesiae cura resignata ctore scholae, Joanne Simonide, tantisper in loco permanente, noad Posonium citatus atque ad triremes condemnatus fuisset, ad- icti persecutione doctorum patrum evangelici cives triste habebant ecennium. Tandem anno 1683. sub turbis regni Milochovinum *) astorem deligebant, quo demortuo statim Petrum Sexti substitue- ant. Hic, quamvis ex lege anni 1681. civitati jus exercitii tribuen- um erat, anno 1687. per commissarium dominum comitem Geor- ium Erdödy, cum diacono Nicolao Nicolaides et Martino Dubovsz- y scholae rectore, exturbatus est. Sublata penitus omni exercitii libertate, crescebat mox anno 1689. eorum adflictio, dum propter abores diebus quibusdam festis peractos, senatu plerique evange- ici ejiciebantur, piaristae decimas, quae vigore documentorum in ommissione pestiensi anno 1721. productorum ad civitatem spe- tabant, vi adhibita suas fecerant. Tristis semper fuit facies briz- ensium, quoad tolerantiae Josephi II. augusti beneficio recreati, nno 1784. facultatem cultus divini celebrandi accepissent induxe- untque pastorem Joannem Kuzmány, admissis ad societatem vi- is Mito, Jaraba, Polhora et Bisztra.

2) Carpona.

Sub initium reformationis in limitaneis propugnaculis regni aberi coepit, quare ad locum perfugii turcico furore moti devenientes nobiles in domo Gerhardiana dicta sacra evangelica celebrabant. Sub idem tempus reformator Joannes Zeisel atque plebanus icolaus Lansman chrysoreotanus, meliora eductus, circa annum 535. integram civitatem collustrabant luce evangelii **). Multum

*) Hornyanszkynál i. m. 85. l. keresztneve: J á n o s; M i c a e 57. l. is.

**) Conf. Valentini Eccius carmen Lansmanno scriptum typis vienn. 39. 4..

tandem de ecclesia meruit circa annum 1580. Georgius Ulencs cum diacono Andrea Carpino, patriae filio, quem in scientiis educavit rector hujatis scholae M. Georgius Salzbank. Praeterito seculo trium nationum concionatores intertenebat ecclesia, hungaricum utpote, tertium calviniani praesidiarii. Slavi **) beatae virgini Mariae dedicatum templum possidebant, in quo anno 1606. Michael Péntekius, anno 1614. Nicolaus Vachum, anno 1623. Raphael Kozakius, anno 1629. Laurentius Sartorius, anno 1636. M. Daniel Lányi, anno 1647. Jeremias Pilarik, anno 1658. Joannes Institoris, anno 1661. Joannes Sexti die 6. oct. 1673. cum Joanne Burio germanico pastore in exilium damnatus, anno 1684. Michael Sexti cum Joanne Burio hic docebant. Post longam ecclesiae pacem anno 1672. primum ademptionem templi attentaverat dominus Sporck, dux caesarei exercitus; vigilantibus civibus, dum mandatum regium non habuerit, vis non successit. Citatis tandem praefatis pastoribus Posonium, Collalto manu militum perfregit fores templi germanorum, quod 3500. florenis aedificaverant, illudque mense sept. anno 1673. occupavit, ut et alterius nationis *a*). Sub motibus patriae anno 1683. pastor Sexti reductus fuit, statim tamen vi armata ejectus templo in curia peragebat sacra. Filius ejus Michael mortuo anno 1684. patre, cum reverendo Burio et calviniano Bodics anno 1688. 23. jun. pulsi sunt. Civitas initio seculi hujus sagore articuli 26. anni 1681. induxit ministrum, ast supervenien commissario domino Loewenburg quantas adversitates pertulit v ex intimato anni 1702. cognoscere licet ***). Satis anno 1722. dil genter causam eorum in commissione pestiensi agebat dominus L dislaus Zmeskal, sed in vanum. Josephi II. augusti gratia primu induxerunt ministrum reverendum Joannem Michalicska.

3) **Libetha** (Libetbánya).

Per Nicolaum (Matthesium ex convictoribus Lutheri unum), qui doctrinam morte, ut supra dictum, confirmabat, repurgata fuit.

**) Vid. Indd. ord. vitteb. ad hunc annum, item matricula ecclesiae slavon. carponensis anno 1614. — *a*) Elfoglaltatása részleteit l. Micae 42. sk. l..

***) Exstat illud in Historia diplomatica fol. 184..

ost interitum primi docentis non prius quiescebant de religionis bertate agere, quam dum cum aliis montanis edita anno 1558. fidei ɔnfessione, per regem pace donati fuissent. Confessionem anno 1569. erum per Martinum Lambert †) pastorem confirmabant. Anno 1583. lius Andreas substitutus, anno 1613. Samuel Apiarius, anno 1618. 'etrus Czicz praeerant coetui sacro. Persecutio anni 1673. Eliam 'seh germanorum, Danielem Agner slavorum pastorem extrusit*)· tevocato anno 1683. usu exercitii, mox anno 1688. et iterum 1709. ɔrivati sunt, licet ante ultimos tumultus, utpote circa an. 1695. id illis dmittente art. 26. anni 1681., Martinum Felicides ministrum evan-ɣelii habuerint **). In praesens beneficio tolerantiae in gremio suo ruuntur privato religionis exercitio. Antea Zeilerdorf et Schajba iliales hujus fuerant. Hodie pastor est Georgius Lacsny; vici affi-liati Schajba, Usztrina, Libeth-Povraznik.

4) Neosolium.

Huic civitati jam anno 1526., ut supra praemissum, illuxerat religio evangelii, exercitium tamen illius publice anno 1534. primum inchoatum fuisse ex illis cognoscas, quae in comitatu nagy-honthensi le septem montanis adducta habentur. Ex docentibus ecclesiam, llis quidem primis, notare licet Antonium Philadelphum Rosnavia ıuc anno 1552. ad ecclesiam s. Georgii vocatum. Quantas vexas b archiepiscopo strigoniensi Nicolao Olaho anno 1558., quo eccle-iam docebant Martinus parochus, Joannes et Jacobus praedicatores, ım aliis montanis haec ecclesia pertulit, alii jam clare exposue-ınt ***). Confessionem eotum editam saepius tandem confirmabant peciatim pastores : anno 1563. Aegydius Salzer, anno 1569. Joan-es Kinczelius et Andreas Szoczovszky, anno 1577. Thomas Frö-ch, Georgius Leskoviensis; tacebo alios. Jam in tanto fuit flore eclesia hac aetate, ut sex habuerit pastores, quorum ministerii se-ior, M. Georgius Melczer, clarissimus auctoritate et scientiis fuit terisque testimonialibus munitos candidatos ministerii Vittebergam xpediebat, speciatim anno 1576. Petrum Pragvis, 1578. Georgium

†) Hornyanszkynál i. m. 118. l.: L a m p e r t h i.

*) Conf. H e l l e b o r u s s u b s c r i p t i o n i s t a r u m p. 105..

**) Conf. acta diaetae anni 1708. et cel. Ribiny l. c. p. II. p. 70..

***) Vid. Ribiny l. c. p. I. p. 101. — 147. et comitatus honthensis atque barschiensis in hoc opere.

acta diaeta anni 1681. edita typis in 4.. Orbati per decen
sterio, hi cum aliis montanis quid tentaverint instantiis, i
honthensi descriptum adest; quanta perpessi sunt prae
sopitos Tökölyanos motus, quibus templa s. spiritus et xe
pro usibus suis acceperant, anno 1687. iterum adempt
adducere vetat *). Summa malorum haec perdurabat : c
clusi, imo pastores eadem interdicti, stolae plebani subje
cessiones coacti, jurejurando decretali vexati, magistratu
aedificaverant oratorium in suburbio anno 1701.; prae
stri: Elias Breitho, Joannes Simonides, Georgius Figuli
gius **), Burius et Joannes Pilárik ***). Sub revolutioni
czyanis assignatum accipiebant nostri templum Elisabetl
legis latae ademptum. Fata ecclesiae hujus seculi reliqu
stia ex collectione intimatorum regiorum, quam adorn
de coetu sacro hoc meritus venerabilis Crudy, fusius
licet. Dabit praemissis lucem et Delineatio civita
soliensis carmine adornata per Samuelem Coryli
edita Leutschoviae. Filiales olim fuerant: Szászova, Sze
Tajova. Hoc tempore plures affiliatas habet, ita disponer
tia Josephi II. augusti, cujus gratia ipsemet excellentiss
nus commissarius districtus neosoliensis liber baro Ladisl
membrum est hujus coetus sanctioris; sunt illae: Herma

†) Ex pastoribus neosoliensibus sepulti jacent in templ
Elias Wagner 162 (?) mortuus. ut scribit in oratione funebri Pa

cze, Szent-Jakab, Podlavicze, Kosztivjarszka, Majorfalva, Szászova, Rjecska, Szelecz, Kinczelova, Szenicz et Rudlova. Reverendissimus dominus Michael Szinovicz superintendens slavicae, germanicae nationis coetui Christophorus Lyci senior venerabilis senioratus praesunt.

5) Vetusolium.

Jam initio reformationis Mariae reginae viduae dominationi paruit, quae dum plerumque praefectos habuerit evangelio addictos, cives quoque facile repurgatam cognoscebant, libere profitebantur religionem. Circa annum 1556. Georgius Lovcsányi †), multarum ecclesiarum reformator, hanc ultra viginti docuit annos, anno 1580. Schemnicium translatus. Excepit hunc Joannes Jancsi anno 1580., illum anno 1588. Nicodemus Sartorius, anno 1595. Isacus Abrahamides de Hrochot, tandem anno 1607. ad bajmóczensem praeposituram evocatus. Andreas Bartasovicz, Christ. Lovcsányi, Georgius*) Lányi, presbyteri ecclesiae, prae ceteris itidem clarissimi fuerant. Post diuturnam pacem anno 1673. pastore Daniele Remenio et Jobo Trusio diacono ad delegatum posoniense judicium citatis atque in exilium missis, per saepe fatum dominum Collaltum templum etiam ereptum fuit. Participes quidem facti sunt iterum usus i lius sub disturbiis, verum ob legem anni 1681., ut placuit interpretatam, iterum exclusi, anno 1688. ejecto pastore reverendo Daniele Mazsáry. Initio seculi hujus ut turbatam pacem magis perturbent, et hic duces malecontentorum consignabant nostris templum, in quo Joannes Zelenka, venerabilis fraternitatis senior, cum duobus diaconis ad annum 1709. sacra peragebat: tristiora magis sequebantur, dum penitus omni libertate contra sensum articuli 26. anni 1681. privati, in Garanszeg publica sacra adibant ingemiscendo :

---

†) Conf. Balthasari Exneri librum Tristium editum anno 1609. Olsnae. Dedicat eum reverendo Timotheo Lovcsányi et de patre ejus, jam 96. annorum sene, inter reliqua sic canit :

Norunt hungarici templa illa atlantica regni,
Queis hic restituit religionis opus.
Et cum judicii postremi advenerit hora,
Illo Lovcsányius nomine magnus erit.

Erat beati Lutheri auditor.

*) Hornyanszkynál m. i. 3. l. : Gregorius.

Christe vetus Zolium veterum regale sedile
Regum sit verbo regia sella tuo.

Anni 1783. prima dominica adventus illa dies felix fuit, qua c
tissimo rege Josepho II. indulgente sacra reducta sunt in
officium tale peragente reverendissimo superintendente
Joanne Csernanszky, quoad pastor ecclesiae delectus fuisse
rabilis Sztruhár, hoc mortuo Joannes Dorkovics. Mótyova, Lje
Bucs, Lukovo, Kovácsova, Túrova et Lehota filiales sunt.

Sectio II.

De oppidanis ecclesiis.

Jam designentur comitatus hujus oppidorum ecclesia
requirit instituti, quarum fata, solum praecipua, ita exponim

1) Bábaszék.

Seu Babina, a primis initiis reformationis luce evang
illustrata, quod in parte generali praemissum est. In aede s
castri modum clausa per sesqui seculum docebant coetu
pastores, ex quibus Stanislaum Corvini, qui anno 1639. co
tionem iteratam legum venerabilis fraternitatis ab inclyti co
magistratu expetierat; Joannem Reguli, qui patrem annos
tum, ministrum in oppido Szász in delegato judicio posonie
sentem excusando, archiepiscopum strigoniensem humanis
tulo compellabat, sufficiat observare. Anno 1673. templum
emptum est, quod juribus antiquis anno 1683. reoccupaveran
tis patriae turbis iterum amiserunt, restrictis ecclesiis. Hoc
trem Pelsőcz accessit.

2) Dobrona.

Slavis Dobronyiva, Verbőczyos terrestres habuit domin
bus impedientibus libertas publici religionis exercitii firma e
potuit. His emortuis ab anno 1582., quo reducem Vitteberga
num Hanko neosoliensem in parochiam induxerunt, ad annu
in templo colli imposito summa in pace colebant deum. Eo

cutione cessare debuit cultus publicus; sed reductus perdurabat iterum ad annum 1709., docente eosdem Jeremia Pilárik, in cseriensi conventu anno 1704. praesente patre superintendentis ejusdem nominis. Sub tolerantia donati exercitio posuerunt sacras aedes, in quibus docentur pastore Joanne Geitz. Affiliata sunt loca: Dobro, Brezina, Mihalkova, Suplati.

3) **Liposa** (Tóth.).

Ex primis reformatoribus oppidi hujus occurrit laudandus Michael Ratiborszky ex Valle dominorum huc advectus, iterum anno 1565. eo reductus. Jacobus et Georgius Grynaeus succedebant in munere, sub quibus diaconi slavicae nationis fuerant: anno 1575. Christophorus Hobner, anno 1580. Jacobus Schrötter, patria neosoliensis, ut specificatos habent Indd. ord. vitteb.. Refloruit ecclesia haec existentibus sub decursum seculi sexti et decimi regiis praefectis dominii lutheranis, ex quibus pietate clarissimus fuit Pant. Rubigallus, sacrae caesareae regiaeque majestatis consiliarius, cui anno 1572. academia vittebergensis tomum III. Consiliorum acadd. dedicaverat. Favebant ecclesiae domini itidem Lipcsey, Dóczy, Casparus Tribel, Szécsy et Liszthy. Ex pastoribus dignitate seniorum clari fuerant: anno 1612. Elias Tornarius, anno 1640. Gabriel Piscatoris. Decennali persecutione amissum templum vi libertatum anno 1683. receperant, quo paulo post exclusi aliud subintrabant tenebantque ad annum 1708., quo Joannes Bussy *) in exilium actus est. Indulgente Josepho II. augusto privatum exercitium religionis, haud ignobile aedificarunt oratorium, cui praefecerunt nepotem praefati exulis, reverendum Samuelem Blázy statim initio tolerantiae. Affiliati habentur pagi: Lucsatin, Salkova, Podkonicz, Priechod.

4) **Oosova,**

Etiam ob natales celeberrimi Bélii clara, inter primas fuit, quae mature acceptaverant reformationem. Osvaldi ex ora trenchiniensi intulit huc sacra repurgata, quem tandem anno 1552. supremus comes Wolfgangus a Puchaim agro exstirpatitio donabat, imo confirmationem quoque regiam die 15. mart. pro eodem plebano et

*) Hornyanszkynál i. m. 118. l.: Blasius, s igy van jól.

heredibus ejus emanatam exoperatus est *). Mortuo reformatore Thomas Kerner, filius patriae, multis annis scholae rector, anno 1565. die 15. febr. Vittebergae in pastorem hujus ecclesiae ordinatus, coeptam reformationem perfecit. Exultatam ecclesiam circa annum 1639. comes Ladislaus Csáky turbare coepit. Erat tum pastor Stephanus senior Pilárik, qui carus comiti acceperat in promissis, quoad vixerit, libere in templo doceat; senio plenus substituit in officio filium, quem comes repellendum mandavit, tandemque anno 1642. per praefectum Joannem Aeneas armata manu templum eripit simulque senem ex parochia, quam ad annum 1615. inhabitabat pellit. Sub comitiis anni 1647. repositi nostri in usum templi perfruebantur pace ad annum 1673., quo Joannes Pilárik minister amotus, divexationibus expositus coetus. Sub tumultibus receptus usus religionis exercitii anno 1703. cessare debuit, per leges in comitiis anni 1681. sancitas. Dei et augusti Josephi II. gratia inita tolerantiae et his concessa est libertas pastorem inducendi atque aedificandi oratorii. Hodie praeest ecclesiae Georgius Lazary. Filia loca sunt: Dubrava, Hrochot, Zolna, Szebedin, Detva.

5) Pelsőcz (Tóth-).

Slavis Pljesovcze, antiquis temporibus conjuncta cum Szádomi parochiam non habuit; in praesens beneficio tolerantiae in sugremio locatum habet ministrum evangelii, reverendum Andream Marothy, qui et filiabus Szász, Bozók, Lehota, Bábaszék praeest.

6) Pojnik.

Exemplo incolarum Vallis dominorum admisit facile reformationem; illius auctores eruderare non licuit. Anno 1569. Georgius Czapkovics Liszka liptoviensis Vittebergae pro his ordinatus pastor. Anno 1573. Albertus Szeleczenus, plebanus pojnicensis, Joannem Nosko et anno 1582. Albertus Pauli Matthiam Transalpini in diaconos suos, Vittebergam missos, initiandos munere statuebant**). Per decursum seculi praeteriti hic docentes pastores habent protocolla fraternitatis. 1673. amisso templo publico exercitio religionis care-

*) Diploma Ferdinandi I. per extensum produxit dominus Libertini in Notitia comitum de Zólyom parte II., MS..

**) Vid. Indd. vitteb. ad hunc annum.

bant. Motibus in patria durantibus induxerunt ministros, quorum curae simul Dobronyiva, Muolcsa et Dubravicza suberant. Anno 1708. vi legis omnis cessabat libertas. Josephus II. his quoque admisit usum privatum exercendae religionis, cui modo praeest Michael Blázy et habet filias Dubraviczam cum Oravicza.

7) **Radvan.**

Fere per sesqui seculum templo in colle locato, modo romanocatholicorum, utebatur pacifice, patronis ex illustri gentę Radvanszky illud repurgato evangelio donantibus. Hi semper diligenti munificentia procurabant ecclesiam et speciatim anno 1578. domini Georgius et Franciscus Martinum Alitis, delectum pastorem, cum testimoniis Georgii Melczer, pastoris neosoliensis, anno 1581. Melchiorem Cantoris, per Bartholomaeum Ocsovszky pastorem, in diaconum vocatum, pro ordinibus Vittebergam suis sumptibus expediebant. Circa annum 1588. Josephus Rascenus, tandem Andreas Lihany, anno 1636. Daniel Hodikius, alios brevitas ex protocollo describendos non admittit, sacrorum ministri fuerant. Danielem Sinapium sententia judicii delegati posoniensis anno 1673. ex Hungaria et hac ecclesia exulem fecit. Anno 1683. ex Polonia, ubi scholam bojanoviensem docuit, revocatus, hic docuit iterum, quoad Leutschoviam translatus, Joanni Simonides a triremibus reduci pascendam tradidisset ecclesiam, cujus templum iterum occupatum exstitit, patrono in laniena eperjensi enecato. Anno 1702. Joannes Zelenka, anno 1704. Joannes Glosius praecrant coetui sacro; hic jussu ducis Heister anno 1710. parochiam, Martinus Regis scholam penitus evacuare debebant. Hac aetate fruuntur beneficio privati exercitii, existente pastore Samuele Ambrosius, cum adjectis vicis: Királyfalva, Illésfalva, Prsan, Körmöcske, Malachov, Skubin, Jabrikova, Králikfalva.

8) **Szalatna.** (Nagy).

Oppidum dominii Végles perillustris familiae Prónay, sacris evangelicis addictae; translato dominio ad comitem Csáky, per dominum Ladislaum circa annum 1639., expulso pastore Christ. Pelárgus, templum ademtum fuit. In comitiis anni 1647. decreta, imo statim etiam effectuata ejus restitutio: non quievit nihilominus ze-

lus dominii, sed anno 1655. sedecimas ministro obvenientes turbavit et capellam pro exercitio in Végles habitantium romano-catholicorum in regni comitiis eodem anno vindicavit, imo mox ad ecclesiam spectans macellum ademit, existente pastore utpote 1664. Joanne Kalinka. Persecutione anni 1673. Nicolaus Fabricius actus in exilium, ecclesia vero per decennium carebat publicis sacris, quo elapso Danielem Plorantinum curae animarum praeficiebat. Sedatis turbis Rákóczyanis initio seculi hujus omni libertate religionis exercendae privati gemebant anxii, quoad illucescente tolerantia tali donati sunt, sub pastore Samuele Poniczky, cum filialibus: Kis-Szalatna, Kalinka, Klokocs, Végles-Váralja, Sztozsok, Huta, Divény, Kriván.

9) Szász.

Alias Német-Pelsőcz, testante id protocollo venerabilis fraternitatis, ab initio reformationis ad annum 1674. in continua pace fuit. Initio prioris seculi Georgius Bezeg, post hunc 50. annos Joannes senior Reguli ministerio praeerant. Reliqua fata cum praedictis eadem habuit.

10) Vallis dominorum (Herrengrund, Panszká Dolina).

Fata hujus ecclesiae ex serie pastorum cognoscere licet, quae sequens est: anno 1526. Nicolaus, postea pastor libethensium martyr, anno 1534. Bartholomaeus cum collega in Veteri valle Erasmo, anno 1540. Joannes Gabsterus cum M. Antonio Pausio, anno 1547. Venceslaus, anno 1549. Salamon Silesius, anno 1556. Valentinus, anno 1559. Michael Ratiborszky, anno 1562. Cyprianus Friedt tandem ad murányensem arcem translatus, anno 1568. Thomas Petri, an. 1590. Joan. Nostitius, sub quo an. 1593. templum aedificatum. Superiori seculo hos numerat protocollum: Joannem Galloviczius, Eliam Tornarius, Jacobum Minor, Michaelem Stincelius, Paulum Grelnercy, Joannem Knepelius, Melchiorem Rotarides, Adamum Bresztovinus. Hunc cum diacono Georgio Budeo anno 1673. Posonium citavit delegatum judicium. Templum vi armata dux belli Collalto die 13. oct. occupavit, sic Vallis dominorum facta est vallis lacrymarum. Filialis Sztará hora (Altgebirg) dicta anno 1705. induxerat pastorem, sed talis possessio brevis fuit causavitque persesutionem breviorem.

Sectio III.

De ecclesiis in villis.

1) S. Andreas.

Juris lipcsensis possessio, longae quietis in exercitio religionis Ab anno 1588., quo Georgius Kudelius sacris moderabatur, ad ım 1673. habet protocollum ministros ejus. Anni dicti persecue amisit templum; paulo post, ut legimus in actis diaetae 1681. itarum divexata diversione permultas pertulit miserias; iterum turbis regni voluit resumere vigorem, sed non diu licuit.

2) Baczur.

Ecclesia exigua, continua serie numerat ministros in libris ernitatis ab anno 1588. ad annum 1673.. Hoc Joannes Tepey cis Posonium cum multis zoliensibus pastoribus ad domi manenn subscribebat, ecclesia autem communibus miseriis oppleta.

3) Badin.

Vicus copiosus ecclesiam beneficiis auctam domini Georgii ıurovicz favore, jam sexto decimo seculo habuit. Hic pastoris, spari Lipcsiensis, precibus inductus et diaconum, Balthasarem tomi, anno 1582. ordinandum suis curabat sumptibus. Perstitit x coetus in sua pace ad annum 1673., quo Georgius*) badinenminister amotus. Resumere usum ausi sunt persistebantque in lem ad annum 1710., tandem penitus incaptivati.

4) Beosov.

Seu, ut protocolla scribunt, Bács. Ex his clarum est, incolas gionis exercitii jam anno 1580. usum habuisse; de interitu ejus ıcta comitiorum et alia documenta nihil habent. Alii eruderabunt. die est filialis ad Garanszegh.

*) Micae 129. l.: Blaho.

5) Bucsa.

Anno 1588., quo Andreas Szoczovszky, presbyter briznensis, in comitatu senior electus est, bucsanensis pastor Jacobus Soltetius praesto fuit. Decennali persecutione adscripta est ademptis; sub revolutionibus aegre instaurata anno etiam 1704. Ostas ministrum ordinandum curaverat.

6) Chrochot.

Filia vetusoliensis, postea cserényensis, anno 1682. ex dispositione Emerici Tököly proprium induxit ministrum. Tandem anno 1710. et hujus templum ademptum. Initio seculi XVII. mater fuit, pastore existente Jacobo Sartorius.

7) Dubova.

Cum filiali Rasztoka, praestantes doctrina, pietate viros diligebat in ministros, anno 1584. Jacobum Schrötter, anno 1622. Petrum Sexti, tandem superintendentem, anno 1630. Joannem Kalinka, in comitiis Neosolii laureatum poetam et nobilem pronuntiatum, qui senior venerabilis fraternitatis existens, legum subscriptionem per dominum vicecomitem Stephanum Asguthy et alios procuravit; et Frivaldszky, clarum dein apud liptovienses seniorem. Vicissitudines adversae et hic anno 1673. inchoatae, anno 1710. proclamatae totali cessatione.

8) Garanszeg.

Anno 1681. lege publica augustanae confessioni addictis assignata ecclesia, multa millia hominum verbo dei nutriebat ad tempora tolerantiae. Pastor hujus 1695. Joannes Zelenka, reverendus Frideli, in superintendentem delectus, hic anno 1766. decessit. Curam diminuti coetus gerit hodie praenobilis familia Géczy, pastor autem ecclesiae piarum legationum subsidiis potissimum intertenetur, qui hodie est Adamus Stevonka. Vici filiales: Farkasfalva, Petőfalva, Alsó- et Felső-Rakitócz, Badin, Hajnik, Ribár, Tridubi, Nagy-Rét, Számpor, Lukavicza et Becsov.

9) Hajnik.

Celebris familiae olim Soos hereditas, ex quibus vicecomes dominus Stephanus Soos patronus hic anno 1649. comitantibus funus 30. evangelicis pastoribus sepultus est in templo. 1580. die 16. mart. in conventu Cremnicii septem civitatum confessioni subscripsit Thomas Prividi vices gerens seu senior zoliensium et pastor hujus ecclesiae. Perdurabat usus exercitii ad annum 1673. iterumque anno 1683. atque anno 1704. resumtus ad annum 1710., quo Paulus Severini evacuare debuit plebano parochiam, mox Garanszeginum illocatus.

10) Királyfalva.

Comitatui honthensi vicina, ad Kormossó qua filia pertinebat; hac occupata 1677. jura matris accepit et quoad ecclesiam fraternitati honthensi adhaerebat illiusque libertatibus perfruebatur longo tempore. Clerus romano-catholicus anno 1749. usum ejus regni legibus non esse fundatum, dum comitatus zoliensis ad duas solum restrictus esse debeat, remonstravit; quare jussu regio per judicem nobilium Urbani ac plebanum veterosoliensem templum occupatum magno vicinorum carponensium cum dispendio. Admittente augusto Josepho II iterum habet privatum religionis exercitium. Hodie pastor ejus est Paulus Szalay; filiales sunt: Kormossó, Zsibritó*), Szitna-Lehota in nagy-honthensi comitatu sitae.

11) Lehota.

Utraque; superior templum possidebat ab initiis reformationis semper in quiete ad decennalem persecutionem, ut frequenter habent protocolla. Illud anno 1673. primum, iterum anno 1687. et ultimo anno 1710. adimebatur. Hac aetate indulgente augusto Josepho II. oratorio novo et cultus privati exercitio gaudent sub pastore Stephano Paczek.

---

*) Napjainkban anyagyülekezetté lön.

12) Lopej.

Colli imposito templo jam anno 1578. Vittebergae ordinatus dominus Michael Pepich, pater Stephani pastoris anno 1598. in Kokava, praeerat; subito anno 1673. cooperantibus dominii lipcsensibus officialibus templo sunt privati, ut reliquae possessiones illius juris existentes.

13) Miosina.

Superior et inferior, seculis prioribus diu tranquillo exercitio religionis evangelicae abundabat, itidem anno 1673. templo privata, quod licet duabus vicibus reoccupaverat, ultimo eodem anno 1710. ejecta est. Reflorescit sub tolerantia, aedificatis jam oratorio et parochia cum filialibus vicis: Muolcsa, Cserény, Csacsin, Závada. Anno 1575. David Szoczovszky, anno 1588. Martinus Alitis, Daniel Lehoczky, anno 1790. Andreas Braxatoris, reliquos tacebo, pastores hic fuerant.

14) Osztrolúka.

Nobilium Osztroluczky hereditas. Hi constantes a temporibus primis in religione evangelica protegunt ecclesiam. Pastores hujus sunt: anno 1580. Andreas Thymas, anno 1588. Andreas Thúry anno 1670. Daniel Draco. Ad judicium posoniense citatus Draco an. 1673. templum mansit vacuum; vigilantia patroni inductus paulo post minister Turdeli an. 1681. in usu perstitit surrogabatque anno 1697. filium Samuelem in confirmata lege regni ecclesia. Initio hujus seculi plebanus veterosoliensis multas divexationes his parabat occlusoque templo ad castellum familiae nostrorum cultum relegavit; remonstrationibus juris sui in commissione pestiensi durantibus resumserant nostri usum templi, quo perfruuntur in praesens sub pastore Samuele Priviczky cum filiabus: Baczur, Dubova, Kozelnik, Garan-Berzencze, Gunda et Budicska.

15) Pandegna.

Inter matres ecclesias jam anno 1598. in protocollo distinctim a Predajna scripta adest; sed quae fuerunt fata alia, non invenio, imo neque mentio nominis, fors turcica rabie deleto pago, superest.

16) Predajna.

Cum filia Jeszen in ditione lipcsensi vicus, usum templi hait ad persecutionem anni 1673. per officiales dominii exacerbatam. b tumultibus saepe revocavit usum, tandem anno 1710. penitus pressa.

17) Szeleoz.

Ecclesia mater, jam anno 1577. patriae filium Jacobum Duovinum ad suscipiendum ministerium Vittebergam exmittebat, qui mox anno 1581. iterum filium patriae Balthasarem Paczolthy ibidem in diaconum statuebat. Hujus fratrem Casparum Paczolthy anno 1589. Leonhardus Zimbel pastor ibidem in diaconum assumerat; Joannem Jacobaeus anno 1599. et anno 1639. Georgium Kalinka, pastores hujus, seniores fraternitatis induxerant; anno 1673. per milites crudeliter tractatus Joannes Murgács parochiam plebano resignare debuit. Hoc ejecto Michaelem Keviczky induxerant, qui anno 1687. in Ratkó jam docuit, sed anno 1710. cassata libertas.

18) Szjelnicza.

Ab initio reformationis evangelica; pastor ejus Paulus parochus an. 1580. confessioni montanarum civitatum subscriptus legitur. Vicum hunc initio seculi praecedentis obtinuerat venerabilis conventus thurocziensis, qui jure dominii circa annum 1618. incolas emplo et parochia exclusit. In usu exercitii permanserunt multis ostea annis, docentibus eos Michaele Vietoris et ejus successore eremia Lincio, ad quorum instantiam consensu dato per comitem Staislaum Thurzó anno 1620. 12. aug. litem eorum judicatura fraternitas hic consessum celebrabat. Templum satis urgentibus statibus egni in comitiis anni 1647. nunquam restitutum, imo tandem non uiescentibus jesuitis et usus exercitii sublatus fuit.

19) Tsernya.

Alias Cserény in dominio Végles, possessio sub tutela evangelicorum possessorum Végles semper per seculum pacifica ecclesia

anno 1613. Danielem Grynaeum docentem audiebat. Mutato dominio comes Ladislaus Csáky anno 1640. Martinum Nicletium parochia ejecit. Per decreta comitiorum anni 1647. reddita est libertas et templum, quo perfruebantur ad generalem divexationem. Hrochot hujus erat filia, quae sub disturbiis matrem verbo dei aluit.

20) **Tirna** (Ternye).

Vilis vicus superioris processus comitatus, suos intertenebat ministros, ex quibus anno 1580. Jacobum Gallum et Joannem Fabricium, anno 1645. mortuum, adnotasse sufficiat. Interitus libertatis religionis cum aliis idem fuit.

21) **Valaszka**.

Cui evangelii lux Briznobányae illa statim illuxerat. Anno 1612. novum templum aedificatum. Felix fuit ob vicinos Briznobányae superintendentes ecclesia ad annum occupationis 1673.. Tandem jussu dominii lipcsensis alio pro sacris migrantes vinculis excruciabantur sensimque a religione priori abstracti sunt.

22) **Zolna**.

Nobilis familiae Zolnay possessio, quadam in parte seculo sexto et decimo Joannem Talepora in aede sacra doctorem habuit, initio sequentis Danielem Draconem. Mandante comite Ladislao Csáky fraude jesuitarum circa 1640. templo privata fuit, quod statibus in comitiis anni 1647. adurgentibus restitui debuit. Elias Zacharides anno 1673. amotus divexationibus reliquit coetum. In praesens reddita est libertas exercitii ab anno 1783..

Sectio IV.

De ecclesiis aulicis.

1) **Briznobányae,**

2) **Liposae,**

3) **Radvan,**

4) **Szászae,**

5) **Szeleczini,**

6) **Vetusolii,**

Privatas ecclesias adfuisse, parte generali docuimus.

7) **Végles.**

Arcem inhabitasse dominos religionis evangelicae clarum est ex civili historia; defectus documentorum fata ecclesiae aulicae recensere non sinit. Unus Stephanus Pilarik in Curru Jehovae mirabili anno 1678. typis edito scribit se sacrum hic dixisse sermonem, ita disponente domina arcis Catharina Pográny, evangelicorum singulari protectore. Alii plura addent his initiis.

X.

COMITATUS NAGY-ET KIS-HONTHENSIS.

Pars generalis.

§. I. Provincia Nagy-Honth a temporibus Ferdinandi I. ad captam usque Budam continuis turcarum impressionibus infestata, si quae suae reformationis in religione ejusque progressus habuit, historica documenta facile amisit: difficilis labor est vel paucissima de eadem scribere. Id inferius probabimus, urbem schemniciensem anno 1534. coepisse ad normam vittebergensis ecclesiae publica

sacra, ab hac celeriter reliquas partes comitatus accepisse evangelium repurgatum vel illinc colligas, dum praesto fuerint magnates eandem profitentes, inter quos celebres dominii Csábrág et Szitna possessores, anno 1546. Melchior Balassa, anno 1551. Stephanus Dobó de Ruszka, anno 1564. Joannes Krusith cum consorte Catharina Pálfy*), ut nihil dicam de magnifico Sigismundo Balassa, Forgách, Fáncsy et pluribus mox inducendis. Reformatores, praeter in regiis civitatibus adducendos, multos licet nominare: id sufficit, tantos reformationis opus hic habuisse progressus, ut initio regiminis Maximiliani II. omnes ecclesiae fuerint evangelicae**). Ipsi etiam comitatus supremi comites, an. 1543. Franciscus Nyáry, an. 1552. Laurentius Nyáry, an. 1562. Joannes Balassa, an. 1583. Nicolaus Dersfy, simul cum vicecomitibus, anno 1565. Michaele Ettre, anno 1572. Georgio Jákóffy, anno 1584. Joanne Soos, plus dicendum, integra nobilitas a turcicis cladibus residua, cultores fuerant illius religionis***). Sensim in optimum ordinem repositae ecclesiae circa annum

*) Vid. Tolerantia seculi XVI. edit. anno 1783. Pestini.

**) Conf. ven. Ribiny Memorab. aug. conf. p. I. p. 110. seqq. Quibus mediis deus favorem Maximiliani II. erga evangelicos praeparaverat, cognoscere licet ex literis quoque divi Melanchton, quas dum necdum publicum habeat, hic adnecto: „Inclyto et serenissimo principi domino domino Maximiliano Aemílio, regi Bohemiae, archiduci Austriae et domino suo clementissimo Philippus Melanchton salutem dicit. Inclyte et serenissime rex, domine clementissime! Mirabiliter et colligit et servat filius dei, dominus noster Jesus Christus ecclesiam aeternam inter imperia horribiliter tumultuantia in hac vita, et interdum addit salutares ecclesiae reges et principes, ut propagatio doctrinae magis fieri possit. Tales fuerant David, Salamon, Josaphat, Esechias, Josias, Cyrus, Constantinus, Theodosius et alii quidam. Huic coetui, qui et deo carus est in tota aeternitate, et salutaris fuit ecclesiae, ut et regiam majestatem vestram adjungat filius dei, toto cum pectore oro, sic et psalmo concionatur deus regibus: „Et nunc reges intelligite, aperite portas principes vestras.“ Omnino jam opus est Europae domino, qui in tantis tenebris pontificum de ecclesiae salute cogitet et multorum mentes intueatur. Oro autem ipsum filium dei, dominum nostrum Jesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, custodem ecclesiae suae, ut majestatem vestram semper protegat et gubernet, et faciat, ut majestas vestra sit organum salutare universae ecclesiae ad posteritatem. Idem gemitibus et precibus petere multos pios homines non dubito. Bene et feliciter valeat celsitudo vestra. Die 4. jul. anno 1556.“

***) Plura de his in lucem producit anonymus libello: De incunabulis religionis evangelicae in montanis civitatibus.

1577. revidebantur per visitatorem seniorem seu superintendentem Matthiam Eberhard, schemniciensium pastorem, atque in eodem legibus montanarum civitatum confirmatae, feliciter superabant inimicorum omnes impetus *).

§. 2. Turcarum licet arma haud mediocriter, diu conturbarent augustanae confessionis ecclesiam: constat nihilominus respiriis quieta ac ordine vacua non semper fuit. Prius status evangelici, tandem per eosdem leges regni de libertate religionis fata secunda proferebant, benedicente altissimo. Patronis praemissis addendi sunt, ut eosdem numerat reverendus Stephanus Pepich, pastor ecclesiae kokaviensis**): spectabiles domini Homonnay, Paulus Nyáry, Stephanus Török, Sigismundus Forgács, Joannes Soos totaque nobilitas, quorum singuli, ut licuit, commoda ecclesiae promovebant diligentissime. Paulo post dominus arcis Szitna et Csábrág per relictam Catharinam Pálfy successor, religionis pace procurata, innumeris beneficiis donabat et hujus orae ecclesias, qui est dominus magnificus Stephanus Illésházy, regni palatinus. Et licet ultra viginti loca augustanam cum helvetica commutaverint confessionem ***), tantae porro aderant ecclesiae lutheranae, ut post constitutos per regnum superintendentes melioris ordinis causa in hoc comitatu tribus ordinibns senioribus nationis diversae singularibus suis legibus gaudentes subordinari debuerint. Montanae septem civitates cum aliis montanis seniori heptapoleos; hungaricae ecclesiae ab anno 1613. cum barschiensibus unitae hungarico; reliquae slavicae iterum proprio suberant; singulae nobiliori conditione per seculum septimum et decimum florentes, quam sperare licuisset, ante ejectos ex provincia turcas. Acta visitationum superintendentionalium anni 1613. ita ecclesias numerant: Szenohrad, Dacsolam, Litava, Palojta, Pribely, Czerovo (Cseri), Medovár (Méznevelő),

*) Vide Martini Crusii, professoris tubingensis Germano-Graeciam p. 180..

**) In tractatu: Vera et solida imaginum christianarum historicarum contra rabiem sacramentariorum defensio, edit. Bartphae 1589. in 8..

***) Ex illis fuerant: Fegyvernek, Csank, Füzes-Gyarmath, Gyekés, Csall, Kövesd, Oroszi, Palánk, Peszek, Szob, Szokolya, Varsány, Salló, Maros, quae exemplo transdanubianarum ecclesiarum circa annum 1596. defecerant.

Cselo (Csall), Rakoncza, Teszér, Sipek, Ledény, Lissó, Maróth, Bagyan, Zsember, Báth, Prandorf, Almás, Viszoká, Prencsov (Prencsfalu), Szent-Antal, Kormossó, Bozók, Dalmad, Kemencze, Terény, Szemeréd, Szakállas, Szelestyén. Reliquae, ut sequuntur, multiplicatae sunt per seculi decursum. Ad persecutionis generalis tempora satis felix fuit status rei sacrae evangelicae, perdurante et magistratu comitatus*) in eadem religione; tandem mutato hoc sensim crescebant oppressiones. A tempore tolerantiae refloruit felicitas harum ecclesiarum. Regnante Leopoldo II. publico exercitio religionis donatae, singulas antiquas resumunt libertates, praeter templa, quibus in filialibus carere coguntur.

§. 3. Fata adversa. Per archiepiscopum strigoniensem Nicolaum Olahum anno 1588. intentata nostrum divexatio quanta mala attulit ecclesiis, dicere non habeo plura, quam leguntur in Memorabilibus cel. Ribiny ad hunc annum. Post editam confessionem montanas civitates earumque seniori reliquas subordinatas ecclesias quietas exstitisse, docuimus satis**). Seculi praeteriti initia statim honthensibus minabantur atrocioribus. Cardinalis namque Pázmán per praefectum S. Benedicti juxta Gran et potissimum jesuitas in dominiis suis nostros adgrediebatur tanto impetu, ut némethensium, szebechlebensium, sághiensium adimere templa jam circa annum 1619. ausus fuerit. Felici successu praesulis animatus comes Ladislaus Csáky idem fecit in Báth, Viszoká, Almás modis diversis alias etiam propter religionem carpebant alii domin terrestres, praesertim domini Stephanus Koháry, Franciscus Balas sa ac maxime jesuitae***). Leviores complures aliae eveniebar oppressiones evangelicorum, nisi decennalis irruisset, nostris no adeo nociturae. Hujus mala primum hic comitatus jam anno 166 ut dicemus, apud schemnicienses sentire debuit; dum persecut cresceret, bozókiensem ditionem et csábrágiensem potissimum inu dabat, in illa jesuitis, in hac dominis officialibus comitis Kohá

*) Anno 1661. comitatus magistratus evangelicus hic fuit: domin Joannes Szelecsényi vicecomes, Paulus et Georgius Gerhard, Georgius B ry de Borfő, Laszkáryi, Baloghyi, Gedeyi, Palásthyi. Vid. panegyricus obitum reverendi Joannis Institoris, pastoris carponensis, ed. an. 16(Trenchin. 4..

**) Vid. Tolerantia seculi XVI. p. 33..

***) Vide et legas acta comitiorum anni 1647..

templa ante citationem, ut systhema conflatum deposcebat, pastorum evangelicorum Posonium, adimentibus *). Anno 1673. senior ministrorum comitatus hujus ecclesiarum, Daniel Spetko, cum quibusdam in delegato judicio praesens, sub initium frustra per archiepiscopum ad reversales subscribendas cogebatur; imo dum praesul jurejurando diceret, qui hoc non fecerint, caput amissuros, senior reposuit: „Si id, pro nomine Christi moriemur.“ Fracto tandem seniore ruebant in juribus et omnes ecclesiae, quae templis spoliatae sortem aequalem habuissent cum reliquis coetuum vicinorum ecclesiis, nisi mox anno 1675. et subsequentibus animati exemplo vicorum, qui sub potestate turcarum fuerant, sacrorum resumsissent exercitium. Unde evenit, si loca in supra memoratis dominiis exceperis**), reliqua in usu antiquo mansisse. Civitates montanae satis strenue agebant causam apud imperatorem, tamen absque successu***). Post longas adversasque vicissitudines honthenses lutherani, siquidem sub comitiis anni 1681. in actuali usu fere omnium ecclesiarum fuissent, confirmati sunt. Talis felicitas magis movit partis adversae invidiam, quare anno 1688. regius, ut loquimur, commissarius, comes Wolfgangus Koháry, ecclesiis his magnam stragem adparabat et nisi nostri vi legum fideliter tutari perrexissent libertates, plures oppressisset. Et post revolutiones turbulentas varias vicissitudines habebant hic nostri, praesertim post medium praesentis seculi, dum contra apostatas regium mandatum publicatum et ecclesiarum filialium ademtio decreta fuissent. Sed has recentiores adflictiones, quarum fundamenta sustulit gratia Josephi II., malumus taciturnitate praeterire, pleni spe, illarum loco .quietem, qua donatae sunt ecclesiae hujates, novae etiam, futuram diutissimam.

§. 4. Regimen ecclesiae. In principio sacrorum reformationis administratio ecclesiarum fidei et prudentiae pastorum commissa fuit, quoad ordinis norma et subordinatio ministrorum stabiliri potuit. Clarum id est ex literis divi Philippi Melanchton datis ad pastorem schemnicziensem sub hoc titulo: „Venerabili viro,

*) Fusius haec adsunt scripta in processu contra pastores Posonii 1674. delineato.

**) In dominio Bozók nostri ad sacra romano-catholica fustibus, flagris aliisque poenis adigebantur, quare alii incolae dilapsi, alii inter ejulatus templa subintrabant adacti.

***) Vid. ven. Ribiny l. c. p. I. ad hunc annum

eruditione et virtute praestanti, domino Wolfgango Ampfer, ecclesiae dei in Schemnitz pastori, amico suo charissimo, salutem dicit. Venerande vir et amice charissime! Antequam Jacobus Argentoratensis tuam epistolam attulit, dedi nostris auditoribus isthac proficiscentibus literas, in quibus ostendi, me valde desiderare tuas. Certe enim et de ecclesia vestra et de te, post illud tuum iter, saepe cogitavi. Fuit autem mihi pergratum, quod senatus oppidi vestri de te amanter et honorifice scripsit. Tuum consilium valde probo, quod in ritibus, quos pastor ante te proximus observavit, nihil mutas. Nam et crebrae mutationes turbant populi invocationem, et recentem hospitem alios ritus constituere in ecclesia, quae jam pie constituta est, odiosum est, ac multo minus velim restitui abominatos ritus; praesertim autem displicet mihi illa consuetudo cymbola, quam non fuisse talem veteri ecclesiae certum est. Pendet autem haec quaestio ex aliis duabus, de oblatione et mutatione panis, de quibus, si voles, scribam ad te copiosius, cum habeam certum tabellarium. Heu quanto dolore excrucior, cum cogito horrendos abusus, qui ecclesiam pervaserunt et stabiliuntur. Sed oremus filium dei, ut sanet vulnera ecclesiae. Bene vale et scribito ad nos saepissime. Die pentecostes anno 1550. Vittebergae. Philippus Melanchton." Mox vexationibus archiepiscopi incitati evangelici, praesertim liberae regiaeque civitates montanae, post redditam 1558. confessionem, nexu fortiori ad invicem ligatae, intra breve tempus et unitatem rituum sacrorum, et subordinationem ecclesiasticam inducebant atque sub regum et civium tutela diligenter conservare semper adnitebantur*). Acta illius aetatis synodorum ostendunt pastorem schemniciensem Ulricum Cubicularium, alias Kammerknecht, silesium, in consilium adhibitis delegatis membris magistratus civitatum et pastorum singula negotia direxisse, quare merito primus heptapoleos senior appellandus est. Haec septem montanarum civitatum fraternitas**) pluribus etiam civitatibus imo et vicinorum comitatu-

*) Vid. et conf. ven. Ribiny l. c. ad hunc annum.

**) Heptapoleos nomine veniebant civitates regiae: Cremnicium, Schemnicium, Neosolium, Dilna (Bélabánya), Libetha, Ujbánya, Bakabánya, quibus sub eodem nomine accedebant reliquae montanae, comitatui honthensi ingremiatae. Anno 1706. die 3. nov. in congregatione in Báth habita fraternitati in comitatu habitae sunt unitae, qua occasione leges ejusdem subscripserant: Jacobus Zabeler, Elias Augustini, Daniel Mollerus pastores schemnicienses, et dilnensis M. Joannes Treffentlich.

um ecclesiis in societatem admissis, magna e fuit auctoritatis et jurisdictionem, consensu mutuo assumptam, seniores ejusdem longe lateque in partibus illis administrabant, ecclesias per decursum seculi XVI. visitabant, pastores ordinandos Brigam vel Vittebergam, ante constitutos in Hungaria superintendentes, expediebant; verbo dicam: ecclesiasticum regimen principiis religionis suae dirigebant convenienter, quoad superintendentiae aeque incorporati fuissent. Delecti in synodis tales seniores, superintendentes etiam cognominati, fuere:

Anno 1569. Valentinus Melczer, pastor cremniciensis.
1584. Georgius Melczer, pastor neosoliensis.
1587. M. Matthias Eberhard, pastor schemniciensis.
1610. M. Paulus Lentius, pastor schemniciensis, in solnensi synodo delectus in inspectorem ecclesiarum germanicarum.
1622. M. Michael Nanticovius, pastor cremniciensis.
1627. Valentinus Rulich, pastor schemniciensis.
1657. Joannes Windisch, pastor schemniciensis.

Ultimo morte oppresso, anno 1674. et subordinatio eadem persecutione tristi cessabat. Seculo praesenti civitates montanae, fraternitatibus in comitatibus suis aegre admodum associatae, iisdem cum his diriguntur legibus. Speciatim honthenses habebant jam ab initiis seculi praeteriti suos seniores. Hungaricae ecclesiae cum barschiensibus unitae proprios, de quibus in comitatu barschiensi egimus, ab anno 1613. superintendenti hungarico subordinatos seniores deligebant; slavicae superintendentibus montanis, quos habebat comitatus zoliensis, subjectae legibus et anno 1652. per comitatum confirmatis colligatae, in sua fraternitate venerabantur seniores, ut sunt in protocollis:

Anno 1611. Emericus Adamus, pastor báthensium.
1616. Christophorus Leczkovius, pastor zsemberiensis.
1626. Georgius Domaniczenus, pastor bozókiensis.
1630. Petrus Fabricius, pastor prencsfalvensis.
1640. Georgius Crúdy, pastor szenohradensis.
1668. Georgius Zabojnik, bozókiensis.
1670. Daniel Spetko, sipekiensis.
1691. Joannes Zelenka, czeroviensis.
1695. Georgius Fábri, teszériensis pastor.
1703. Petrus Rosziar.

Anno 1716. Georgius Strba, maróthiensis.
1717. Joannes Fábri, teszériensis.
1723. Paulus Raphanides.
1724. Paulus Michalovics, prandorfensis.
1746. Joannes Fridericus Michaelides, maróthiensis.
1756. Jacobus Bobor, bohuniczensis.
1773. Samuel Gazúr, maróthiensis.
1782. Josephus Schmid dacsolamensis pastor.
1786. Martinus Hamaljar, schemniciensis.

§. 5. Scholae majores. Honthensium etiam evangelici incolae, latinitati, ut moris fuit in Hungaria, dediti, fere per singulos pagos ac oppida scholas ad syntaxim habebant productas; majores: Bakabánya, Báth, et Schemnicium alebant. **Báth** anno 1618. clarissimum Adamum Tagany, anno 1660. Danielem Antoni praefectos scholae suae, ut alios praetermittam, habuit. Senatus celebris urbis **schemniciensis** statim post receptam reformationem scholam majorem ponebat, dotabat. Aedificium illud evangelicorum, quod modo romano-catholicorum schola normalis est, inscriptionem ita habet: „Almae pietati bonisque literis sacrum S. P. Q. S. opera impensisque publicis P. M. D. L.." Mox inductis docentibus, legibus et lectionum serie sua auctoritate magistratus prospiciebat scholae; leges reiterabant auctasque iterum publicabant in corio scriptas anno 1652., quae hodie etiam prostant. Inter praecipuos maecenates scholae fuerant: Fridericus Gienger et D. Huldr. Reuter, judices civitatis. Prior, qui scholam donabat corona argentea inaurata, insignibus Giengeri et nobilioribus lapidibus distincta; posterior sceptro argenteo. Coronae inscriptio haec est „Haec corona confecta est in scholam ex munificentia nobilissimi et amplissimi viri domini Friderici Gienger, anno Christi MDLXXXIX." sceptrum transversum habet: „oDIt InsCIVs arteM". In longitudine cujusvis tertii lateris versus:

Sceptra dat Huldricus Reuter, dedit ante coronam
Fridrichus Gienger, regia dona scholae.
Judicis officium semel, ast alter id ipsum
Quinta Schemnicii gessit in urbe vice.
Vivant florentes nati de more creati
Reges, ut patria floret in urbe decus.

Fata scholae munificentia civium fuere felicissima ad annum 1669., quo turbata ecclesiae libertate et schola adversas experiebatur vicissitudines. Post comitia soproniensia anno 1681. habita, docebatur juventus in domo Ujfalusyana, sub revolutione regni in antiquo aedificio, quoad pulsi iterum anno 1688. domum scholasticam, quae modo superest, ordinassent. Dein initio seculi praesentis iniquitate temporum deficiebat ludus hic, imo anno 1747. rector ab omnibus altioribus docendis inhibitus et juventuti demandatum, ut die 1. dec. usque horam 6. vespertinam urbe exeat. Subsequenti anno regio speciali mandato ad grammaticam restricti ad triviumque detrusi acerba fata deplorabant ad annum 1777., quo auctoritate regia ad ductum libri: Ratio educationis institutis literariis reformatis, sensim gymnasium hoc surrexit et cum fructu copiosae nunc juventutis florent in classibus quinque singula studia. Omissis aliis vicissitudinibus, quas attigit venerabilis Vallaszky in Historia literaria passim et cel. Ribiny in Memorabilibus p. II. p. 137. 393., rectorum scholae seriem subnecto: anno 1562. Joannes Heinsel, 1564. Clemens Fabinus, anno 1560. Thomas Fábri, anno 1567. M. Joannes Egranus, anno 1572. Martinus Schvengler aliter Dodok, anno 1575. Abrahamus Schreml, anno 1578. M. Christ. Eckhard, anno 1579. Fabianus Döring, anno 1580. Matthias Ludonischerus*) anno 1583. M. Joannes Scholtz, anno 1591. M. Joannes Haunold, anno 1594. Matthias Lumann, anno 1595. Joannes Polanus, anno 1596. M. Paulus Lentius, anno 1609. Joannes Schultz, anno 1610. Matthias Pohl, anno 1617. Joannes Risch, anno 1619. M. Christ. Stephani, anno 1633. Petrus Leonhardi, anno 1639. Jeremias Splé-ni, anno 1647. Tobias Stephani, anno 1655. Joannes Institoris, anno 1657. Valentinus Perák, anno 1661. Elias Kreuchel, anno 1677. M. Casparus Schön, anno 1669. Christophorus Parschitius, anno 1688. Andreas Richter, anno 1693. Martinus Dubovszky, anno 1703. Michael Misovics, anno 1706. N. Grünwald, anno 1710. Joannes Zelenka, anno 1712. Joannes Clement, anno 1719. Stephanus Grebecz**), anno 1725. Samuel Rumy, anno 1735. Joannes Blázy, anno 1744. Paulus Turcsányi, anno 1746. Samuel Gazúr, anno 1755. Joannes Severini, anno 1789. Michael Járosy cum quinque colle-

*) Hornyanszkynál i. m. 246. l.: Lorenz Donischer.
**) Ugyanott 247. l.: Gribeck.

gis. Haec larga manus venerabilis Martini Hamaljar, pastoris schemniciensis, submisit, imo et in describendis specialibus fatis ecclesiarum ex protocollis, quae supersunt, auxilio fuit. Ad narranda eadem progredimur.

Pars specialis.

Singularum comitatus hujus ecclesiarum matrum fata praecipua hic commemoranda veniunt; id commodius procedit in distinctis sectionibus.

Sectio I.

De ecclesiis in liberis regiis civitatibus.

1) Schemnicium.

Tempore reformationis cum reliquis civitatibus montanis Mariae reginae juris, cujus in evangelium amor et huic urbi in recipienda per Lutherum repurgata doctrina auxilio fuit exemploque. Jam circa annum 1525. multi cives missis traditionibus humanis, normam doctrinae et vitae christianae, scripturam sacram, sequebantur atque ad praescriptum hujus sacramentis utebantur*). Hoc religionis exercitium intra parietes privatos ad annum 1534. continuabant fideles, aucti numero publico in congressu tandem idem peragebant, teste Davide Reuss, diacono cremniciensi, in oratione anno 1581. die 3. jan. publice in laudem dei, conservatoris ecclesiarum in montanis civitatibus dicta, ubi inter alia: „Danken wir“ inquit, „dem Gott, dass er uns und unsern Nachbarn sein heil. Wort sammt dem rechten Gebrauch der heil. Sakram enten in diesen letzten Zeiten mitgetheilt.. auch nunmehr in die 46. Jahr erhalten**).“ Anno 1536. monachis dominicanis claustrum cum aede s. Nicolao sacra***) derelinquentibus invalescebat reformatio et ministri evan-

*) Clarius haec in comitatu zoliensi parte generali praemissa sunt.

**) Oratio haec adest in volumine: Fünfzehen trostreiche Predigten. Lipsiae 1581. 4..

***) Aedes haec an. 1575. ritu evangelico inaugurata festo ascensionis, a qua ascensionis templum vocatur.

gelii aucti, ex quibus Joannis Senensis, slavorum ab anno 1544. pastoris, memoria superest in epitaphio suis sibique 1584. posito in coemeterio ad templum beatae virginis Mariae ad nives, cui inter alia inscriptum :

Sic ego Joannes Senensis, qui slavus in urbe
Schemnicia pastor lustra per octo fui,
Haec ego vivus adhuc posui monumenta senescens,
Et mihi, consorti pignoribusque meis.

Post superatam archiepiscopi Pauli Várda vexationem, qua ministri ad rationes fidei suae dandas adtrahebantur, cives anno 1549. die 10. apr. datis literis divum Melanchtonem Vittebergae conveniebant, Nicolaum Herko scepusiensem vel Eberhardum Schnepf, cives academicos, in ministerium evocando. Neuter votis assurrexit; quare Wolfgangus Ampfer, ad quem anno 1550. per Melanchtonem scriptas supra induxi, opera ecclesiae praesto fuit. Circa annum 1558. per archiepiscopum Olahum huic et reliquis montanis ecclesiis intentatas adflictiones atque eadem occasione editam per easdem confessionem, alibi exposuimus*). Praesul praefatus, indulgente rege, porro impendebat operam in reducendis evangelicis, quo fine anno 1560. mediante vi hos cives aggressus est tanto cum impetu, ut doctorem illum celebrem Ulricum Cubicularium die 6. maji exulem dimittere debuerint, praesentibus jam missionariis. His denegabant schemnicienses facultatem docendi atque factis ad thronum repraesentationibus iterum 24. aug. reponebant Cubicularium: ast minime desistebat a coeptis archiepiscopus, quem adfligebat quinque templorum per schemnicienses occupatorum usus. Anno 1564. iterum per triennium similia occipiebat, in veritate constanter perseverantibus civibus**). Anno 1564. regimine regni ad Maximilianum translato, ut lenis erat in lutheranos princeps, fata ecclesiae hujus etiam laetissima fuere. Anno 1566. in templo***) Catharinae organon musicum aptabant et chorum pro eodem, judice existente Burchardo Lorberer; synodos saepe

*) Vid. Tolerantia seculi XVI. p. 24. et ven. Ribiny l. c. p. I. p. 110..

**) Vid. Ribiny l. c. p. I. 184..

***) Quod anno 1652. aere contectum est magno sumptu evangelicorum

cogunt, imo singula, quae ad utilitatem ecclesiae spectare videbantur, tutissimi perficiunt*). Post viennensem pacificationem ecclesia haec prae aliis eo nomine magis tranquilla habebatur, quod paucissimi romano-catholici numerati in domo camerae sacellum s. Ignatio Loyolae inscriptum pro usibus suis habuerunt. Anno tandem 1669. primi ex liberis civitatibus templo privantur schemnicienses. Infelix fatum hos habuit origines. Scriba cameraticus romano-catholicus Glanzschick dictus cum filia senatoris, nobilis a Lansee, patre non consentiente, inivit sponsalia; haec ministerium dissvadebat. Jesuitae cum praeside camerae, domino Joanelli, causam suscipiunt, magistratum, ministros, parentes ad sacram sedem Tyrnaviam evocant, non comparentes, ut erant lege exemti, convincendos curant, mulctam deponere nolentibus, proventus xenodochiales et templum majus germanorum per tricesimatorem Borsiczky, mandato regio ac banderio comitatus provisum occupant**). De templi occupati clenodiis lis ad annum 1672. fuit protracta, quo ad mandatum regis, licet praevie rem inter se jam composuerint, omnia romano-catholicis assignata sunt, ad haec salaria pastoribus et rectoribus scholarum ex fundo civitatis antea soluta, subtracta, templa residua, invalescente persecutione per regnum, eodem anno adempta utpote templa: Catharinae, Mariae ad nives, Annae cum parochia, schola aliisque***). Tristissimi cives sacra in domo Martini Kaiser — domus haec anno 1656. evangelicae communitati testamento donata, in praesens etiam cultui sacro deservit, non absque contradictione magistratus jam romano-catholici, et in primis superiori jesuitarum Raimundi Decker — habere non desinebant, quoad annosequente pastores schemnicienses Posonium ad delegatum judicium pro die 25. sept. citati, reversalibus ad exilium subscripsissent, et quidem octo diebus prius, quam resolutio regia, ne montana civitates in exercitio religionis turbentur, supervenisset †). Orbati pastoribus cultum divinum continuabant ipsi i

*) Haec ex annalibus schemniciensis urbis ab anno 1554—1581. in compendio data.

**) Conf. Theatrum Europae t. X. p. II. ad hunc annum et Fragmenta hist. Cassoviae edita p. 197., 214..

***) Vid. acta diaetae anni 1681..

†) Exhibet hanc venerabilis Ribiny in Memorabilibus II. p. 29..

domo praefata, a qua anno 1674. vi exclusi, non obstantibus minis, sub dio sacra peragebant in sylvis Szitnae per Eliam Augustini saepe usu sacrae coenae refocillati. Miserabilem statum saepe augusto questi sunt, sed absque solatio. Anno 1678. die 21. oct. sub Tökölyanis motibus templa receperant atque ad diem 18. nov. per reverendum Joannem Höher, aulicum Tökölyi, sacris litabant, tum iisdem iterum ejecti. In comitiis anni 1681. pro templo inferiori, qua suis sumptibus erecto, supplicabant schemnicienses; responsum tulere, contentarentur domo sua; quare reduces saepe repetebant supplices ejusdem restitutionem, renitente magistratu. Anno 1682. die 6. apr. subintrarunt cum sacris Clementisianam (nunc sub numero 47. Lorberianam), qua ad diem 1. oct,, quo Emericus Madocsányi, commissarius Tökölyanus, templa illis iterum resignabat, usi sunt. Sacris praeficiebant dictum Eliam Augustini, quoad alios habere poterant, cujus vocatorialibus literis haec inscripta lego: „Si antecessores antistites ecclesiae hujus pro gloria dei constantiam potius, quam subscriptionem reversalium amplexi fuissent, ecclesia haec relicta haud mansisset.“ Duce exercitus caesarei Rabutin superveniente, romano-catholicis majora duo templa, evangelicis duo, Annae et Mariae, assignata fuere; his ad annum 1688. vigore literarum protectionalium praefati ducis pacifice perfruebantur; per comitem Erdödy commissarium illis ejecti, convasatis utensilibus sacris domum Kaiserianam subintrarunt, in qua hoc tempore etiam sacris operantur. Initio seculi praesentis comes Loewenburg, Péterfy, Mednyanszky, Fichter aliique commissarii camerae regiae quas vexationes causabant schemniciensibus, dum in Historia diplomatica expositae sint, hic subticemus. Neque juvat fusius describere vicissitudines ecclesiae sub turbis Rákóczyanis, quibus anno 1705. 30. oct. nostris templum forense et beatae virginis Mariae consignatum, anno 1709. die 11. nov. iterum romano-catholicis resignata fuere. Turpis praesertim ausus fuit, dum anno 1717. adempto per dominum Wolfgangum Majthényi, camerae commissarium, coemeterio ad aedem Mariae ad nives, jesuitae violatis sepulchris res pretiosas ex tumbis surripiebant et nostros a novo ponendo diu inhibebant. Quas porro circa sepulturas recentissimis temporibus perferebant evangelici hic difficultates, oportet silebimus, alma jam sub augusto Josepho II. indicta pace. Schittrisberga, Hodrus, Bélabánya affiliatae huic habentur, quibus additae Stepliczhof (Stefulto), Ilia, Antal,

Windschacht, Kopanicz, nec non Vihne, Trnovka. Ultimum est, quod addamus, series pastorum primariorum, omissis brevitatis causa diaconis, utriusque nationis, quae sequens est: anno 1550. Wolfgangus Ampfer, cum Joanne Senensi, anno 1557. Ulricus Cubicularius, anno 1564. Lucas Conon, anno 1574. Matthias Eberhard, anno 1582. D. Georgius Senger*), anno 1590. M. Andreas Büringer, anno 1596. M. Balthasar Fischer, anno 1601. M. Paulus Lentius, anno 1620. Valentinus Pomponius, anno 1624. Mauritius Molczer, anno 1627 Valentinus Rulich, anno 1657. Joannes Windisch, anno 1682. Elias Augustini, anno 1683. M. Stephanus Pilárik, anno 1710. Jacobus Zabeler, anno 1711. Michael Unbehauen, anno 1716. Christophorus Voigt, anno 1733. Joannes Clement et Joannes Simonides, anno 1741. Michael Pohl et ab anno 1747. Georgius Gregusch, anno 1749. Joannes Demian, anno 1770. Joannes Csernanszky, anno 1785. Martinus Hamaljar cum Paulo Tesslak slavorum pastore, cui surrogatus 1791. Samuel Kosányi.

2) **Bakabánya** (Pukanecz).

Initia repurgatae religionis publice assumptae refert ad annum 1554.. Ex pastoribus primis observandi: Achatius Wagner et anno 1575. Erasmus Sebald. Anno 1664. die 15. maji rabie tartarorum fere omnes excisi cives; pastor slavorum, Vietoris, in captivitatem abductus. Confluentibus ex locis vicinis slavis, ecclesia unius nationis fuit, docente eandem reverendo Peterman ad annum 1673., quo templum, sacellum et alia adempta sunt. Sub tumultibus vicissitudines illas, quas Dilna, habuit. Anno 1684. Georgius Bónis munere sacro, sed non diu functus est. Anno solum 1783. inducere licuit post multas difficultates pastorem, qui in oratorio, in superiori parte urbis posito, sacris operatur. Primus post restaurata sacra fuit Samuel Csernanszky, alter Joannes Sztraka, ex Acsa adscitus. Filialia loca sunt: Uhliszko, Ujbánya et Brehi.

3) **Bélabánya.**

Seu Dilna (Dilln). Domini Fugger, Thurzónes et cives schemnicienses venam auro cariorem, utpote evangelii huc perduxerunt,

*) Hornyanszkynál i. m. 244. l.: Seeger.

·e anno 1558. inter montanas fuit, quae confessionem fidei regi buerunt et iterum anno 1569. per Erasmum Sebald, anno 1576. Adamum Fábri, anno 1581. Valentinum Cseh pastores suos ad- ıabat. Serie non interrupta ad annum 1673. pace ecclesiae divi- fuerant; eodem Jeremias Pilárik minister in exilium pulsus, plum per dominum Joannem Fichter cammergrafium, ut ita ım, ademptum. Anno 1683. sub ministerio Samuelis Quetoni bant sacra ad annum 1687. diem 3. oct., quo ejecti; post iterum o 1704. Ephraimum Nostitium pastorem accersebant; iterum o 1705. et seqq. M. Joannem Philippum Treffentlich sacrorum esulem habebant, donec 1709. omni usu ordinati exercitii essent ati. Vi legum anni 1681. saepe reddendam petebant suam liber- ım, ast in vanum. Modo affiliati sunt schemniciensibus.

4) Hodrusbánya.

Juribus urbis schemniciensis, quia ejus est platea 2. horis tans, atque libertatibus simul ecclesiasticis eisdem gaudebat; te anno 1558. cum schemniciensibus pastoribus et horum Tho- s Bentheier per archiepiscopum strigoniensem Váraljam citatus ; ut alia eadem fata cum schemniciensibus taceam, et templis ıo 1669. obsigillatis ad exercitium privatum damnati sunt. An- 1673. pastore per judicium posoniense delegatum in exilium ıso, utpote Philippo Köberling, omni exercitio carebant; tumul- rie reductum et initio seculi hujus, existente pastore Daniele ɜuli, constans esse non potuit, licet vi legum tale esse debuisset. ıtores hodricsenses porro inveni: anno 1613. Martinum Rein- d, anno 1646. Martinum Hanko, anno 1667. Georgium Czem- , anno 1668. Jeremiam Pilárik, anno 1706. Danielem Reguli.

Sectio II.

De ecclesiis in oppidis.

1) Báth.

Ab initiis reformationis, terrestribus dominis evangelicis existentibus, utpote dominis Gabriele de Léva, Melchiore Balassa, Stephano et Francisco Dobó, Seifrido Kolonics, ad initia seculi praecedentis summa pace perfruebatur in exercitio religionis. Illustrissimo Kolonicsio consentiente haec ecclesia, tum nationis hungaricae, praefecerat sacris circa annum 1610. Joannem Dianovics, tandem in synodo Sintaviae habita in seniorem hungaricarum ecclesiarum barsch-honthensium constitutum. Domino mutato mox anno 1618. templum oppidi raptum et pastor, Jonas Csernák. cum scholae rectore, Adamo Tagany, loco moti sunt. Integra libertas cum templo nonnisi sub comitiis anni 1647.,renitente satis magnífico domino Ladislao Csáky, restituta fuit cum omnibus proventibus ab antiquo ad ecclesiam spectantibus, ut legi possunt in actis diaetae anni 1647. p. 79.. Sub decennali persecutione iterum anno 1673. penitus exercitio religionis privati, ante annum 1681. reduxerant ministrum, unde per constitutiones regni in usu confirmati etiam sub revolutionibus patriae, existente ministro Joanne Valentini, quieti fuerant. Mox anno 1713. jussu dominii per provisorem levensem templum eis ademptum ; accedente protectione regia libertas religionis exercitii ad annum 1719. continuabatur. Eodem anno comes Josephus junior Eszterházy regio indultu, mandato ad id provocante, quod anno 1687. inter instantes fuerint, cum assistentia militari oratorio omnibusque libertatibus subditos evangelicos privabat. Exulem libertatem illam reddidit augustus Josephus II., cujus gratia inducto pastore sub tolerantia anno 1783. reverendo Stephano Baliga, oratorium exaedificaverunt. Pastores in Báth: anno 1610. Emericus Adami, 1626. Paulus Bellobradenus, 1691. Joannes Valentini, 1686. Samuel Csernanszky. Jalaksova sen Élesfalu filia semper fuit; oratorium persecutione levensium amiserat.

2) **Bozók**. (Bzovik).

Clarissimus Timon in Epit. hist. ad annum 1530. observat, oppidum et praeposituram tumultuantem Sigismundum Balassa occupavisse; dilapsis praemonstratensibus, ut erat religionis repurgatae amans, dominus hic illocabat pastorem evangelicum, dum scilicet ad fidem Ferdinandi I. redux in dominio confirmatus fuisset. Patrono anno 1559. emortuo, vidua ejus in fratrem, Georgium Fáncsy, testamento oppidum cum integro dominio et jus patronatus transtulit, quali celebris haec familia usque ad Paulum et Joannem Fáncsy de Bozók et Bielicz cum utilitate populi in emolentum ecclesiae utebatur, ut testis est Joannes Institoris Mosóczy in Dissertatione de clericorum e potestate seculari exemptione edit. an. 1655. Trenchinii. Ex praefatis dominis ultimus improlis per jesuitas, qui dominio inhiabant, a sacris nostris abductus; quo mortuo suis viis effectum est, ut anno 1670. per archiepiscopum strigoniensem arx occupata fuerit simul cum oppido, ex quo statim anno 1671. die 12. mart. pastor ecclesiae et superintendens Georgius Zabojnik pulsus et singulae ecclesiae res sunt ademptae per jesuitas. Tumultibus patriae invalescentibus cum fine praeteriti et initio praesentis seculi ad annum 1710. inductos ministros, Petrum Rosziar, seniorem ecclesiarum, et Samuelem Antoni alebant residui a divexationibus supra adductis. Vicit patientiam tandem potestas effecitque romano-catholicos. Pastores bozókienses: anno 1620. Georgius Dominicenus, cum diacono Michaele Adami, anno 1634. Martinus Spetko, anno 1656. Georgius Zabojnik, anno 1709. PetrusRosziar.

3) **Börzsöny** (Deutsche Pilsen).

Huic ecclesiae anno 1627. praefuit Henricus Wípacher. Ministros habuit continuo usque ad 1687., quo primum plebanus, pater Herkovics, jussu Georgii Széchenyi archiepiscopi inductus per Michaelem Gere. Admiranda constantia in fide incolarum hic degentium, qui sub jurisdictione archiepiscopali existentes, variis divexationibus plebanorum patienter superatis, ultra seculum vicinas ecclesias adibant in perficiendis sacris. Sub motibus patriae erectum oratorium cum exercitio, pastoribus Jacobo Roth 1706. et Jo-

anne Heinsel 1707., utroque satis adflicto, ut conturbernialia acta testantur, mox amiserunt; quare status evangelici in instantia anno 1715. augusto exhibita querulabantur: „contra resolutiones caesareas e potestate nostra adempta sunt templa in Báth, Borzsöny." Tolerantia augusti Josephi II. anno 1783. donavit hos usu privati exercitii, primo verbi divini ministro existente Joanne Kovács-Martinyi, secundo Matthia Biszterszkyo. Loca filialia sunt: Désa, Kis-Salló, Perőcsény, Lonthó, Szakálos, Vámos-Mikola, Bél, Ipoly-Pásztó, sine templis.

4) Füzes-Gyarmath.

Andreas Rotarides anno 1630. gyarmathensis pastor protocollo inscriptus occurrit, unde colligas ecclesiam necdum calvinianam fuisse in Füzes-Gyarmath. Item pastor slavicus gyarmathensis Joannes Ostás anno 1647. legibus subscriptus adest, illo namque anno redditum est nostris templum, paulo post jussu dominorum ademptum.

5) Némethi (Nemcze, jam oppidum ab anno 1731.)

A schemniciensibus repurgata sacra accersebat, illisque pe decursum XVI. seculi fruebatur. Possessione transeunte in domini um capituli strigoniensis, statim anno 1618. per praefectum S. Benedicti juxta Gran templum occupatum, neque restitutum amplius, ut habent acta diaetae anni 1647..

6) Szebeléb (Szebechlebi, Klieben).

Cultum oppidum saxonica colonia reformationis seculo cultam habuit evangelicam ecclesiam. Circa annum 1618. praefectus S. Benedicti cooperante reverendissimo Pázmán, libertatibus religionis exercitii et templo hos privabat. Status evangelici in comitiis regni anni 1647. petebant reponendos ad usum: verum eludebat adversa pars conamina subtilitatibus, quas exponunt illorum comitiorum acta in Historiae diplomaticae appendice.

Sectio III.

De ecclesiis in pagis.

1) **Almás** (Felső-).

Processus báthensis vicus cum Bohunicz unam constituebat ecclesiam et in actis superintendentionalibus anni 1613. loco priori ut amplior collocatur. Circa annum 1638. magnificus dominus comes Ladislaus Csáky templum cum parochia ademit, tandem proventus romano-catholico in Pecsenicz plebano adjecit. Nostros in comitiis anni 1647. non licuit vindicare. Sed vindicati successu temporis; quare oportuit pastorem illocare ad Bohunicz, cui ab anno 1647. ut filia adhaesit. Ad annum 1773. liber exitus patuit ad illam, quo praecluso satis adflicti fuerant, cum et templum amiserint anno 1779. III. advontus foribus per vim effractis. Sub tolerantia Josephi II., qui et his facultatem privati exercitii religionis largitus est, primo sacris operabatur Joannes Járosy.

2) **Szent-Antal.**

Nunc oppidum. De felicitate hujus evangelici coetus visitationes superintendentionales annorum 1613., 1628., 1647. clare loquuntur. Pastorem cum diacono intertenebat. Comes Koháry effecerat, ut anno 1673. singulis libertatibus privatam deplorare debuerint incolae ecclesiam. Sub revolutionibus patriae reduxerunt usum et ad annum 1709. Georgium Strba, qui in synodo rosenbergensi qua honthensium consenior praesto fuit, docentem ecclesiam habebant. Ilia et Zsíbrító filiales ejus; posterior pura evangelica possessio nunc ad Királyfalvam est affiliata. Pastores S. Antonii: anno 1626. Daniel Vissipius cum diacono Valentino Zachariae, anno 1651. Andreas Bliscius.

3) **Bagyan.**

Nobis vel ob natales clarissimi Pauli Vallaszky memorabilis possessio, jam circa annum 1561., ut visitatio anni 1613. innuit, evangelio repurgato illuminata. Retinuit libertates ad decennalem

persecutionem imperturbatas; hac perdurante templi usu ejecti q[illegible]ui dem fuerant, verum mature illud recipiendo per legem anni 16[illegible]1 confirmati, ad nostram aetatem perfruuntur cum filiali Pocsuva[illegible] dicta. Haec quidem pluries divexata, oratorium eidem anno 17[illegible] ademptum, stola catholico plebano viszokensi pluribus vicibus su[illegible] esse jubebatur, donec vexis Josephus II. finem imposuisset, e[illegible] stola absolvendo. Ministri hi fuere: anno 1630. Andreas Major* 1693. Joannes Fábri**), 1695. Joannes Andreae, 1703. Paulus S[illegible] verini, 1704. Martinus Valentini, 1705. Elias Valentini, 1714. Joa[illegible] nes Hodikius, 1723. Michael Masnicius, 1725. Andreas Barany[illegible] 1739. Martinus Kiszelini, 1741. Joannes Trnkóczy, 1746. Joanne[illegible] Masnicius, 1750. Georgius Jamriska, 1751. Matthias Dorkovics, 1780. Daniel Baranyi, 1784. Martinus Vliczky, 1785. Paulus Csery 1786. Matthias Abaffy. Filias habet: Klaszita, Pocsuvadlo, Gyekés, Viszoká.

4) **Beluja.**

Seculo XVI. jam proprium habuit templum, tandem anno 1673. occupatum; continuo ut filialis adhaerebat matri Prencsfalu. Sub revolutionibus patriae Rákóczyanis Paulum Michalovics ex Prencsfalu per catholicos motum ad se receperat, cui tamen hic diutina statio esse non potuit. Anno 1784. dominica I. adventus indultu augusti proprium pastorem Joannem Holub induxit oratoriumque cum parochia exaedificavit cum filia Prencsfalva.

5) **Bohunicz** (Bagonya).

Ut dictum ad Almás, cum hac unita manebat. Anno 1664. depopulationem tartaricam patiebatur, qua pastor etiam captivus abductus. Constans tandem eidem fuit quies quoad ecclesiam, qua porro perfruitur. Anno 1708. hic conventus venerabilis contubernii habitus, in quo senior fraternitatis, Petrus Rosziar, acta synodi rosenbergensis praesentibus nota efficiebat, existente pastore Georgio Horváth. Antea succedebant pastores hoc ordine: anno 1656. Ge-

*) Hornyanszkynál i. m. 7. l.: **Mayer.**

) Ugyanott: **Fabriczi.

orgius*) Lapicida, 1669. Jacobus Fábján**), 1701. Georgius Horváth, 1717. Jacobus Mokoschinus, 1750. Jacobus Bobor, 1776. Joannes Geitz, 1784. Georgius Ribay, anno 1786. Martinus Fedor.

6) **Csall** (Cselovcze.)

Cum filia Opava in processu bozókiensi, quoad tributaria turcis fuit, quies regnabat in usu ecclesiae. Tandem magnificus dominus Franciscus Balassa adempto templo induxit plebanum. Mox anno 1646. effecerant status evangelici, adempta restituantur comitiis durantibus. Fine quo advenerat commissarius Stephanus comes Forgács Vetusolium et advocatis incolis amissa reddebat. Inescati promissis plebano se contentos futuros respondebant, quare executione opus amplius non fuit, ut habent acta illius diaetae. Paulo post libertate sua recepta utebantur ad annum 1673., quo templo exclusi iterum, ut erant tempora, vicissitudines perferebant. Anno 1784. inductum huc religionis exercitium, plebano penes unam romano-catholicam animam manente. Pastores in Csall: anno 1620. Georgius Stephanides, anno 1626. Georgius Coriari, eodem Georgius Stephanides, 1626. Daniel Litomericieny, anno 1704. Stephanus Schuhajda. 1784. Paulus Szekerka. Filiae sunt: Opava, Szelény, Sirák, Gyürki, Kökeszi et Bél.

7) **Csalomia** (Kis-).

Post annum 1681. induxerat publicum religionis exercitium, quare anno 1672. (?) die 14. sept. emanato regio mandato simpliciter cassatum, praedicans et paedagogus amoti, oratorium dirutum. Hoc aevo, adnitente praesertim spectabili domino Thoma Tihanyi, anno 1784. privatum usum obtinuerant inductoque pastore oratorium posuerant. Anno 1726. Georgius Valentini, 1746. Georgius Mazúr, anno 1785. Joannes Trsztenszky, 1790. Daniel Lehoczky hic ministri ecclesiae. Filialia loca habet: Leszenye, Terbegecz, Haraszti, Kóvár, Nagy-Csalomia, Ipoly-Keszi, Balogh, Nagyfalu 'Nyék, Vecze.

---

*) Ugyanannál i. m. 30. l.: Nicolaus.

**) Ugyanott: Fabiani; Micae 102. l. is.

8) **Csank.**

In protocollo honthensium, quod anno 1691. inchoatum, ad annum 1696. scriptum, occurrit, pastorem novellae hujus ecclesiae, reductae a calvinismo, Andream Sebestyén, receptum esse in fraternitatis membrum. Ab eodem tempore usus exercítii constans obtinet. Ministri hic fuere: anno 1703. Martinus Sebestyén, 1729. Georgius Corony, 1734. Jacobus Bobor, 1741. Martinus Paltes, 1756. Martinus Buocz, 1769. Joannes Csernanszky, 1770. Elias Csernanszky, 1772. Christ. Lyci, 1776. Fridericus Kühn, modo Paulus Csaplovics. Loca filialia sunt: Magyarad, Szánthó, Százd, Kis-Kér, Varsány, Kereskény, Borfő, Bori, Fegyvernek, Füzes-Gyarmath, Peszek, Horhi, Tergenye, Dalmad.

9) **Czerovo** (Cseri).

Ecclesiam inter primas numerant acta visitationis superintendentionalis anni 1613.. Post longam pacem sub decennali persecutione ab usu templi amoti fuerant incolae, sed resumserant illum ante 1678., unde lege regni subsecuta sunt confirmati. Initio seculi utpote 1704. die 28. maji conventus evangelicorum montani districtus habitus hic, in quo M. Stephanus Pilárik, minister schemniciensium, superintendens constitutus est. Adnectimus in nexu pastores: 1626. Daniel Transalpini, 1646. Matthias Chalupka, 1691. Joannes Zelenka, 1695. Thomas Csery, 1720. Samuel Petko, 1759. Daniel Crúdy, 1764. Martinus Murányi, 1771. Georgius Kindernay, 1782. Martinus Bobor. Hodie Paulus Csery. Filiam habet Korpás-Varbók.

10) **Dalmad** (Domadicze).

Ecclesia nationis hungaricae, cujus memoriam invenio in protocollo superintendentiae hungarorum ad annum 1615. in verbis: „Ego Blasius Alumni concionator dalmadiensis.“ Paulo post insufficiens intertentioni proprii ministri, calvinianis vicinis accesserat.

11) **Darázsi.**

Ab antiquo filialis ad Sipek, jam anno 1693. in congregatione pastorum Czeroviae habita petierat rectorem domi intertenendum;

anno 1700. oratorium posuit; tandem sub persecutionibus matris suae, circa annum 1716. Georgium Gabrielis ministrum ex Sipek recepit; frequentibus vexis turbata porro cum filialibus Sipek et Bácsfalu perseverat sub pastoribus: anno 1729. Georgio Fabricius, anno 1750. Georgio Nagy, 1753. Jona Bartholomaeides, 1758. Adamo Liffiny, 1784. Samuele Plachy. Filias habet Bácsfalu, Alsó- et Felső- Sipek et Domanik.

12) Daoso-Lam.

Saepe in citatis visitationibus superintendentionalibus descripta est. An. 1630. Paulus Schrötter, 1702. Petrus Rosziar, venerabilis contubernii senior, hic ministerialia agebant. Sub divexationibus plebanus szenohradiensis cum assistentia militum saepe illos turbabat; constantes retinuerunt semper retinentque antiquam libertatem. Pastores hic: anno 1626. Paulus Schrötter, 1663. Paulus Schorman, 1691. Petrus Rosziar, 1704. Samuel Rotarides, 1730. Jeremias Pilárik, 1746. Joannes Schmid, 1785. Michael Mikitta, jam Georgius Goldberger.

13) Derzseny.

Ultra seculum filialis ad zsemberiensem ecclesiam; hac decennali persecutione oppressa recepit mature jura matris, per idque lege anni 1681., ut in usu existens, retinuit libertates ad tempus praesens. Pastores: Joannes Brezány, anno 1695. Joannes Andreades, satis vexationibus probati fuere. Anno 1728. Andreas Fabricius, Samuel Zaban anno 1730., Joannes Gally 1751., Samuel Hajnóczy 1758., Matthias Bálint 1764., Joannes Anders 1769., Matthias Michalovics 1783., Paulus Csaplovics 1784., Paulus Korbely 1785., Samuel Puchovszky succedebant. Filiales sunt: Szent-Kereszt, Ujfalu, Disznós, Alsó- et Felső-Zsember.

14) Deviose.

Seculis prioribus kormosiensi matri annexa, suo provisa oratorio, ad annum 1673. in pace fuit. Sub tumultibus patriae recepit in gremium sui pastorem; anno 1709. eodem ejecto ad nostra tempora tristem pertulit orbitatem. Illucescente tolerantia augusti

Josephi II. primum cum Királyfalva juncti fuere, postea anno 1786 induxerunt ministrum reverendum Samuelem Csery, antea scholae drenoviensis rectorem, quo mortuo 1789. reverendus Georgius Kerner ecclesiae praeest.

15) Drienó.

Prius medovariensi ecclesiae ut filia associata, anno 1668. disceptationem habuit cum matre, qualem dum in congregatione Carponae habita superintendens Dávid Lányi cum Georgio Zabojnik seniore et Daniele Spetko conseniore expendissent, consultum judicabant, haec proprio concredatur pastori regenda; accepta tali potestate mox die 4. febr. Thomam Bartasovicz induxerunt, quo anno 1672. Királyfalvam evocato tentationibus obnoxii fuerant. Sed constantes in retinendo usu exercitii, constitutionibus regni firmati, perseverant in libertatibus. Anno 1699. pastor Andreas Molcsan, 1704. Jacobus Johannides, anno 1728. Samuel Csery, anno 1756. Samuel Csery. Filia est Csábrágh-Varbók.

16) Ilia.

Priori seculo matris Szent-Antal filia; hac occupata bellis perdurantibus intestinis accersivit in suum oratorium pastorem, quem anno 1709. dimittere debuit, mandante regio commissario.

17) Kemencze.

Initio seculi prioris anno 1615. adhuc receptam evangelii doctrinam tenuit, quod docet subscriptio pastoris, Georgii Lakos, sub superintendente hungarorum, Nicolao Gönczy, protocollo consignata. Cessit tandem possessio archiepiscopo strigoniensi jussuque illius abducta a sacris nostris.

18) Keszihócz.

In actis pestiensis commissionis docuerunt nostri hanc anno 1687. in usu religionis exercitii sub cura ministri Georgii Spetko, ex Sásomháza huc devecti, exstitisse: denegata nihilominus est eidem lege legitime competens libertas. Anno 1666. Petrus Allodiatoris, 1667. Georgius Fábri hic verbi divini ministri munus obibant.

19) **Kormossó** (Kormisov).

Longa pace ad decennalem persecutionem dives describitur in superintendentionali visitatione, pastoribus existentibus: anno 1626. Martino Smrtnik, 1629. Joanne Sicelides, 1645. Jacobo Reguli, 1647. Martino Nicletius, 1658. Elia Zaban. Libertates decennali persecutione amissas ut reduxerant tumultuarie iterum 1709. amittebant. Devicse fuit hujus filia, ut et Királyfalva, ad quam demum jura matris translata, permanente matre nova cum Nagy-Honth unita, ut legere licuit in comitatu zoliensi.

20) **Ledény** (Ladzani).

In schemniciensi processu a tempore reformationis suae templi usu nunquam penitus privata, laetata felicitate eadem. Pastores in Ledény: 1626. Franciscus Flack, 1636. Casparus Zabanius, 1693. Joannes Stephanides, 1696. Paulus Raphanides, 1721. Adamus Raphanides, Benkóczy Georgius 1741., Daniel Laukonius, 1772. Joannes Rasztoczky, Beniamin Muskuly.

21) **Lissó.**

Libertate eadem perfruitur dei et regum gratia, ut docent superintendentiae protocolla ab anno 1613. consignata. Exulibus aliis pastoribus hanc docuit Daniel Csernák, anno 1691. hic sepultus, cui surrogatus Martinus Valentini. Reliqui pastores: 1626. Joannes Devicsey-Petroviczky, 1646. Daniel Devicsey, 1677. Daniel Csernák, 1693. Martinus Valentini, 1704. Andreas Fabricius, 1706. Elias Vajgely, Samuel Raphanides 1749., Joannes Szikray, 1778. Stephanus Baliga, 1784. Paulus Jezsovicz, hodie Martinus Bobor.

22) **Litava.**

Arcis Bozók dominio adjecta possessio, semper sub Fáncsy evangelicis bene provisa, jesuitis in dominio succedentibus. Zabanius, 1647. Casparus Valentini, 1670. Paulus Schorman, 1704. Joan. Pethy, 1706. Joan. Corony, ut taceam alios, praeclari pastores hic ministerio fungebantur. Hodie nullum apud hos invenies evangelicum.

23) **Maróth** (Egyházas-Maróth).

In tertium seculum usum religionis exercitii continuat. Anno 1673. Joanne Johannide pastore ad posoniense judicium evocato, non intermisit continuationem usus libertatum, quae vigilantia eosdem vigore legum conservat. Anno 1752. Ösöd filia fuit ei adempta, dum canonicus strigoniensis, reverendissimus Tóth, in visitatione detexerit, privata auctoritate eandem post annum 1687. oratorium aedificavisse. Id dignum etiam memoria est, anno 1777. die 20. aug. superintendentem Joannem Csernanszky hic inauguratum fuisse. Pastores: 1626. Matthias Raskoviczius, 1637. Thomas Gyürky*), 1640. Joannes Zsernoviczenus, 1641. Joannes Fabriczy, 1664. Joannes Johannides, 1667. Martinus Hlavjenka, 1702. Georgius Strba, 1706. Martinus Valentini, 1720. Samuel Hruskovics, 1734. Joannes Michaelides, 1756. Samuel Gazur, 1782. Andreas Plachy, 1785. Paulus Jezsovicz, 1787. Joannes Polereczky. Filiales: Apát-Maróth, Szúd, Ösöd, Királyfia, Szemeréd, Szalatna.

24) **Medovar** (Méznevelő).

Ab anno 1613. frequenter notata in protocollis superintendentum occurrit. Decennalis divexatio et hanc oppressit. Sub initium etiam hujus seculi ad annum 1708. habuit pastorem. Hi hoc ordine sibi succedebant: anno 1626. Samuel Schalkovini, 1646. Daniel Spetkius, 1657. Joannes Nicletius, 1663. Christophorus Gracza, 1668. Matthias Benedicti, 1672. Samuel Chalupka. Modo est ad Rakonczam filia. —

25) **Nostra.**

In limite comitatus hujus possessio prope Danubium claustro paulinorum olim celebris, quando primum admisit sacra lutherana? non habeo dicere. Anno 1692. in congregatione fraternitatis in Terény habita, rectori suo petierat facultatem dandam baptisandi. Viri praesentes disponunt, ocius ministerio initietur. Tandem 1706. pastor Passitnikius subscriptus inest protocollo.

*) Hornyanszkynál i. m. 121. l.: D i v é k i.

26) **Ölved** (Nagy-).

Ad Ipolam hungarica ecclesia, cujus minister Martinus Maróhy legibus superintendentiae hungaricae cis-danubianae anno 1616. idest subscriptus. Procedente tempore ad Kis-Keszi veniebant pro sacris.

27) **Palojta** (Közép-Plachtincze).

Ex hujus ecclesiae pastoribus Joannes Blaho anno 1669. hic per superintendem Jacobum Zabelerum, ad fluvium Gelnicz latitantem, consecratus. Usus exercitii feliciter perdurat. Filialis ejus Felső-Palojta saepe infestata est. Fuere praeterea pastores in Palojta: anno 1626. Georgius Nigrini alias Astronomus, 1634. Balthasar Schrötter, 1648. Joannes Vokun, 1658. Venceslaus Cytharides, 1662. Joannes Szulovini, 1669. Georgius Fábri, 1700. Joannes Blaho, 1706. Joannes Fábri, 1710. Thomas Gyurkovics, 1733. Andreas Labuth, 1724. Georgius Kadassy, 1741. Georgius Benkóczy, 1746. Adamus Polereczky, 1749. Samuel Raphanides, 1776. Georgius Markus, 1782. Joannes Kadassy, hodie Joannes Molitoris. Filiae sunt: Felső- et Alsó-Palojta.

28) **Prandorf** (Felső-Tóth-Baka).

Perantiqua ecclesia. Praeterito seculo anno 1638. dominus comes Ladislaus Csáky, dominus in Alsó-Tóth-Baka, existentes proventus sedecimales ex territoriis et promontorio turbaverat. Nunquam usum religionis quisquam exturbare potuit. Sub durissimis divexationibus vicinorum locorum Matthias Benedicti 1700. mortuus, cui Georgius Regis surrogatus in munere sacro, permansit fidelis. Anno 1667. templum incineratum denuo struxit, quod hoc seculo 1775. ampliavit. Pastores fuerant: an 1626. Daniel Czenglerius 1643. Michael Mikócz*), 1646. Joannes Kircherus, 1670. Matthias Benedicti, 1701. Georgius Regis, 1727. Paulus Michalovics, Joannes Trnkóczy, 1761. Paulus Kiszelini, 1769. Joannes**) Anders, 1782. Matthias Krum.

*) Ugyanannál i. m. 212. l.: Joannes Muotz; 1864. évi „Evanelik“ 20. l.: Buocz.

**) Ugyanott: Christ.; „Evanjelik“ i. l: János Kristóf.

29) **Prencsfalu** (Prencsov, Printzdorf).

Kohányani juris vicus. Visitatus in rebus sacris per superintendentes an. 1613. Samuelem Melikium, an. 1628. Petrum Sexti, 1637. Gregorium Lányi, 1656. Dav. Lányi. Magnificus Stephanus Kohány 1639. occupaverat templum, quod an. 1647. die 26. apr. per dominum commissarium Joannem Emödy, plebano amoto, qui et albam transformatam solvere debuit, fuit restitutum. Ejusdem dominii auctoritate iterum an. 1673. amiserant templum, quod bis resumere audebant 1703. Paulo Michalovics pastore inducto, quem praecesserant pastores: an. 1626. Petrus Fabricius, an. 1636. Balthasar Schrötter, an. 1670. Sebastianus Huszár, an. 1704. Paulus Michalovics. Beluja olim filia hujus modo mater est.

30) **Pribely** (Alsó et Felső-).

Cum filiis Priklek, Nénye, Bátorfalu, Sülyk, Csáb, Keszihócz A seculo XVI. medio perdurat hic nostrae religionis libertas, ut clare testantur dicta protocolla. Ex pastoribus sequentes: anno 1626. Tobias Brisciades, eodem Adamus Antoni, anno 1636. Joannes Schuvada, 1649. Martinus Fabricius, 1658. Matthias Kartius 1663. Samuel Crúdy, 1670. Daniel Antoni ad domi manendum subscripsit, 1671. Joannes Brezany, 1691. Michael Ursini, 1691. Samuel Nicletius, 1706. Gabriel Lauconides, 1702. Samuel Fabricius 1728. Joannes Jonasovics, Adamus Polereczky, 1751. Michael Corony, 1756. Benedictus*) Plavecz, 1760. Joannes Sexti, 1776. Joannes Nicolaides, 1785. Daniel Baranyi, anno 1789. Joannes Hajnal Ecclesia exercitii usum et anno 1681. conservavit, sicque tandem lege est firmata. Pastor cum rectore in Alsó-Pribely habitant, templum in territorio felső-pribelyensi est.

31) **Rakoncza** (Rikincsicze).

Superior et inferior. Posterior mater ecclesia, in processu schemniciensi sita, continua serie annorum ab initio reformationis sacra continuat publica. Persecutione decennali templo et parochia ejectus quidem fuit pastor Georgius Bruntik, fidelis gregi sacra

*) Ugyanott 225. l.: Beniamin.

ıtermisit celebranda, qua fidelitate et libertas salva red-
. satis. Anno 1700. Martinum Vester a sacris habuit.
bus mater cum filia tumultuabantur invicem; utraque
704. induxit: verum statibus evangelicis vigilantibus ad
atum repositae persistunt. Id singulare etiam hic occur-
69. Georgium Zabojnik superintendentem, subintrantem
: causa visitationis, captum esse a turcis praedam agen-
rudenti colloquio effecit sui dimissionem, paulo post, ut
ictum, aliorum captivus. Series pastorum: anno 1660.
ıtas, 1666. Matthias Antoni, 1669. Georgius Lupi,
ɜius Bruntik, 1701. Martinus Vester, 1704. Stephanus
3. Samuel Zaban, 1727. Samuel Fábri, 1734. Matthias
8. Joannes Gally, 1752. Samuel Valentini, 1776. Paulus
78. Stephanus Nicolaides, 1782. Michael Jankovics. Loca
t: Méznevelő, Palásti, Közép- et Kis-Túr.

32) **Szakálos.**

is visitationis superintendentalis anni 1613. inter eccle-
:ata adest. Vicissitudines pauper habuit varias et anno
ter Michael Paulini, contradicente venerabili fraternitate,
t. Anno 1704. Paulus Benedicti eis praefuit. In prae-
herani degentes adfiliati sunt ad Börzsöny.

33) **Szalatna.**

ɜia nationis hungaricae, cui anno 1620. die 1. maji ordi-
ıperintendentem Tobiam Brunczvik Georgius Sartorides
ɔraeerat. Reliqua ignoramus.

34) **Szelestyén.**

ı hungarica, ut adnotavit 1625. pastor hujus adscriptus
uperintendentiae hungaricae cis-danubianae.

ter matres ecclesias **Szemeréd** hujus comitatus inve-
ıtam in protocollo superintendentiae hungaricae cis-da-
libi vestigia non assequimur.

36) Szenograd.

Itidem praenobilium Fáncsy de Bozók hereditas, ab initiis felix sub illis ecclesia. Ab anno 1672. subjecta potestati jesuitarum varias adflictiones, exilia propter religionem, imo omnem crudelitatem patiebatur, quoad singuli incolae sacra romano catholica acceptassent. Adhuc 1704. Thomam Gyurkovics ministrum induxerant*). Anno 1626. Georgium Crúdy, anno 1669. Georgium Zabojnik habuit pastorem.

37) Sipek.

Antiquis adnumeratur in visitationibus annorum 1613., 1618., 1647.. Pastores ejus: Daniel Spetko 1674. die. 2. mart. Posonii ad domi manendum subscripserat: ecclesia tamen usum exercitii retinuit continuavitque ad annum 1711., quo procella, non obstantibus statuum evangelicorum vi legis anni 1681. eam defendentium intercessionibus, in comitiis eam oppressit. Nunc iterum Alsó- et Felsö-Sipek qua filiales una cum Bácsfalva ad Darázsi spectant. Ministri fuere: 1626. Michael Szliaczky, 1660. Daniel Spetko, 1683. Joannes Viczianovicz, 1696. Jeremias Mazsarius, 1704. Daniel Rosziar, 1705. Georgius Gabrielis.

38) Szuchány.

Per secula duo dacso-lamensis filialis. Anno 1781. Szuchány jura exercitii consequendo induxit in oratorium antiquum ministrum reverendum Danielem Kovács.

*) Utóbbi eseményeikre világot vet a következő földesuri levél „Senohradienses incolae subditi mei! Salutem et felicia festa cum gratia dominali vobis opto et precor subditi mei. Scitis jam consensum suae sacratissimae caesareae majestatis et totius regni conclusionem vobis per me expositam, per quam vobis et mandatum dedi, ut omnes tam majores quam minores communiter patresfamilias cum familia sua, ita et aliae communitates et quivis incolae ad solam salutiferam christianam catholicam fidem perveniatis. Eapropter vobis noviter mediante hocce sigillo mando, ut omnes pro hisce tribus festis paschalibus huc ad Bozók ad sacram confessionem veniatis; quicunque neglexerit, primum 40. id est: quadraginta florenis cum alia poena, ac demum e dominio ejectione punietur. Quod qui neglexerit, judex mihi notificet. Datum Bozók die 20. apr. anno 171[illegible] vester dominus Emericus Görgey m. p. (P. H.)"

(Forditmány tót eredetiből a pozsonyi ev. lyceum könyvtárában).

39) **Terény** (Hársas-).

Ex ecclesiis hungaricis una residua in comitatu hoc. Seculo praecedenti ministri hujus cis-danubianis hungaricis superintendenbus subordinati erant, in quorum matricula anno 1615. Andreas Likusovics, 1625. Laurentius Budicenus adsunt adscripti. Inter adversas vicissitudines perstitit in usu exercitii ad hoc tempus. Cultus qualibet dominica tertia propter auctos slavos alternat. Pastores fuere: anno 1662. Sebastianus Huszár, 1695. Georgius Spetko, 1702. Petrus Sebastiani, 1710. Paulus Benedicti, 1723. Stephanus Szikray, Joannes Szikray, Georgius Jamriska, 1757. Joannes Pausch. Mere, Gyügy, Horváthi, Tompa sunt filiae.

40) **Teszér** cum **Udvarnok.**

Priori vicina, slavica tamen, a seculis duobus visitationes ejus continent memoriam. In publica divexatione Joannes Fontani fidelis pastor in usu hanc conservavit. Anno 1691. congregatio contubernii hic habita, in qua reverendus Zelenka czeroviensis in seniorem, Georgius Fábri teszériensis in conseniorem et Georgius Bruntik rakonczensis in decanum sunt delecti. Felices continuant usum in templo extra pagum posito in territorio praedii Patkós-Teszér. Series ministrorum: anno 1626. Georgius Butriades, 1630. Georgius Ruffinus*), 1645. Joannes Petrovszky, 1653. Joannes Fontani, 1667. Georgius Ruszini**), 1791. Georgius Fábri, 1702. Joannes Fabricius, 1734. Jeremias Pilárik, 1730. Georgius Corony, Daniel Lauconides, Joannes Masnicius, 1749. Adamus Paulini, 1762. Andreas Jancsovics, 1773. Samuel File, 1785. Paulus Járosy.

41) **Viszoká.**

Mature, in schemniciensi processu existens, receperat repurata sacra illisque serie longa utebatur, saepius a superintendentibus visitata. Circa annum 1639. dominus comes Ladislaus Csáky demerat eis libertates, sed sub comitiis 1647. singulas reddere

*) Hornyanszkynál i. m. 267.: Ruzinus.

**) Ugyanott: Ruffini.

debuit, ut fuse exponunt acta diaetae illius. Et haec variis procellis jactata in decennali persecutione mater ecclesia esse desiit. Namque recepto sub Rákóczyanis motibus ministerio usi, non diu fortuna libertateque hac gavisi sunt. Nunc qui pauci evangelici ibi degunt, bagyanensis opera utuntur. Pro sacris Schemniciun. frequentius veniunt. Gyekés ejus erat filialis. Pastores in Viszoká: anno 1626. Georgius Csayka, 1647. Georgius Stephanides, 1657. Daniel Antoni, 1662. Joannes Misovicz, anno 1666. Zacharias Benkóczius, 1704. Tobias Petko, 1706. Georgius Martini. Modo filia ad Bagyan.

42) Tölgyes.

Ad Kis-Keszi prope Ipolam fluvium hungaricam habuit ecclesiam, quam anno 1618. Zacharias Molitoris minister administrabat, ut scriptum est in protocollo saepe citato.

43) Zsember.

In visitationibus 1613., 1628., 1647. filia Derzseny ei adscripta est. Anno 1616. pastor ejus, Christoph. Leczkovius, senior fraternitatis, pastores honthenses fideliter defendebat contra clerum romanum, cathedraticum deposcentem. Persecutio decennalis et populo huic adversa fuit. Pastor, Casparus Valentini, gener superintendentis Spetko, ejectus. Jura matris transiere ad Derzseny. Zsemberienses 1713. habebant pastorem Eliam Valentíni, qui et zsemberiensi et csankensi providebat ecclesiae, utut haec ejus ad Csank translocationem in contubernio sollicitaverit bis, utpote 1713. die 18. oct. et 1714. die 1. jun. venerabili fraternitate hoc decernente, ut pastor in loco suo Zsember maneat et utrique ecclesiae, sicuti antea, serviat. Pastores: anno 1616. Christoph. Leczkovius, 1627. Laurentius Sartorius, 1646. Andreas Schuller, 1660. Casparus Valentini, 1649. Martinus Textorides, 1669. Simon Zimany.

Sectio IV.

Hanc occupare deberent aulicae ecclesiae, sed ob defectum documentorum nullas habeo; id reor, in arcibus Szitna et Csábrágh dominos possessores sacra saepius egisse, dum in consvetudine illis fuerat aulicos concionatores secum ducere, quales illustrissimam dominam Catharinam Pálfy in deliciis habuisse alibi docuimus.

COMITATUS KIS-HONTHENSIS.

Pars generalis.

§. 1. Dum mahomedani hanc provinciolam diripiebant, praedones regni, praesertim Matthias Basó, arcis Murány illegitimus possessor, latrocinia exercebat, supremi comites de principatu altercantur aliaque mille mala incolas adfligunt: veritatis coelestis radii illucescentes adflictos recreare incipiunt. Exploratum est, domino Francisco Nyáry de Bedegh anno 1543. supremi comitis dignitatem sustinente, multos hic doctrina repurgata imbutos fuisse, ex quibus dominum Petrum Jákóffy, dominum in Ráhó, nominare licet. Antistites ecclesiarum primos propter documentorum defectum in serie sua nemo eruet et quos invenimus, ut moris fuit, nomine solum notatos habemus, quales fuere: 1547. Laurentius parochus Kronbányae, anno 1570. Georgius Taxoviae, alii prout in parte speciali sequentur. Quoad ferocia turcarum anno 1593. capta arce fülekiensi reprimi potuit: ecclesiae quoque hujus orae nihil de suis fatis posteritati scriptis reliquere. Vindicatis his partibus armis caesareis, praesidii murányensis tutela usi kis-honthenses et statum ecclesiarum tranquillum consequebantur. Et siquidem dictae arcis exercitus integer religioni evangelicae addictus cum majori parte comitatus gömöriensis in societate sacra, fraternitatem vocamus, jam bene ordinata, ut exposuimus ad gömörienses, sub superintendente viveret: hae ecclesiae quoque, sperantes protectionem, murányensi fraternitati associatae esse volebant. Anno 1594. die 12. nov. in convocatione murányensi, ut scriptum est in protocollo I. fraternitatis murányensis, sub praesidio rev. domini Rimanoviani, superintendentis et archidiaconi pastorisque murányensis, omnium fratrum votis constitutus est in conseniorem vallis kis-honthensis Joannes Scultéti, parochus rima-brezoviensis atque ut leviores causas occurrentes componendas non gravatim assumeret, ubi vero graves causae fuerint, ad consistorium adferret, ei injunctum est. Subordinatio talis parum profuit ecclesiis earumque ministris. Mox anno 1595. per dominum vicecomitem Joannem Soós inconscientiose taxati obtinent a fraternitate deputatos, missos ad praepositum strigoniensem et principem Matthiam, qui causam eorum agebant. Anno 1596. mense febr.

auctoritate liberi baronis Julii ab Herberstein, capitanei arcis Murány, suscepta est visitatio ecclesiarum per dominum Rimanoviani, cui adjuncti fuere: Georgius Fabricius pastor alnoviensis et consenior in valle Murány, Joannes Sculteti consenior in valle Rimava, Emericus Chisnenus pastor Ratkoviae, notarius fraternitatis. Eodem visitationis tempore singulae ecclesiae obligabant se ad articulos perlectos retinendos, subscripseruntque ecclesiae: Rima-Brézó cum filia Likér; Kraszko et filiae: Lukovistye ac Babinecz; Pokorágy Szuha cum filiabus; Ráhó cum filiabus: Kövi, Varbócz, Dobrostya, Szkálnok utrumque; Kokava; Kronbánya cum filialibus: Lehota, Rimócza, Zaluzsány et Priboj; Nústya et filia Klenócz; oppidum Tiszolcz. Ex praenobilibus unum addo, qui scripsit: „Nos Joannes Bakos de Osgyán subscribo articulis senioratus murányensis, quoad tutelam defensionemque ministrorum sub patrocinio nostro existentium utque majorem auctoritatem habere possint in subdítos nostros et adversus fidefragos et avulsos fratres. m. p.“

§. 2. Fata prospera. Ita stabilitam exercitii formam quidam clam desciscentes ad calvinianos, ut infra occurret, deserunt. Consiliis talium motus dominus consenior Scultéti cum reliquis in Kis-Honth deliberat de separatione ecclesiarum a fraternitate murányensi. Abscedente ex Murány dicto seniore, occasio expediendi consilii evenit commodissima. Vacante itaque 1596. officio, pastores Kis-Honth evocati per literas ad convocationem murányensem nequaquam comparent, potius conseniori Fabricio factae separationis causas sequentes denuntiant: singuli comitatus suos habeant inspectores seu vicearchidiaconos, loci conditio dictat; quare et nos proprium habere voluimus, ne alio confugiendo respublica detrimentum patiatur, et qui liberi sunt, cum ignominia aliis parere cogantur, iter difficile ad praerupta montis Murány cacumina nobis fuit periculosum*). Acerrimis verbis expugnata kis-honthensibus jura fraternitatis exercentibus, vires creverant, singulaeque res ad ordinem ecclesiae spectantes firmatae, ecclesiae numero auctae, legibus arctius colligatae fuere. His in congregatione Ráhóviae habita anno 1617. revisis subscripserat praesens superintendens Samuel Melikius; ex patronis ecclesiarum: Samuel Bakos de Osgyán, Stephanus Kubinyi,

*) Literae, quibus separationis opus perfectum fuit, ab utraque parte scriptae nobis ad manus sunt; utraque pars legem christianae modestiae violavit, quare potius celandas, quam publicandas modestia svadet.

Franciscus Jákóffy, Michael Kubinyi, Michael Horváth, Matthias Pongrácz, Thomas Dósa, tandem Jacobus Holius, senior fraternitatis et pastor osgyanensis atque singuli pastores. Leges seu articuli tales quo majus habeant aestimium, anno 1637. per superintendentem Gregorium Lányi inclyto comitatui honthensi praesentati, sigillo inclyti comitatus et subscriptione magistratus firmati, hodie etiam vigent. Felicitas kis honthensium ecclesiarum, regni legibus etiam innixa, ita constans fuit per secula, ut vere Kis-Honth tranquilla Sion adpellata fuerit. Sub dominio evangelicornm existentes incolae nullam unquam patiebantur ab illis persecutionem, quare quod nulli comitatui contigit, nulla hic a reformationis tempore ad hanc diem manu vel vi adversariorum adempta est lutheranis ecclesia. Haec dixisse sufficiat de fatis prosperis.

§. 3. Fata adversa. Nulla licet hic ecclesia fatis persecutionis delebatur ad hanc aetatem: sentiebant tamen quaedam quosdam impetus graviores eosque communes. Sub finem seculi XVI. contentionem de religione inducere volebant, imo et unam abstraxerant ecclesiam, Calvinum sequentes. Sane universae ecclesiae id accidisset apud kis-honthenses. Pastor edito libro, quem typis bartphensibns anno 1598. publicavit et inscripsit: Vera imaginum christianarum defensio monebat de periculo singulos, praesertim quibus illum dedicabat, utpote: spectabilibus dominis Stephano Homonnay, Paulo Nyáry, Stephano Török, Sigismundo Forgács, Joanni Soós vicecomiti, item reverendis et toti nobilitati comitatus honthensís. Queritur ille ecclesiam repurgatam per Ungariam falsa doctrina superintendentum sacramentariorum contaminatam esse. „Domestico“ inquit, „hac in re utar exemplo: Quid in tua generose domine Soós! patria accidit! .... Vos adpello magnifici domini! expergimini, nolite pati. Duos noster comitatus alit sacramentarios, Rima-Szombathini unus, alter in Osgyán est, qui freti dominorum suorum patrocinio in synodum nostram pertinaciter venire recusarunt.“ Non multo post contentiones domesticae in Szuha enatae, quae cum serpere nequiverint in vicinos, huic non scribentur. Una fuit communis his et per integrum regnum aliis ecclesiis illa decennalis vexatio, quae medio domini judlium Michaelis Szentiványi pastoribus denuntiata est, qua praesentata eis delegati judicii posoniensis citatione, qua mandabatur, adsint die 4. mart. anni 1674. Posonii ad reddendam rationem intentatae rebellionis inducti in

summum discrimen, consiliis communicatis cum patronis ecclesiarum tandem decreverant, duos e medio sui ministros exmittendos nomine singulorum. Hoc facto prudenti procurarunt, ne ecclesias amplissimas in ditione hac plebani in suam potestatem redigerent, nostros exstirparent. Una solum taxoviensis usu templi ad tempus privata, ast exercitium retinuerat. Pastores obsequium citationi suprafatae denegantes, terrebantur minis, tandemque fülekiensibus praesidiariis data fuit potestas eos vexandi, a quibus sane multa mala perpessi, protegente deo, porro exercitium religionis per illud decennium triste conservarunt, imo et decimarum usum, quod docet ita dicta quietantia anni 1681., quam per extensum addere libet: „Ego Ladislaus Mattyasovszky, archidiaconus nitriensis, venerabilis capituli ecclesiae metropolitanae strigoniensis canonicus et decimarum ejus in comitatibus utroque Honth et Barsch arendator, fateor et recognosco per praesentes, me totales et integras decimas pactatorum plebanorum Kis-Honth, in jam dicto comitatu Kis-Honth existentium, pro hoc duntaxat anno infrascripto in omnem fortunae casum et eventum, exceptis quartis et sedecimis parochorum catholicorum aut quorum interest, parochis et incolis Kis-Honth in et pro florenis hungaricalibus centum arendasse et vendidisse. De quibus plenarie per me perceptis eosdem quietos reddo. Actum Carponae die 15. apr. anno domini 1681. Idem qui supra m. p.“

§. 4. Septem in Kis-Honth parochi jus singulare habent exigendi decimas frugum, et quidem: in Tiszolcz, Pila, Nústya, Klenócz, Kokava, Rima-Brézó, Koronobányae hisque affiliatis possessionibus. Jus hoc antiquissimis temporibus per vajvodam Transylvaniae ad illos translatum Ludovicus I. et Sigismundus reges Hungariae confirmabant, et iterum palatini regni, anno 1613. dominus Georgius Thurzó et anno 1620. Sigismundus Forgács mandatis protectoriis stabiliebant. Literae attestatoriae, ut loquimur, de eorum privilegiis sunt in hac forma: „Nos comes Georgius Thurzó de Bethlehemfalva, regni Hungariae palatinus et judex cumanorum nec non de Árva perpetuus, ejusdem comitatus supremus comes serenissimi principis ac domini Matthiae, dei gratia romanorum imperatoris semper augusti, Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc regis, archiducis Austriae, ducis Burgundiae, Styriae, Carinthiae Carniolíae, comitis Tyrolis et Habsburgi intimus consiliarius et per Hungaríam locumtenens. Memoriae commendamus tenore praesen-

tium significantes, quibus expedit universis. Quod reverendi viri Franciscus Dropkinius, quatuor ecclesiarum comitatus Kis-Honth senior ac taxoviensis parochus, nec non Georgius Lepenius nústyensis ecclesiarum, in eodem comitatu existentium, ministri pro sua ceterarumque jam fatarum quatuor ecclesiarum Kis-Honth ministrorum partibus nobis exhibuerunt et praesentarunt quasdam literas privilegiales pariter ac attestatoriales in membrana patenter confectas atque in inferiori sui parte intrinsecus subscriptione Petri de Kerepes, Alberti Olzlaar baccalaurei vacziensis dioecesis sacra imperiali atque legali auctoritate notarii publici et tabellionis manifesti subscriptione, nec non ad dextrum dictae subscriptionis latus loco sigilli, veteri, prout tum moris erat, pictura et signatura communitas et roboratas. Quarum nempe vigore quatuor possessiones Rimabánya, Brézó, Tiszolcz et Nústya vocatae atque in praelibato comitatu Kis-Honth existentium habitae a divis quondam Hungariae regibus in dictis literis specialiter denominatis, eam libertatem, ut videlicet decimas ipsorum nulli alteri, nisi suis plebanis pro tempore constitutis et in futurum constituendis, certis tamen sub conditionibus, inferius in tenore praelibatarum literarum clarius specificatis, obtinuisse dignoscuntur, positis etiam in iisdem literis diversis superiorum attestationibus et testimonialibus literis jam satis suffragantibus. Supplicatum itaque constitit nobis pro partibus praedictorum reverendorum virorum, senioris ac reliquarum antelatarum ecclesiarum ministrorum, ut praelibatas literas privilegiales et attestatorias ac omnia et singula in eis contenta ratas, gratas et acceptas haberi praesentibusque literis nostris de verbo ad verbum inferi et inscribi faciamus easdemque plenaria auctoritate nostra palatinali et locumtenentiae, qua fungimur, acceptare, approbare et confirmare vellemus. Quarum quidem literarum tenor hoc sequitur modo: Universis et singulis hoc praesens publicum instrumentum cernentibus, tam praesentibus quam futuris, quibus incumbit, pateat evidenter, quod in anno domini 1462. indictione decima die vero 23. mensis octobris hora septima missae, dum hinc et inde melior ad divina audienda populi confluueret multitudo, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini domini Pii divina favente clementia secundi ejus anno quarto in cimiterio ecclesiae decollationis beati Joannis Baptistae in oppido Rima-Szombath habitae sitae et fundatae strigoniensis dioecesis. In mei notarii publici et testium

subscriptorum ad hoc specialiter rogatorum et convocatorum praesentia personali constituti circumspecti et honesti viri, Ambrosius Krapnya judex, Matthias Stevkovics et Nicolaus Endresovicz jurati de Rima-Bánya, item Paulus N. similiter judex, Nicolaus Spisenino-vicz et Sigismundus Erdebericz similiter jurati de Nústya. Item Joannes Scultetus, Gallus Pentisovicz et Demetrius Parvus similiter jurati de Brezó. Nec non Joannes Benda judex, Augustinus Vitricus et Petrus Telgeghei dicti jurati de eadem strigoniensi dioecesi in ipsorum ac universarum communitatum in scriptis possessionibus commorantium personis, per modum humillimae protestationis patefacerent. Quomodo ex speciali gratia et donatione quondam serenissimorum principum Ludovici et Sigismundi regum Hungariae felicis recordationis ac magnifici domini Thomae quondam vajvodae domini ipsorum naturalis piae memoriae in libertatibus hujuscemodi freti seu usi fuissent, ut nunquam ab ipsorum praedecessorum temporibus in ipsis quatuor possessionibus, videlicet Rima-Brezó, Rima-Bánya, Tiszolcz, Nústya commorantium decimas ipsorum nec domino archiepiscopo strigoniensi aut capitulo aut alteri alicui praelato ecclesiae, nisi ipsorum plebanis pro tempore constitutis et in futurum constituendis dedissent sub titulo conditionis, quia ipsi plebani in ipsorum medio per ipsos constituti domino archiepiscopo aut ejus decimatori annuatim constituto seu constituendo de ecclesiis ipsorum pendissent et dedissent de Rima-Bánya et Brezó singulis annis tres florenos auri puri in termino praefixo. Quas quidem libertates a praescriptis regibus et dominis ipsorum literis privilegialibus confirmatas asserunt habuisse et donatas, sed tamen in istis disturbiorum temporibus, ut notum est omnibus, in regno Hungariae constitutis, literas ipsas privilegiales simul cum ipsorum rebus alias amisisse proponunt, imo non solum res ipsorum amisisse asserunt sed quam plurimos ex ipsis vita privasse. Ne itaque in posterum hac parte ulteriora commoveri debeant fatigia, praescripti judices jurati in dictis possessionibus commorantes praescriptas literas privilegiales super ipsorum libertates subscriptas se habere et in ipsis libertatibus, uti multis testibus veris et legitimis comprobare se obligarunt, petentes me notarium publicum subscriptum, ut ipsos testes seorsim et singillatim axaminarem et fassionem eorunden fideliter conscriberem mea subsignatione. Quibus petitionibus auditis ipsos testes provocavi et eosdem sic fateri fide ipsorum mediante

eci. Item primo descriptus dominus plebanus de Kieticz sua conscientia mediante fassus est eo modo, quomodo ipse a principio scivisset et audivisset ipsos cives et cohabitatores in ipsis quatuor possessionibus, videlicet Rima-Bánya, Brezó, Nustya et Tiszolcz commorantes in ipsis libertatibus frui sic, quod nunquam aliis decimas administrarunt, nisi plebanis ipsorum pro tempore constitutis et ipsi plebani modo praescripto censum de suis ecclesiis solvissent. Item Petrus plebanus de Kraszko sua conscientia mediante fassus est eo modo, quomodo ipse a principio scivisset et audivisset, ipsos cives et cohabitatores in ipsis quatuor possessionibus praescriptis commorantes in ipsis libertatibus frui sic, quod nunquam aliis decimas administrarunt, nisi plebanis ipsorum pro tempore constitutis et ipsi plebani modo praescripto censum de suis ecclesiis solvissent. Item Valentinus Rihktar judex de Rima-Szombath fassus est eo modo, quomodo ipse scivisset et audivisset a principio ipsos cives et cohabitatores in ipsis quatuor possessionibus praescriptis commorantes in ipsis libertatibus frui sic, quod nunquam aliis decimas ipsorum administrarunt, nisi plebanis ipsorum pro tempore constis tutis et ipsi plebani modo praescripto censum de suis ec. etc.. Item Jacobus Grafos, Sebastianus Sutor, Matthias Jako cives de Rima-Szombath. Item Jonas Solvak dictus judex de Török, Georgius de Keleczen judex de Cheretzen. Item Paulus Gepys dictus similiter judex de Szkalnok inferiori, Dominicus Molendinator similiter judex de Szkalnok superiori: Item Matthias Aurifigulus dictus similiter judex de Raho testes: Item Thomas Sutor juratus, Demetrius Blasius, Georgius Stephanovics, Emericus Ponhratius et Antoni dicti, cohabitatores in Kiete. Item Franciscus Scultetus, Gallus Vitricus, Ambrosius et Thomas Buchta dicti de Szehere, uterque eorum excedens annos 80. testes fassi sunt eo modo, quomodo ipsi a principio scivissent et audivissent ipsos cives et cohabitatores in ipsis quatuor possessionibus praescriptis commorantes in ipsis libertatibus frui sic, quod nunquam aliis decimas ipsorum administrarunt, nisi plebanis ipsorum pro tempore constitutis et ipsi plebani modo praescripto censum de suis ecclesiis solvissent Item ille Gallus Vitricus dicit novisse senem unum, videlicet Nicolaum Vitricum ecclesiae sanctae Ceciliae in Kiete adultum et vixisse annos centum, qui non multo tempore ante exitum sui audivit ab eo, recommendare et laudare hanc dispositionem bonam esse in illo districtu. Super quibus omnibus et singulorum

praemissis praescripti judices et jurati de ipsis quatuor possessionibus praenominatis per me notarium publicum praescriptum sibi ipsis unum vel plura confici petierunt instrumetum seu instrumenta, quod vel quae confeci authoritate mei tabellionatus officio exposcente. Acta sunt haec et facta seu publicata anno, indictione, mense, die, hora, pontificatu et loco, quibus supra, praesentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis Stephano plebano vicearchidiacono de RimaSzombath. Benedicto quondam similiter plebano et vicearchidiacono. Joanne praedicatore. Matthia et Clemente presbyteris capellanis.Thoma rectore scholarum et Ambrosio clerico de eadem Rima-Szombath. Stephano de Cheretzen, Augustino de Török plebanis. Item Michaele Pellifice, Bartholomaeo Sartore et Petro similiter Sartore juratis civibus de praescripta Rima-Szombath strigoniensis dioecesis aliisque quam pluribus testibus fidedignis ad praemissa specialiter rogatis et vocatis. Et quia ego Petrus de Kerepes natus Alberti Olzlaar dioecesis vaciensis, s. imperii bacalaureus atque regali auctoritate notarius publicus et tabellio manifestus, quia praemissis, protestationum, querimoniarum factioni aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut praemittitur, fierent et agerentur, una cum praenominatis testibus praesens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc praesens publicum instrumentum m pro tunc aliis occupato negotiis, alterius manu fideliter scriptu exinde confeci et in hanc formam publicam redegi, signoque et n mine et solitis et consvetis consignavi rogatus et requisitus in fide et testimonium roburque veritatis omnium et singulorum praemiss rum. — Nos igitur praemissa supplicatione pro partibus adnotatoru senioris et ministrorum antelatarum quatuor ecclesiarum Kis-Hont nobis modo quo supra porrecta, exaudita et admissa praescripta literas privilegiales et attestatorias non abrasas, non cancellata nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes ratas, gratas et acceptas habentes praesentibusqu literis nostris de verbo ad verbum inseri et easdem plenaria autho ritate nostra palatinali et locumtenentiae, qua pleno jure fungimu ratificamus, approbavimus et confirmavimus. Imo ratificamus, ap probamus et confirmamus, salvo jure alieno, harum nostrarum vi gore et testimonio literarum mediante. Datum in regia liberaqu

civitate montana Novisoliensi die 28. mensis augusti anno domini millesimo sexcentesimo decimo tertio.

Comes Georgius Thurzó m. p.“

Literae protectoriae sunt sequentes:

„Comes Georgius Thurzó de Bethlehemfalva, regni Hungariae palatinus et judex cumanorum, necnon de Árva perpetuus ejusdemque comitatus perpetuus ac supremus comes, serenissimi principis et domini domini Matthiae dei gratia electi romanorum imperatoris semper augusti, necnon Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. intimus consiliarius et per Hungariam locumtenens. Universis et singulis ecclesiarum in comitatu kis-honthensi existentium atque augustanae confessioni addictarum patronis et parochianis, nominatim vero generosis, egregiis et nobilibus dominis Nicolao Orlé, Stephano, Michaeli et Ladislao Kubinyi, Matthiae Pongrácz de Sz.-Miklós, Thomae Dósa, Joanni Bakos, Francisco Jakóffy Michaeli Baksy, Casparo et Stephano Jánoky, Joanni Horváth, Georgio Kozárdy, Nicolao Galambos et Alexandro Kicsey etc. salutem cum favore: Exposuerunt nobis gravi cum querela reverendi viri senior et ceteri ministri quatuor ecclesiarum in praeattacto comitatu kis-honthensi sitarum, qualiter nonnulli essent inter nobiles ibidem degentes et commorantes, qui nescitur quibus inducti rationibus in arendationem decimarum, agnellorum, apum et frugum sese immiscere talesque decimas, in quarum nempe usu parochi dictarum ecclesiarum a multis seculis perstitisse dignoscerentur, contra vetustissima earundem ecclesiarum privilegia sibi appropriare conentur, damno et praejudicio suo valde magno; esse item inquieti animi hominem, Stephanum Pepichium, ecclesiae kokaviensis pastorem, qui non solum ejusmodi inconvenientiarum auctor et instigator existeret, verum etiam multifariis aliis impiisque modis praefatarum et praeattactarum ecclesiarum ministros infestare, novas ipsis leges contra articulos vi obtrudere, auditores ab ipsis abalienare aut contra ministros hos excitare, arendam decimarum ipsis praeripere aut ad se pertrahere, multa denique alia temere perpetrare audacius praesumeret itidem in grave praejudicium dictorum exponentium et derogamen sacrosancti ministerii valde magnum. Requisiti itaque sumus pro parte praefatorum exponentium debita cum instantia, ut eisdem superinde de opportuno remedio tempestive prospicere vel-

lemus neque pateremur tot injuriis et infestationibus libidinique plerorumque eosdem usque adeo subjacere. Cum autem justa petentibus non sit denegandus assensus et alioquin nostri officii rationes id a nobis exigant, ut injuriis oppressos rite et legitime defendamus: eapropter dominationes vestras universas earundemque singulas harum serie serio hortamur et requirimus, ac nihilominus auctoritate nostra palatinali et locumtenentiali, qua pleno jure fungimur, firmiter strictissimeque iisdem praecipiendo committimus atque mandamus, quatenus a modo in posterum tam per se ipsae, quam per alios quoque sese in talem decimarum arendationem minime immittere, a praeattactis ministris easdem ullo modo abalienare, subditis quisque suis, ne se per Pepichium seduci patiantur, eum pro conseniore non agnoscant, nullam ipsi praestent obedientiam, serio et sub gravi poena injungere, ipsos exponentes contra quasvis ejusdem Pepichii injurias et molimina indemnes conservare et per suos conservari facere, conditiones per ipsum nuper fraternitati praesentatas abolere et annihilare modis omnibus debeant et teneantur communi svadente justitia secus non facturae. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in regia liberaque civitate montana Novisoliensi die 28. aug. anno domini 1613.

Comes Georgius Thurzó m. p.[a]

Jus tale decimandi concessum olim fuit sub conditione annui pactati archiepiscopo strigoniensi solvendi, quod usque ad annum 1623. decem efficiebat nummos aureos, elevatum tandem est ad centum rfl., iterum 1701. ad 150 fl., ultimo ad rfl. 200., quod clare habent quietantiae ita dictae, per canonicos arendatores exhiberi solitae. Anno 1720. in sede arendatoria in oppido Berzseny habita reverendissimus Joannes Illyés arendator arendam acceptare noluit pronuntiando, tales decimas ad plebanos romano-catholicos jure pertinere jamque archidiacono honthensi, Jacobo Reuscher axarendatas esse: nostri solenni interpositione praemissa ad manus judiciarias pecuniam deponunt et tempore decimarum adveniente praeoccuparunt decimarum perceptionem. Clerus confugiebat ad regem, quo annuente amica via lis terminari dum non potuerit, post longam moram ad viam juris relegata, ultimo in septemvirali tabula regia pastoribus nostris decimarum usus adjudicatus fuit, quo perfruuntur ad diem praesentem magno cum levamine populi contribuentis, a quo parochi nullam aliam salarii percipiunt portionem.

§. 4. Formam gubernationis sacrae, quae fuit sub decursum ıli XVI., superius memoravimus. Initio sequentis inductis super- ındentibus ad praescriptum synodi solnensis accesserunt kis- thenses atque Samueli Melikio, briznensi pastori simulque su- intendenti, parebant, ut et successoribus in eadem dignitate. ıt tristem decennalem divexationem dum primus superintendens ıd vicinos gömörienses electus fuisset, utpote anno 1704. invitati -honthenses ad unionem statim accedere detrectabant; cognita rius plurium nobilium in id propensione lubentes id effectuabant. bordinationi huic subtrahere semet in animum induxerant, imo vota in Samuelem Michaelides montanum superintendentem ɔmittebant, et quidem propter perdurantem dissensionem inter sta- et liberas regiasque civitates cis-tibiscanae superintendentiae de gendo alternatim superintendente. Anno 1744. tandem in con- ntu Kraszkoviae habito iterum accedebant superintendentiae, cui eliter hodie adhaerent, utpote cis-tibiscanae. Anno 1637. consen- nte superintendente Gregorio Lányi leges fraternitatis auctas et endatas inclyto comitatui honthensi in congregatione comitatus ıerali in S. Antonio celebrata confirmandas per dictum superin- dentem et Samuelem Severini conseniorem praesentabant ac ıo 1639. confirmationem subscriptam per dominum vicecomitem ıanciscum Bakó de Nemes-Kürth et judices nobilium consequen- ıtur. Ad normam hanc subordinationis sacrae moderabantur lesiis seniores hac serie delecti: anno 1617. Jacobus Holius pa- r osgyanensis, 1620. Franciscus Dropkinius pastor taxoviensis, 36. Andreas Majer ráhóviensis, klenóczensis, 1645. Michael Za- ecz taxoviensis, 1650. Michael Chamarides kokaviensis, 1653. ɔrgius Marci taxoviensis, 1678. Joannes Krumholcz, 1719. nnes Fabricius taxoviensis, 1736. Jonnes Hanko koka- ısis, 1737. Joannes Bartholomaeides klenóczensis, 1754. An- as Sztruhár kokaviensis, 1778. Martinus Klaniczius brezoviensis 9. Joannes Trsztenszky klenóczensis, 1783. Joannes Kollár tor Pilae, 1786. Samuel Kuzmány pastor rima-szombathensis.

Pars specialis

Sectio I.

De ecclesiis in oppidis.

1) Rima-Szombath.

Oppidi incolas evangelicos lutheranos pastores habuisse a
initiis reformationis ad finem fere seculi XVI. ex supra induct
verbis reverendi Pepich est clarissimum. Subintrantibus calvinian
docentibus post annum 1594. nostri frequenter in eo laborabant,
reponantur in usum exercitii religionis, quod licet specie subord
nationis cujusdam superintendenti debitae initio prioris seculi su
secuturum pollicerentur, nunquam tamen effectuatum fuit. S
regimine augusti Josephi II. hic degentes, opera maxime mercato
Gerber, cum lutheranis in adjunctis pagis habitantibus conjun
libertatem religionis exercitii obtinuerunt inductoque ministro
muele Kuzmány collectis subsidiis aedificia ecclesiae posuer
auctique donis ex legatione viennensi regis Sveciae in dies num
crescere incipiunt.

2) Taxovia.

Tempore visitationis suprafatae anno 1596. Franciscum
thiades breznensem habuit pastorem, cui et filiales Pila et Hacs
suberant. Hic jam ex toto repurgatam per Georgium N. paroch
intraverat ecclesiam, quae ob sui amplitudinem diaconos etiam al
Fruebatur coetus hic alma pace ad persecutionem decennalem,
invalescente venerabilis Georgius Marci, ab anno 1653. senior
nerabilis fraternitatis, vi armata per murányensis praesidii pleban
anno 1674. ejectus parochia exul vixit Rima-Bányae, rect
scholae semper in loco manente, quoad refluente anno 1680.
chaelem Schröder pastorem induxerunt. Ob hos et initio hujus
culi attentatos gressus 1752. struebatur pernities; post multas ve
porro in usu stabilita ecclesia fruitur quiete. Habuit pastores: a
1614. Michaelem Zakalecz, 1616. Franciscum Dropkinius, 16

Michaelem Zakalecz, 1650. Georgium Marci, 1682. Michaelem Schröder, 1687. Georgium Paulini, 1711. Joannem Glosius, 1719. Joannem Fabricius, 1736. Joannem Szakolczay, 1748. Michaelem Schramko, 1751. Josephum Hrebenda, 1778. Martinum Mrákota, 1783. Andream Pazár, 1785. Michaelem Ferdinandi, 1791. Matthiam Schulek.

Sectio II.

De ecclesiis in pagis.

1) Rima-Bánya.

Aliis Koronobánya, adhuc anno 1596. juribus oppidi gavisa, florens ecclesia, ut scripta testantur, quae leges fraternitatis Murány suscipiebat. Erat tum pastor Jeremias Melikius, qui visitatori seniori ostendebat in pergameno proventus anno 1436. per plebanum Martinum vicegerentem descriptos, qui fuerant, cum fundata est ecclesia. Inter reformatores partium harum refertur Laurentius pastor bányensis circa annum 1546.. Hunc subsequentes in summa quiete a duobus seculis matrem et filias supra nominatas docebant docentque ut sequuntur: anno 1594. Jeremias Melikius, 1617. Albertus Orlé, 1614. et 1617. Stephanus Herény, 1626. Georgius *) Saliczy, 1638. Michael Chamarides, 1642. Casparus Caprini, 1659. Georg. Severinus Severini, 1670. Andreas Bodó, 1683. Georgius Patrocini, 1697. Joannes Glosius, 1703. Lauconides, 1705. Andreas Bodó, 1721. Petrus Magulács **). 1743. Michael Magulács, 1768. Elias Csernanszky, 1778. Paulus Jezsovicz, 1780. Michael Boszy, 1791. Ladislaus Kovács.

2) Rima-Brézó.

Cum filiali Likér, plena quietis ecclesia a temporibus reformationis ad hanc aetatem; quare nil amplius scribendum de ea censemus, praeter ejusdem ministros, qui hac serie occurrunt: 1593. Joannes Scultéti, 1619. Adamus Briznensis, 1628. Balthasar Tho-

*) Hornyanszkynál i. m. 8. l.: Blasius.
**) Ugyanott: Paulus Magulay.

man, 1639. Michael Chamarides, 1653. Andreas Piscatoris, 1657. Dan. Zakalczius, 1673. Joan. Andreae, 1684. Joannes Páldiák, 1705. Michael Abrahamides, 1724. Joannes Dlhányi, 1757. Nicolaus Ján, 1759. Elias Kubinyi, 1763. Joannes Trsztenszky, 1767. Michael Fábri, 1772. M. Klaniczius, 1779. Samuel Major, 1782. Stephanus Valentini, Samuel Kuzmány, Samuel Fabricius.

3) Cserenos.

Initio superioris seculi rima-szombathensi ecclesia deficiente nata. Orlaj-, Bakos-Török filiales illius. Has recenti aetate plebanus rima-szombathensis rapere voluisset; pervigil inspector ecclesiarum dominus Georgius Fejes praevenit periculum. Pastores habuit hac serie: anno 1615. Joannem Huszti, 1619. Georgium Stubner, 1640. Michaelem Clementis, 1656. Georgium Crispini, 1684. Martinum Lauconides, 1689. Georgium Sandany, 1694. Paulum Kolbányi, 1704. Samuelem Cseklics, 1707. Andream Kirinyi, 1712. itidem Paulum Kolbányi, 1719. Tobiam Hrebenda, 1722. Samuelem Bubenka, 1729. Martinum Kolbányi, 1730. Matthiam Bahil, 1734. Georgium Bahil, 1739. Georgium Stephanides, 1763. Joannem Major, Christophorum Doleschal, Andream Pesko, Paulum Szalay, Joannem Lehoczky nostra aetate.

4) Hnústya.

Adhuc anno 1596. cum Klenócz filiali conjuncta, per Casparum Lányi pastorem leges fraternitatis murányensis adprobabat. Sub protectione legum regni et dominorum Kubinyi exercitium hic a reformationis tempore superest ecclesiae nunquam interruptum. In posoniensi judicio 1674. cum ráhóviensi pastore nomine omnium adfuit Georgius Lovcsányi hujus minister, per vicinos fratres ecclesia interim administrata. Pastores nústyenses ita succedebant 1596. Casparus Lányi, 1620. Georgius Lapinus, 1636. Samuel Severini, 1640. Joannes Dadany*), 1660. Tobias Palumbini, 1673. Georgius Lovcsányi, 1683. Daniel Korkovszky, 1692. Georgius Nicolaides, 1718. Joan. Micsinszky, 1723. Sam. Sartorius, 1743. Samuel Raphanides, 1749. Matthias Holko, Jacobus Lányi et Sztr.

*) Ugyanott 154. l.: B a d a n i.

szalkoczszky, 1758. Joannes Csernanszky, 1768. Georgius Farkas, 1769. Michael Fábri, 1779. Michael Boszy, 1781. Andreas Pazár, Matthias Severini, Joannes Korcsek.

5) Klenócz.

Ad annum 1613. filialis fuit matris Nústya; aedificato templo jus recepit ecclesiae, quo hodie utitur. Idem definitum tempus nesciremus, nisi gömöriensis fraternitas quosdam ex fratribus suis punitos fuisse in libris suis adnotasset. Auctis colonis auctum territorium per exstirpationem terrarum crescebantque proventus ecclesiae et pastoris, unde facile inter primas collocata est, semper summa in pace, dominis terrestribus existentibus ex praenobili familia Kubinyi. Docentes ecclesiam fuere: anno 1614. Georgius Stephanides, 1619. Joannes Smrtnik, 1636. Andreas Majer senior, 1646. Joannes Smrtnik Brizna revocatus, 1652. Michael Prichradny, 1682. Georgius Paulini, rediens Polomka exul, 1685. Georgius Marcelli, 1689. Jonas Bartholomaeides, 1719. Joannes filius ejus, 1754. filius hujus Daniel, 1770. Josephus *) Trsztenszky, 1784. Adamus Bodiczky.

6) Kokavia.

Anno 1596. sub pastore Stephano Pepich reflorescens artioulos murányenses acceptavit. Is illocatus fuit anno 1595. rejecto Isaco Sartorius, qui illegitime ingressus parochiam vacantem post Joannis Acondili captivitatem per turcas attentatam. Multitudo colonorum crevit ante seculum XVII. medium in tantum, ut diaconos simul intertenere debuerint; attenuati iterum adversis, pastoris opera contentantur in perpetuo exercitio existentes. Pastores hi supersunt nominati: anno 1595. Stephanus Pepich, Joannes Lycius, 1625. Joannes Johannides, 1636. Joannes Krchenius, 1645. Michael Chamarides, 1653. Andreas Piscatoris, 1669. Joannes Krumholcz, 1682. Joannes Rischius, 1722. Matthías Hankius, 1736. Andreas Sztruhár, 1780. Friderícus Mark, 1784. Andreas Schulek, 1791. Matthias Haluska.

*) Ugyanott 96. l.: Joannes.

7) Kraszkó.

Praespecificatae olim murányensis fraternitatis ecclesia, 1596. filias Lukovistye et Babinecz adnexas habuit, quibus praeerat pastor Andreas Bacsikius thurocziensis. Praefato anno die 12. febr. visitator dominus senior Rimanovianus condescendere voluit ad parochiam, sed nulla fuit, quare monuit, citissime exaedificent. Turcicis depopulationibus ad incitas fere redactis possessionibus praefatis, per medium seculum XVII. aegre subsistere poterant ministri; usus tamen religionis exercitii perdurat continua serie, quod series pastorum docet, quae sequens est: post Bacsikium inscripti sunt protocollis: anno 1617. Jonas Bubenka, 1624. Georgius Saliczy, 1635. Andreas Bubenka, 1642. Andreas Machner, 1649. Nicolaus Hraboci, Saliczy, 1653. Georgius Institoris, 1669. Franciscus Rosziar, 1680. Daniel Korkovszky, 1684. Georgius Rotarides, 1712. Matthias Keviczky, 1720. Elias Bubenka, Joannes Rasztoczky, Daniel Bartholomaeides.

8) Osgyán.

Posteaquam a tempore reformationis sub protectione dominorum Bakos in usu religionis ad ductum augustanae confessionis perdurasset, circa annum 1596. subintrabat doctrina Calvini, ut superius attigimus. Adnitente domino Joanne Bakos mox obices positi sunt tali mutationi et stabiliti nostri in confessione sua perdurant ad hanc aetatem sub pastoribus: anno 1600. Joanne Marikius, 1613. Jacobo Holius, 1619. Christophoro Lepkinus, 1626. Andrea Mikusovics, 1636. Paulo Belussenus, 1657. Jacobo Regius, 1659. Stephano Gaspar de Kőszeg, 1664. Gregorio Semjény, 1686. Andrea Sartorides, 1694. Daniele Ivankovics, 1707. Davide Perlaky, 1720. Joanne Oertelius, 1724. Stephano Bodzay, 1747. Paulo Áldásy, 1758. Joanne Major, 1763. Elia Kubinyi, 1765. Joanne Laho, 1769. Andrea Paraszka, 1782. Joanne Reisz, 1785. Andrea Schaiben. Adversae hic vicissitudines natae sunt circa annum 1743., dum pestis in possessione grassaretur. Tum mortuo pastore Stephano Bodzay incolae immittendum alium pastorem petebant a regio sanitatis commissario, illustrissimo Paulo Balassa, qui colludendo

cum judlium domino Stephano Kubinyi plebanum misit. Osgyanenses eodem non admisso induxerunt exulem Paulum Áldásy, quare poenis subjecti fuere, et quidem rustici 40. ictus perferre cogebantur, nobiles dominus Georgius Battik et dominus Gabriel Korponay in jus attracti, quorum causam cum dominus Stephanus Bornemisza defenderet, silentiarius, ut loquuntur, renuntiatus fuit. Via hac inducto plebano Francisco Rozgonyi, romano-catholica nata est ecclesia, nostrae autem frequentes vexationes, quas jam superavit.

9) Pila.

Dominis pagi admittentibus, utpote dominis Nicolao Nyáry et Thoma Dósa, anno 1626. templum aedificavit et mox avulsionem sui a matre Tiszolcz petit. In foro venerabilis fraternitatis multae difficultates ponebantur, quas augebat Balthasar Thomanides diaconus tiszolczensis, acceptata vocatione pilensium, priusquam consensum in separationem et vocationem dedisset superioritas. Haec effecit, ut Thoman excommunicatus ecclesiam cedere debuerit. Ecclesiae tandem 1629. indulgente superintendente, quem visitantem pilenses et hacsavenses exorabant, datus est minister Adamus Varga. Ita inchoatum usum in aede lignea feliciter continuant. Turbaverant illam sub decennali persecutione auxilio praesidii murányensis, speciatim anno 1678. pastor ecclesia amotus per tiszolczensem plebanum; rectore scholae remanente effectuare intentata non diu licuit. Mox namque inducto ministro legalis usus ad diem praesentem conservatur sub pastoribus: anno 1628. Adamo Varga, excluso Thomano, 1636. Adamo Bathasovicz, 1653. Andrea Nigrini, 1680. Christ. Ploch, 1683. Nicolao Nohaides, 1707. Martino Felicides, 1732. Paulo Felicides, 1740. Joanne Martini, 1762. Samuele Institoris, 1770. Stephano Fabricius, 1776. Joanne Kollár, tandem 1789. Samuele Kapitány.

10) Pokorágy.

Superior anno 1596. legibus venerabilis fraternitatis Murány subscripta adest, unde antiquus exiguae ecclesiae, ille quidem ad hoc tempus, non interruptus usus publicus exercitii religionis superest. Sufficiat, subnectamus ministros. Anno 1594. Andreas Passer, 1617. Paulus Seling, 1620. Valentinus Bartholomaeides, 1626.

Georgius Francisci, 1631. Joannes Stephanides, 1636. Severinus Severini, 1643. Petrus Siderini, 1645. Matthias Litterati, 1671. Daniel Korkovszky, 1674. Michael Reisz sub integra decennali persecutione, 1682. Christ. Plochius, Georgius Szandicz, 1707. Georgius Valentini, 1717. Joannes Bartholomaeides, 1730. Matthias Keviczky, 1746. Andreas Liptay, 1775. Samuel Liptay, 1778. Stephanus Valentini, 1783. Samuel Fabricius, 1786. Samuel Szlabey, 1788. Matthias Wenich, 1791. Matthias Honéczy.

11) **Pongyelok.**

Prius filialis ad Szuham, hac per scissiones, ut infra occurret, recedente ad romano-catholicorum sacra, matris jura recepit. Dominus Franciscus Jákóffy fundis ecclesiam donavit, templum, parochiam sumtu suo posuit verique patroni ornatus laudibus ad posteros suos Jánoky talem benéficentiam hereditate quasi exposuit. Summa semper ecclesiae fuit pax ad decennalem divexationem, qua anno 1674. vexatus pastor Glosius, ejectus per plebanum szuhensem parochia, in montibus conservatus fuit, quoad reducere eum licuit. Ab hoc tempore serie non interrupta perdurant in exercitio religionis cum filiabus Szelcze et Valkó, numerando pastores: anno 1632. Andream Nigrini, 1641. Stephanum Fidicinis, 1645. Jonam Questoris, N. Mazsár, 1650. Joannem Glosius, 1682. Georgium Textoris 1709. Joannem Matthesius, Franciscum Laho, 1745. Samuelem Institoris, 1756. Eliam Kubinyi, Joannem Sztranovszky, 1761. Joannem Kollár, 1773. Fridericum Mark, 1780. Georgium Józéfy, 178[illegible] Andream Maky, 1785. Stephanum Valentini, 1787. Matthiam Haluska, anno 1791. Michaelem Agonás.

12) **Ráhó** (Hrachovo).

Cum Keczege, Varbócz. et olim Dobrostya filiabus anno 1596 die 13. febr. legibus fraternitatis Murány subscripsit et sigillo dominae Dorotheae Barbarich, derelictae viduae Petri Jákóffy, firmavit prius perlectas in ecclesia in praesentia visitatoris. In actis visitationis fit mentio Joannis Scultéti, jam anno 1576. hic pastoris, quem excepit Albertus Orlé. Ad templum neque parochia, neque schola fuit eodem tempore, filius domini Petri Franciscus Jákóffy, summu

ecclesiae patronus, singulas aedes tales aedificavit, in templo eodem sepultus, ut testatur tabula in aede sacra posita, in qua scriptum est: „Generosus dominus Franciscus Jákóffy de Ráhó, illustrissimae comitissae dominae Mariae Drugeth de Homonna, spectabilis ac magnifici quondam domini Georgii Széchy de Rimaszécs relictae viduae et arcium Murány, Balog et Lipcse capitaneus etc. post exantlatas vitae hujus molestias tandem feliciter in domino obdormivit anno aetatis suae 46. anno domini MDCXXXIX. die 4. sept.“ Absque herede mortuus, spectabili domino Casparo Jánoky de eadem et in Szuha, sororis viduae Catharinae marito, hereditatem suam et tutelam ecclesiae reliquit. Haec perstitit in flore semper. Tempore decennalis persecutionis anno 1674. nomine pastorum kis-honthensium ad delegatum judicium missus pastor Stephanus Fidicinis ad carceres comaromienses detrusus fuit, vícini pastores usum conservabant, qui perdurat ad hanc diem, existentibus ministris post superius nominatos: an. 1619. Samuele Severini, 1620. Simone Dubniczay, 1626. Georgio *) Mensatoris, 1630. Andrea Majer, 1636. Joanne Stephanides, 1637. Jacobo Petrovicsius, 1646. Andrea Dubniczay, 1650. Martino Cornides, 1660. Stephano Fidicinis, 1678. Israele Lányi, 1689. Elia Bubenka, 1707. Michaele Keviczky, 1711. Laurentio Francisci, 1728. Joanne Blaho, 1731. Paulo Mikoviny, 1740. Matthia Clement, 1747. Joanne Rosziar, 1755. Jacobo Lányi, 1765. Samuele Frentol 1772. Michaele Magulács.

13) Szuha.

Cum pagis Pongyelok, Szelcze, Jelenc, Susány, Zaluzsány anno 1596. die 14. febr. visitata per seniorem dominum Rimanoviani. Domini szuhenses tum fuerunt Casparus Jánoky Senderoviae, Joannes Barbyr in Jánok, pastor Laurentius Loshan. Hunc excipiebant: anno 1614. Joannes Smrtnik, 1619. Christ. Mezer alias Mazarnik. Posteriori abscedente anno 1630. ad Ribnik, nata est dissensio inter matrem et filiales de evocando ministro, quae induxit scissionem tantam, ut Szuhenses delegerint potius plebanum, quam consenserint in eundem cum filiabus ministrum. Haec prima facta in Kis-Honth a tempore reformationis ecclesia romano-catho-

*) Ugyanott 231. l.: J o a n n e.

lica, cui accesserant filiae Susány et Zaluzsány. Adnitebatur quidem senioratus conservationem ecclesiae, quare et Mazarnik redire debuit; interim plebanus jam praesens incolas in ejiciendum permovit coegitque ad reditum ad Ribnik. Vid. Christ. Mazári Doedalum edit. Vitteb. anno 1676..

14) **Szkálnok.**

Superius et inferius cum filia Zahorány (Tót-Hegymeg). Inferius habet templum et parochiam. Aedificatum et dedicatum est beatae virgini Mariae de nive anno 1450.. Subscripsit itidem anno 1596. praefatis legibus ut mater ecclesia. 1594.. Blasium Henrici habuit pastorem, quem ad hanc aetatem excipiunt serie sequenti: anno 1617. Georgius Textoris, 1625. Samuel Sartorius, 1631. Andreas Alitis, 1645. Joannes Czengler, 1678. Georgius Marcelli seu Mercator, 1684. Samuel Michaelides, Vitanovszky, 1690. Georgius Nicolaides, 1691. Joannes Dionysius, 1705. Laurentius Francisci, Paulus Jacobi, 1714. Joannes Bahil, 1723. Joannes Zsirko, 1754. Matthias Holko, 1783. filius Matthias Holko.

15) **Zahorány** (Tót-Hegymeg).

Cum affiliatis Malé Zahoránky et Teretnik, quorum vestigia post devastationes turcicas porro supersunt. Constituebant ecclesiam matrem, cujus fundus parochialis cum intravillano hodie quoque in usu evangelicorum permanet et ex proventu ejus sustentatur sacra aedes. Attenuati bellis accesserunt ut filia ad matrem Szkálnok, cui et modo juncti sunt.

16) **Zehere** (Zahorovcze).

Per seculum lutherana hungarica ecclesia, ut ultimi tres pastores, anno 1632. Martinus Kullisch, 1639. Joannes Nigrini et anno 1647. Petrus Schön in protocollis inscripti testantur. Post haec a vicinis rima-szombathiensibus alliciebatur ad suscipiendum calvinianum docentem, quali et hodie utitur.

GALERIA OMNIUM SANCTORUM,

CATENIS CHRISTIANAE VIRTUTIS SIBI DEVINCTORUM,
NOMINIBUS ET SYMBOLIS
IN PROCELLOSO MUNDI PELAGO SECURE
ET CUM HONORE CIRCUMVEHENDIS,

OPERA ET STUDIO

JOHANNIS SIMONIDAE,

BRIZNENSIS SCHOLAE IN HUNGARIA RECTORIS,
POST DIVERSIS IN LOCIS OB EV. J. C. VINCTI,
NUNC EXULIS ET LIBERATI CAPTIVI,

RECOLLECTIONEM DISPERSIONIS ISRAEL
IN SPE (ESAI. 30, 15.) ET SILENTIO
IBI! — UBI!
EXSPECTANTIS,

ANNO
CRVENTI EXILI DVRISSIMO
EXOPTATAE LIBERATIONIS IVCVNDISSIMO!

EXSTRUCTA.

Quoties aliquid scripturus es, scito te morum tuorum et ingenii chirographum dare.

Seneca.

Ex sermonibus ut ex amicis optimus firmissimusque habetur, qui in calamitatibus praesens adest et indigentibus solatium affert.

Plutarchus de exilio.

Ad lectorem et fautorem.

Gratia Tibi et pax a deo, patre nostro et domino Jesu Christo!
Ignosce lector et fautor venerande!
quod
fores tuae liberalitatis pulsem
Tuumque in conspectum prodire
non erubescam.
Cupis quis sim nosse?
EXUL SUM,
dei miserationes, hominum compassiones quaerens, rogans et exspectans,
quem
temporum iniquitas
omni substantia et fortunis privavit,
omni honore et amore spoliavit,
a dulcis patriae amplexu separavit;
EXUL SUM
ab actione ad passiones conjectus,
ab officio nempe scholastico an. 1673. violenter remotus,
a curia romana an. 1674. injuste condemnatus,
in carcere longo tempore durissime tractatus;
ad triremes hispanicas an. 1674, immisericorditer tractus;
EXUL SUM,
quem
libertati Neapoli redditum
a mari tyrrheno et monte albano
via appia Romam duxit,
hinc
per Italiae florem Florentiam,
per musarum sedem Bononiam,
per conchan marinamVenetias,
perque alias et varias orbis partes
variis jactatum fatis
deus in Germaniam deduxit;
EXUL SUM,
cui optime perspectum:

meliorem esse tenuem pauperis victum in proprio, quam splendidum apparatum in alieno domicilio, Syr. 29. v. 26.,
felicem etiam et beatum esse, qui ex laboribus vocationis suae victum quaerit et sorte sua, quae illi contingit, contentus est, Syr. 40. 18..

Hinc
ex tribulatione magna
ad domesticos fidei in Germaniam reductus
honestas vivendi vias sedulo inquisivi,
proprio sudore mihi meisque prospicere studui,
molestus ne aliis essem omnimode laboravi:
verum
optatus et desideratus necdum mea desideria coronavit eventus,
indeque
EXUL SUM,
qui
summa necessitate compulsus
fores piorum, utinam sine repulsa, pulso,
et opem aliorum plorans imploro.
Eheu
miseram vivendi conditionem!
si exilium vita et non mors appellari debeat,
quae
dum peto, pudore confundit,
dum non peto, egestate consumit.
Sic
hanc inter Scyllam et Charybdin navigans,
triste illud celeusma salamoneum verum esse reapse experior:
Melius est mori, quam egere et mendicare, cum et proximo tuo molestus eris!
Sed
omni ratione validior est necessitas,
adversus quam ne dii quidem pugnant.
Te ergo
deo care lector et fautor! accedo, a Te ut patienti compatiaris, et affectu vel effectu succurras, enixe flagito.
Quia vero
inter summa exilii et peregrinationis lucra magnorum virorum conversatio-

nem et consvetudinem pono,
ut
per nominis Tui clari in hoc albo inscriptionem tenebras exilii mei illumines,
etiam atque etiam rogo.
Id si feceris
chirographumque mentis Tuae h. l. reliqueris:
dabo operam,
ut nomen Tuum clarum,
non tam libro, quam cordi meo, aeterno, ut dicitur, inauratum stylo,
duret ac perennet.
Vale
lector et fautor
deo dilecte!
diu optate et tranquille.
Quod Tibi vovet
Christiani nominis Tui cultor
JOHANNES SIMONIDES.

Hunc talem fuisse, qualis h. l. breviter descriptus, si cupis scire, quae adjiciuntur illius fata eorumque testimonia, si lubet atque licet, lege et luge et memento mori!

Fata.

Domine, minor sum cunctis miserationibus tuis omnique veritate tua, quam praestitisti servo suo. Gen. 32..

His de fatis multa possent scribi, cumprimis, quibus una cum aliis duplici in captivitate, in et extra patriam in Italia fui jactatus. Sed tyrannis haec papistica toti orbi christiano jam est perspecta. Neque scopus h. l. est historiam scribere, sed brevissimam duntaxat fatorum delineationem consignare. Quorum varietas et claritas patet:

Ex judicii posoniensis administratione.
Ex captivitatis leopoldinae difficultate.
Ex tristi e patria in Italiam abductione.
Ex mirabili a vinculis liberatioxe.

Judicii posoniensis administratio.

Tribus illud vicibus factum. Primo Tyrnaviae an. 1672 in majo et junio, in quo pastores posonienses cum potioribus civibus*)

*) Megnovezvék Liebergottnál: Die Namen der nach Tyrnau gegangenen evangelischen Bürger sind: Christoph Spindler, ein Rathsherr, der ist nicht kalt und nicht warm, der hat der evangelischen Gemeinde den grössten Schaden gethan, Michael Schrembser, Paul Welligrand, Michael Muer, diese sind Rathsverwandte. Der Pfarrer David Titius ist auch dabei gewesen in Tyrnau. Der Spindler ist mit den Papisten wieder nach Haus gekommen. Die andern Bürger sind von der evangelischen Gemeine geschickt worden, 12. aus der Stadt, und 12 aus der Vorstadt. Die in der Stadt erbgesessenen sind: Herr Christoph Burgstaller, Johann Reingruber, Ludvig Petronides, Johann Liebergott, Hans Adam Reisacher, Paulus und Zacharias Zapf, Michael Dörr, Michael Mohl, Lorenz Reichard, Ehrenreich Christoph Haunold, Jakob Brodelfischer, wie auch Paul Mittosch und Michael Müller (diese 2 haben sich bald aus dem Arrest gemacht).

examinati et cum illi nollent reversalibus subscribere, primum in vincula conjecti, post trimestre deinde in exilium missi sunt. Secundo: Posonii an. 1673. in septembri, in quo ex comitatibus nonnullis ministri comparentes certis reversalibus omnes subscripserunt, aliqui nempe in mansionem, aliqui vero in emigrationem. Tertio iterum Posonii an. 1674.. Et de hoc judicio h. l..

In quo occurrunt:

1.) Ministrorum ad comparendum citatio. Facta est an. 1674. 8. febr. per fiscum (ut loquuntur) regium Nicolaum Majláth pro 5. mart. ad rationem reddendam in causa rebelliosae complicitatis. Cui etiam paruerunt et ultra 300. ad locum praenominatum, tempore praefixo, pastores videlicet et rectores comparuerunt.

2.) Citatorum et comparentium accusatio. Summa causae contra citatos levatae fuit: quod omni dei timore et auctoritate magistratus posthabita, sanctos non honorarint, beatam virginem despexerint, imagines sanctorum conculcarint, venerabile ignominia affecerint, seditionem publicam excitaverint etc. atque hoc nomine crimen laesae majestatis incurrerint; ideo petivit actor contra incattos justum ab excelsa sede judicium.

3.) Accusatorum ad subscribendum reversalibus compulsio. Variae erant reversalium formulae saepiusque mutatae, re tamen et materia eadem semper manente, nempe fassione rebellionis et vel ministerii abdicatione, vel spontanea e regno migratione etc.. His reversalibus cum in judicio anni 1673. omnes subscripserint, in hoc quoque ultimo judicio, ante, in et post, variis modis, minis et promissis ad subscriptionem citati compellebantur.

Non debebant tamen, nec poterant subscribere

Der Georg Attin ist auch dabei gewesen. Aber Herr Kaspar Bürgler, Johann Ernst Auer, Wolf Andreas Ressler, Adam Gálfi, Michael Gondol, Zacharias Peringer und Wilhelm Fischer, diese sind für sich selbst hinunter gefahren. Aus der Vorstadt ist gewesen Michael Schauer, Georg Kendler, Stephan Forster, Leonard Gusophius, Wolf Hagen, Hans Weninger, Georg Klug, Christoph Wichart, Jeremias Merle, Georg Tander, Thomas Zwetler und Jakob Zehrer (dieser ist von seinem Glauben abgefallen). Diese alle sind bei dem königlichen Recht gewesen. Lásd Johann Pogners Verzeichniss über den Bau der evangelischen Kirche in Pressburg von 1636. bis 1638. und Johann Liebergott Tagebuch von der Wegnahme der evangelischen Kirchen und Schulen im Jahr 1672. Pressburg, 1681. 59.—60. ll..

a.) Quia nullius rebellionis sibi erant conscii. Ergo contra conscientiam haec fateri non poterant.

b.) Quia officii abdicatione talentum concreditum defodissent.

c.) Cives posonienses, auditores et alii subscriptione sunt scandalisati perque vulnera Jesu Christi instabant, ne per citatos reversalibus subscriberetur.

d.) Adversarii publice ex cathedris reversales jam exaggerabant et ministros lutheranos mercenarios fuisse hinc confirmabant. Imo fiscus etiam

e.) In allegatione contra citatos loco testimonii priorum subscriptione usus: illi, inquiens, fassi sunt rebellionem, ergo et vos, quum illi fuerint superiores vobis, fateri debetis. Transeo alias negatae subscriptionis causas. Sicut vero fratrem meum, cur secus fecerit, non judico, sic etiam ob negatam subscriptionem temeritatis damnari nolo.

4. Eorum ob negatam subscriptionem condemnatio. Ante sententiae promulgationem judicium delegatum imponit citatis, ut qui subscribere vellent in mansionem, dextram, qui in emigrationem, sinistram, qui autem prorsus nollent, locum extremum occuparent. Talem separationem aut electionem dum respuunt, tandem 4. apr. lata et praelecta est sententia, omnes nempe in amissione capitis et bonorum cum ignominia in posteris aeviterna esse puniendos.

5.) Condemnatorum arrestatio. Durante arresto a 4. apr. ad 29. maji nil, nisi subscriptio persvadebatur et nunc sex dies, mox una, rursus horae 12., mox sex, iterum duae ad deliberandum concedebantur. Praeses judicii intelligens ministros statuisse, prorsus se non subscripturos, quatuor ex reformatis *) vinctos in arcem posoniensem abduci curavit, reliquis sine dubio in terrorem. Mox unus ex ministris juramentaliter examinatur, utrum videlicet sciat, an illi incarcerati, vel an alii et qui illi sint causa, quod praedicantes ad subscriptionem non condescendant? Qui respondit se ex parte sua scire, cur nolit et non possit subscribere, ex parte vero aliorum se non esse cordium scrutatorem.

*) Ezek voltak: Séllyey István superintendens és pápai, Miskolczy István fülcki, Bátorkeszy István veszprémi és Czeglédy Péter lévai papok. Lásd: Monumenta evang. aug. conf. in Hungaria historica II. köt. 242. l..

6.) Arrestatorum separatio. Hucusque nec promissis, nec minis in subscriptionem allici vel compelli poterant. Tandem vero 29. maji in diversorium ad signum albi equi omnes convocantur, lutherani a reformatis separantur et his in diversorio relictis, illi soli in palatium archiepiscopi ducuntur, hicque per comitatus divisis in peculiari conclavi singulis haec quaestio proponitur: Quid nunc eligis? visne subscribere? aut carceres subire? aut religionem catholicam amplecti? Dum sine subscriptione dimissionem nullus impetrare potuisset, hic jam diversa sequuntur consilia. Alii enim subscribunt vel in mansionem, vel in emigrationem et acceptis salvi passus literis janua ad dextram dimissi, illi domum ad suos redeunt, hi vero post quindenam extra regnum migrant. Alii vero nullum istorum eligunt, sed unice ad decretum majestatis regiae appellant, an scilicet hoc velit, ut praedicantes vel ministerio abstineant? vel regno cedant? et tunc se facturos promittunt, quod illis decretorie fuerit impositum. Et isti sine mora per januam ad sinistram educti per lictores publicos, ad id studio dispositos et subordinatos, carceri posoniensi civili includuntur. Factum id die sequenti etiam cum calvinianis, hoc tamen cum discrimine, quod illi per trihorium, hi vero per sex dies his in carceribus fuerint detenti. Hic igitur fuit maxime initium dolorum, dum ex tercentis et ultra vix nonaginta invenirentur, qui ob denegatam subscriptionem in diversos carceres fuere conjecti et duriter vexati, ut sequentes pagellae docent.

Leopoldinae captivitatis descriptio.

Post tres horas in palatium archiepiscopi reducimur, ubi currus pro avectione nostri jam erant parati. Ascendimus 12. currum una cum carnifice, cui restes 12. traduntur omnibusque ita dispositis in magno hominum concursu ex civitate vehimur, undique 24. musquetariis cincti. Penes locum supplicii dum transimus, en carnifex arreptis restibus: „Halt stille“ inquit ad aurigam, eoque subsistente: „Steigt ab, ihr rebellische Praedicanten“ nos acclamat. „Da ist euer Begräbniss, allhie sollt ihr euren Recht nehmen.“ Videnque nos canendo et suspirando nil curare ejus terrores, subridens: „Ihr gottlosen Praedicanten“ inquit „seyd nimmer fromm gewesen, werdet auch in der Ketzerey verdammt werden. Fahre fort“ rursus inquit ad aurigam. Sic pergimus et usque Tyrnaviam per milites et carnificem ducimur. Redeunt illi Posonium. Nos Tyrnaviae triduo

ad subscriptionem variis modis per jesuitas pellicimur, et dum oleum ac operam in persvadendo perderent, hac per milites civiles usque Leopoldopolin abducimur hicque 3. jun. carceri et vinculis includimur. Carceres istos quoad omnes circumstantias exacte describere nec tempus, nec charta, nec memoria permittunt. Praeterquam enim quod quisque pro lubitu suo miseros captivos tractabat, non deerant, qui continuo et in horas novos excogitabant cruciandi modos. Supra sortem omnium sceleratissimorum captivorum durius vexabantur. Captivi alii, ut milites, turcae, latrones et alii ad labores, nisi exigente summa necessitate, rarissime educebantur: ministri vero captivi semper. Accessus amicorum illis non fuit prohibitus; hi nec lacrymis eum impetrare potuerunt. Illis licitum erat necessaria nummis comparare, non ministris. Mittebantur illi per cives ad eleemosynam expetendam: hi ob frustum panis porrectum percutiebantur. Non cogebantur illi in templum: hi ad cruorem percussi compellebantur.

Fuit captivitas haec difficilis:

§. 1. Ob angustam carceris dispositionem. Octo vel decem passus latus, vix stantibus, nedum jacentibus sufficiebat. Hinc per vices uno in loco captivi requiescebant, uno dormiente, altero vigilante, aut nonnisi sedendo quiescente. Fornace tota hyeme caruit, cujus rigorem impossibile fuisset superare, nisi mutuo halitu incaluissent utcunque. Carcer hic ab una parte aggeri fuit conjunctus et ob trabes parietum non adeo combinatas fovendis ranis et aliis insectis adeo aptus. Reductis ex labore captivis, egressum ex carcere nec prece, nec pretio semper licuit impetrare. Hinc (venia sit verbo) fecibus humanis saepius fere exstincti. Accessit etiam gravis odor ex pulvere pyrio a militibus tempore nocturno in pyrobolis injecto et accenso. Ubi saepius ob periculum insperato ortum summo terrore perculsi facile in vinculis pedes laedi potuissent, nisi deus singulari providentia nos protexisset.

§. 2. Ob laborum qualitatem. Varii sunt impositi. Primum loca foetida repurgabant et aliqui curriculos materia graveolenti implebant, aliqui in fossam evehebant. Aderat rector papensis Kocsi cognominatus mancus et ideo ad impellendum curriculum ineptus, cujus humeris instrumentum impositum fecibus humanis portandum replebatur, ut non modo manus et dorsum, sed plerumque caput et collum inquinaretur. Locis talibus purgatis non tantum per

ficiales ad sterquilinia per fortalitium purganda distrahebantur, id etiam per militum meretrices ad operas sordidas pro lubitu adhibebantur. Saepius ad fundamenta murorum effodienda, quandoque ad frumentum in granario ventilandum, invertendum destinabantur. Alii arenam, calcem, lapides murariis apportant, alii aggerem contundunt, pro novo carcere foveam praeparant, aquam ex puteis hinc inde portant, plateas, vias et areas, in quibus ex pluviis subsidebat aqua, complanant, a luto purgant et quidquid alibi captivos peragere vellent ex continuo alias labore mox in alium evocant, praesentibus semper militibus opus urgentibus a summo mane ad seram usque vesperam detinentur, nulla tempestatis ratione habita. Aliis enim operariis tempore pluvioso quiescentibus, captivi praedicantes coguntur operari. Diebus etiam sacris non parcebatur. Hinc Kellio jesuita ut sibi, ceu sagax oeconomus plauderet, dominica septuagesimae captivos cum palis, ligonibus etc. primo diluculo ad laborem extrudit et post bihorium in templum cogit. Et licet hic Kellio captivos mire aestate exagitaret, a locis umbrosis hora quietis arcendo: longe tamen vehementius in hyeme vexabat, dicens: „Quia spiritus aestivus non poterat operari conversionem, jam hyemalem frigida et rigida vestra corda oportet emollire.“ Hinc afflicti captivi non tantum in frigore intensissimo operabantur, sed etiam hora quietis, ne in domibus calefierent, sedulo fuit cautum, adeo ut captivi nec pane, quem gelu contraxit, vires labore exhaustas reparare et famem levare poterant. Verbo: quicquid captivis in opere ingratum animadvertebatur, id maxime Kellio urgebat.

§. 3. Ob victus tenuitatem. Ex commissione camerae solo pane et aqua debere esse contentos dicebatur. In dies duos singulis datum est panis militaris unum libum, saepe muscis, vermibus et fecibus murium pleni, plerumque mucidi, evaporati, duri etc., qui tamen ob famem ceu optimum cibi condimentum et continuum in labore motum, optimi saporis fuit stomacho jejuno, si modo pro necessitate semper subministratus et non saepius subtractus fuisset. Si maxime quidam nummos habuissent, nil tamen comparare licuit, quin milites ex indultu officialium permisissent. Aut si militis affectum pretio furabantur, non modo magni id constitit, sed saepe proprio cum incommodo, dum vel rei emptae majorem partem miles subtraxit, vel acceptis nummis emansit, vel potum

aqua temperavit, vel omnem epotans amphoram fractam simulavit, vel quocunque dolo miseros captivos decipere potuit, fallere non intermisit. Imo si carnes aut alia occulte sunt comparata, non sine lacrymis licuit haec praeparare, dum aut ignis, ligna etc. denegatur, aut carnes ex oleribus et ollis per rapaces vultures surripiuntur, aut cineribus saepe et humanis vermibus condiuntur aut cibi jam excocti abripiuntur, et consumuntur, captivis nonnisi pane lacrymarum satiatis.

§. 4. Ob pietatis et charitatis operum prohibitorum gravitatem. Eo dementiae prolapsus est Kellio, ut non fuerit veritus preces prohibere, quibus dum felicitatem clementissimi imperatoris includerent: caesarem, aiebat, non opus habere hoc canum latratu. Opus charitatis est captivos visitare, esurientes cibare, nudos vestire. Omnia haec pietas Kelliana prohibuit. Femina quaedam dum vestes captivorum lavaret, idque jesuitae innotesceret, sine omni misericordia numellae includitur penesque portam cum servo publico ad vesperam detinetur. Stuperet lector benevolus, si omnia, quae non sine lacrymis in memoriam revocandi essent, enumerarentur, maxime quod nec benevolis misereri, nec miseris misericordia frui sine crudeli immisericordia licuit. Sed nec conversari concessum fuit cum amicis. Et quanquam praetenderent ne quam proditionem captivi molirentur: sub hoc tamen praetextu omnia charitatis opera praecludere et miris vexationibus ad apostasiam captivos compellere satagebant. Hinc uxores compassione matrimoniali victae, rustico more vestitae fortalitium sunt ingressae et vel ex diurno denario operabantur, vel sub specie religionis templum tempore missae ingrediebantur, ut quum loqui non licuerit saltim maritorum conspectu gaudere potuissent.

§. 5. Ob compulsionis ad ceremonias papisticas gravitatem. Cum sponte in templum ire nec possent, nec deberent, musquetis ad latera, baculis per capita et alia membra percussi protrudebantur. In atrio templi dum venerabile elevatur, nolentes procedere et signum crucis (more illorum) facere, partim per pueros, ad id subordinatos, partim per milites capillis barbis deprimebantur, imo saepius plerique ex captivis ad janua usque templi et ad altare per milites trahebantur, adstante et promovente malum praeprimis jesuita Kellione. Dum ad infirmos cum venerabili transeundum erat, data opera in locum, qua transibat

captivi ad labores sunt educti, vel ex industria differebatur eductio ad operandum, ut in occursum sacrificulo Kellioni ducti, ad genuflexionem verberibus compellerentur, dumque flectere recusarent, incruento sacrificio cruentabantur. Declamationes ex cathedris nil nisi calumniae in Lutherum fiebant, adeo ut Kellioni parum fuerit et centies ejus mentionem facere. Et ne quid ad affligendos miseros defuisset, ante celebrationem missae in templum pellebantur ibique tribus et quatuor horis sine sessione summo in frigore detinebantur, pueris studio subordinatis, qui per vices captivis insultarent.

§. 6. Ob aliarum afflictionum varietatem. Nullus sensus vel ad momentum sua carere potuit afflictione. Oculi pleni erant detestandis et lege vetitis impuris militum factis, quibus magis quam ab aliis corporis afflictionibus afficiebantur. Nares plenae erant foetore. Tactus frequentes et quotidianos habebat tactus. Fraudis et terrorum fuit abunde, quum subinde haec et alia in terrorem fiebant adornata. Jam patibula ad suspendium aedificabantur; jam naves, quibus ad mare promovendos ajebant captivos, parabantur. Nulla plane dies fuit ab afflictione sua immunis, unice intendentes, quo miseri captivi in naufragium fidei fuissent compulsi.

Tristis captivorum in Italiam abductio.

Nil certius et citius sperabant captivi, quam benignam sui dimissionem, cumprimis quod ubique rumor percrebuerit exspectatae liberationis. Sed proh dolor! tristis spem nostram excepit eventus! Anno enim 1675. 16. mart. visitatione facta libellis primo privamur et die 17. atque 18. durissimis laboribus vexamur. Tacite interea 10. currus extra fortalitium praeparantur. Milites 40. ex peditatu et 20. ex equitatu ordinantur. Sic crepusculo imminente dum arbitraremur nos ex labore in carceres reducendos, en per foramen, qua terra pro aggeribus invehebatur, cum rotulis, clavis et palis ducimur, curribus imponimur, militibus stipamur et ex dulci patriae solo vehimur

§. 1. Per fines Moraviae et Austriae Schot-Viennam usque. Aderat hic jam classis militum ex regimine Immanuelis de Sois, qui cum generalibus Starnberger et von Keyser-Stein 8000. militum duxerunt Neapolin, hacque in Siciliam, Hispaniae regi suppetias adversus gallum in Messina daturi. Hac igi-

tur, nempe Schot-Wienna redeunt currus et milites nos Leopoldino hucusque ducentes. Nos praedictae classi in custodiam traditi, hic per trihorium manemus et inclusi cuidam conclavi, primo cultris spoliamur, post meridiem deinde more militari disponimur, sicque praecedentibus et subsequentibus militibus, spectante aliquot millium hominum turba, discedimus et omnes, nullo respectu vel aetatis vel infirmitatis habito, itinere lubrico, aquis et nivibus mixto, ad 12. horam noctis ire compellimur et veluti pecudes in compedibus angariamur adeo, ut plerisque pedes nimis intumuerint, aliis vulnerati sint et quum nulla cura ad sanandum adhiberetur, nec concederetur, tandem quatuor ex hoc compedum attritu mortui sunt. Aliqui, quum calceis carerent aut laceris jam instructi essent, cruore pedum per compedes in saxoso itinere laesorum, iter signabant. Omnes pecudum instar pulsi et baculis frequenter sunt percussi, mortem lacrymis et precibus frustra implorantes. Videns capitaneus Johannes von Gemeiner non esse possibile, ut captivi ferro vincti tam longum iter emetiantur, lacrymis exoratus compedes ex uno pede in oppido Murzuschlag desumendos permittit. Pergimus ergo inde

§. 2. Per Styriam et Carnioliam usque Tergestum ad sinum adriaticum. Quanta afflictos captivos hoc in itinere oportuit pati, non additur. Hic Tergesti aderant jam commissarii hispanici adventum militiae exspectantes. Ubi stabulo cuidam foetido includimur. Vigiliis probe locatis, tres tonsores adducuntur. Mento contumeliose singulis abraso, facta est inquisitio tam rigida, ut neque illis curiositas pepercerit, quae natura occulta et intacta esse voluit. Omnibus, quae adhuc apud nos supererant, sublatis, compellimur primo ad confessionem, ex fundamento, quod nullus possit navim conscendere, nisi confitens, ne ob haeresim naufragium patiatur; deinde ad nomina militiae danda et arma sumenda pellicemur, ex ea causa, quod milites facti stipendio vivere et post triennium in patriam redire possimus, secus ex triremibus nunquam sperandam esse eliberationem. Renuentibus nobis triduo aqua et panis negantur, ut tali necessitate compulsi ultro stipendia militaria exposceremus. Dura quidem fuit tentatio carnique molesta, dei tamen virtute superata. Cives enim, cumprimis e sexu femineo virgines poma citrea per foramen quandoque injiciebant, quibus in particulas divisis et juxta numerum captivorum distributis, deus

famem nostram magis sedavit, quam ante cibis lautis et sumptuosis. Sic fame et siti triduana macerati educimur et per civitatem tergestinam ad mare pellimur, indeque navi conscensa una cum militibus navigamus

§. 3. Per mare adriaticum usque Pescaram. Praetereo etiam hoc loco illas calamitates, quibus in navigio nostra fuit subjecta imbecillitas, aut brevibus duntaxat lineolis eas expono. In summa navis istius contignatione fuit gubernator. In altera officiales, aqua, culina etc.. In tertia milites. In infima [nos captivi, quae vocabatur infernus, ex quo nobis non esset speranda liberatio. Insigne hujus navis fuit hispanicum, tormenta 24., nautae 20., in universum personae 600.. Hac in navi victus captivorum fuit adeo tenuis. Tria frustula panis bis cocti, veteris et a muribus corrosi, pro duabus personis in diem deputabantur. Aqua vix lacrymis poterat comparari. Locus foetore et halitu sitim provocabat, quam dum levare non liceret, in profundo aquarum siti oportuit torqueri. Hinc fame compulsi captivi, ad fenestram (quae erat a suprema parte et per eam lumen cum aere ad infimam intromittebatur) approximabant, attollebant capita, exspectantes, si quae forte mica a militibus supra vorantibus decideret. Si putamina citrea, vel ossa, vel aliud ab illis abjiciebatur, illa certatim famelici captivi levant et devorant. Spectaculum in hominibus magis flebile videri posse non puto. Et reapse experti sunt captivi inter afflictiones corporis maximas fuisse sitim et famem, adeo ut his in angustiis constituti, carnem propriam jam jam rodere tentassent, nisi deus certis ciborum reliquiis et micis rabiem hanc domasset. Inde senes turpiter detonsi, eviscerati et fame prorsus exsiccati atque solis aestu antea adusti, vix hominibus similes erant; juniores similiter prae fame oculos debito more non valebant movere. Verbo: si quis eorum ex numero in lucem prodiens caput attollebat, mortuo e sepulchro surgenti similis apparebat. Navis haec, dum nos alto committeremus, adeo fluctibus impetebatur, ut ipsi nautae de salute dubitarent, hancque tempestatem ob haeresim captivorum exortam ajebant, atque ideo ceu Jonam mari injiciendos putabant. Hoc navis impulsu, clamore militum, loci etiam angustia ita incaluerat captivorum habitatio, ut magis in balneo calidissimo sudare non potuissent. Durat haec tempestas integra nocte, qua circa diluculum quiescente, navis etiam die sequente quiescit et post ad portum pescarensem appellit

Hic descendimus navi et rursus per aridam imus atque properamus

§. 4. Pescara per Apruziam usque in Campaniam et hinc Neapolin. Apruzo est Italiae provincia, hispano parens, a territorio papae apenninis montibus divisa, mari adriatico adjacens, alias Terra laboris dicta. Circa mare ob mite et pingve solum aereque leni temperatum terrae proventu luxuriari videtur: si tamen duorum dierum itinere pergas, omnia saxosa et montosa atque adeo summo nonnisi sudore terras invenies excultas. Incolae villarum zingaris simillime, villosi, inculti, prolis divites. Aqua et alia onera asinis sursum portantur resque admiratione digna est, tanta aedificia ope asinorum excrevisse. A praedonibus (banditae illi dicuntur) nunquam sunt tuti. Hinc semper et ubique toto vernali et aestivo tempore, viri et juvenes armati incedunt, excubias optime dispositas habent et turba hominum ad oppidum accedente, pulsu campanae signum dant. Hac in provincia ad sinum maris adriatici est portus Pescarae, in quo captivi de navi descendimus, omnes quasi vertigine correpti in loco vix stare valentes. Hinc nonnulli penulae ceu cadavera impositi, baculis suppositis non secus atque ad sepulchra per concaptivos portantur, sparso per viam cruore et sanie gravique ex putredine pedum, antea ferro attritorum, foetore. Et quia ob vires fame, siti aliisque malis consumtas vix propriis, nedum alienis corporibus portandis pares fuimus, hinc ex ripa maris ad civitatem usque pecorum instar pulsi, baculis percussi coramque hominum turba ut omnium sceleratissimi prostituti. Hac in civitate carceri teterrimo penes portam includimur, in quo malefici suplicioque afficiendi torquentur, ubi ob instrumenta carnificum, ut caminum, scalas, ferrum etc. disposita, in diversas captivi trahuntur sententias. Spem inter et metum ut haerent, milites ex reliquis undecim navibus descendunt et in ordinem redacti, via triplici versus Neapolin se recipiunt. Nos sub inspectione militum imus ad civitatem Thietinam, et hic sex captivos ex attritu pedum laborantes reliquimus, ex quibus quatuor repente obierunt, duo secuti, unus eorum ad Pesculum Pennatorium relictus, alter *) Aversae ad portam est sepultus, reliqui vero Neapolin usque deducti

*) Ez Goes Mihály poltári pap s nógrádi körlelkész volt. Lásd: Monumenta evangelicorum augustanae conf. in Hung. historica II. k. 258. l..

sunt et triremibus alligati. Septem ex his usque in Siciliam missi, ubi unus *) etiam Syracusis mortuus, reliqui iterum Neapolin renavigarunt. Quae et quanta miseros captivos his in triremibus oportuit pati, ille facile intelligit, qui mala triremium perspecta habet. Liberationem eorum quod attinet, aliqui per mortem, aliqui per admiralem de Ruyter suis et libertati sunt restituti. Meam meique comitis rev. domini Tobiae Masnitii quod concernit sortem, hanc ostendit sequens fatorum nostrorum membrum, nempe:

Insperata a vinculis liberatio.

Res quidem desperata fuit de obtinenda liberatione, cumprimis si remotam et longam a patria eductionem et italorum, hispanorum atque papalis regni crudelitatem consideravimus. Sed ecce tum et ibi dei amor ejusque gratia liberatrix illuxit, quum et ubi rebus humanis maxime deploratis, nec vires nec prudentias hominum nobis opitulari posse existimavimus.

Tria vero in mei liberatione consideranda:

A.) Antecedentia.

Fuga videlicet et iterato eam excipiens captivitas.

§. 1. Dum enim videremus, quod mortem martyrii honestam persecutores inviderent, sed lento supplicio vellent tollere non deformidantes, sed declinantes passiones, non ex curae divinae diffidentia, sed ex fide manui dei nos commendantes, neque ex metu desperato. sed spe utilitatis ecclesiae, tyrannidi persecutorum nos subduximus et violentas eorum manus, negligentibus et securioribus jam factis militibus, intra vineam 1. maji ad Iserniam elapsi sumus. Dici non potest satis, quid prius miratus fuisset benevolus lector in ratione fugae. Prope erat ad civitatem, ut fere post unius quadrantis spatium investigatio fuerit secuta. Et quanquam reflexa semita inter vineas nonnihil operta ab utraque parte esset, tamen mox in apertam vineam, nullis virgultis umbrosam, desiit. Hinc dum ad passus curreremus, reflectentes oculos subinde jam jam se

*) Ez Mazsári Dániel tamásii pap volt. U. o..

quentes et ad dorsa prementes milites existimamus. In funesta et desperata hac fuga ad domunculam vineae, tegmen habituri, currimus; sed ecce a pariete illius, a militibus averso, italus duos asinos oneratos militum conspectui subduxerat. Invicem territi et attoniti, iterum velut in rabiem acti proripimus nos ab italo, qui jam proditor futurus, omnem ademerat spem conservationis vitae. Hac dum exiguam petimus vallem, en rursus infelices incurrimus in pastores ovium, ubi canes latratu, custodes clamore omnem viae et fugae turbant seriem. Sed cum jam deficeremus, nonnihil quietius procedentes, silentio a canibus et custodibus facto, porro eandem tenemus vallem, compedes abjicimus, mox vestem rusticam et alia onera relinquimus, vepretum subintramus, silemus, haeremus, vix suspirare ausi. Et quanquam resumpto spiritu constitueramus continuare fugam, tamen inclinante jam nocte ibidem pernoctare decrevimus, persvasum nobis habentes, locum tam contemptum eos, qui forte nos quaesituri essent, neglecturos et praeter suspicionem transituros.

§. 2. In aurora praemissis ad deum precibus progredimur ex virgultis, recta per colles ire coepimus, sed opinione celerius illuxit et vagantibus hinc inde opilionibus, in parvo nemore ex opposito cujusdam domunculae toto die haeremus. Progredimur noctu, sed in longum errorem viam quaerentes, non invenimus. Hoc in errore nocturno incidimus in villam pecudum et ipsos custodes. Hi, quum nunquam tuti sint a latronibus, mox armantur signo sibi invicem consveto per complures casas dato. Canum latratu et clamoribus persequuntur miseros: sed dum luna se in nube condit, nos moli lapidum conjectae adhaeremus, nec amplius loco hoc nos movemus. Cessant canes latrare, custodes persequi, nos interea sensim sensimque recedimus et quiescimus, donec illucescat, deliberantes, in omnem rei eventum potius iter manifestum, quo videlicet ducti sumus, reciprocaturos.

§. 3. Progredimur ergo et quia omni destituti cibo jam jam deficiebamus viribus, quomodo huic malo occurrendum esset, consultamus. Et ecce juvenis quidam sequitur nos, qui videns praecedentes peregrino habitu homines, propius accedere non audet. Dum ad alteram collis partem veniremus, praestolamur sub fago in via reflexa, donec juvenis accederet. Venienti praeter opinionem occurrimus, panem supplices rogantes et pretium unius solidi osten-

dentes. Iste non tam commiseratione, quam terrore motus, panem, quem habebat, divídit et solidum accipit. Librae pondus fere aequasset panis, quo vires collapsas utique resumsimus et postea viam, qua ducti sumus, reciprocavimus. Ad omnem aeris motum trepidamus et subinde in via subsistimus, radices pro fame sedanda quaerentes et folia de quercubus junioribus aliasque herbas decerpendo sumimus. Ex improviso ecce a latere quinque itali non secus ac nos persequentes conspiciuntur, custodes pecudum clamore turbant et ab alio latere alii italí apparent. Captivos jam putasses capere velle, quos tamen musitantes immunes ire fecerunt.

§. 4. Dum foliis aliisque radicibus et herbis famem sedare non possemus, deliberato pergimus ad oppidum quoddam, prece vel pretio panem comparaturi. Incidimus in rusticum vaccas mulgentem, quem gestu, suspiriis et facie miseranda rogamus, ut denariis quatuor panem apportet, qui in partem collis superiorem ascendens, cum se facilem nobis praestiterit, suspicionem ingeneravit, quasi de nobis gubernatori quidpiam indicaturus esset. Hinc, si fames permisisset, etiam nummos relinquere parati fuissemus. Descendit mox alius, restes forte ex negotio ferens, quem nos recta via ad nos properantem nostrae captivitatis auctorem jam existimabamus: sed uno nostrum orante, dum propius accederet, inspecto orationum Hermanni libello (a milite donato) discessit nostrosque ligatos spiritus formidine solvit. Tunc rediit prior, panem et caseum adferens, quem collaudatum relinquimus, bóna cum spe laetitiae, quasi tutius et alia loca ingressuri. Imus, sed ecce pluviae densissimae irruunt, quibus compulsi tentorium in nemore praeparamus, ut sub eo ad vesperam moremur et nocte oppidum capracottense (hic ferrum ex altero pede erat desumptum) evitemus. Sed pluviae crassae, frigus continuum, fames vehemens aliaque mille incommoda consilia antevertunt. Concludimus ergo, in omnem rei eventum ingredi Capracottam, dumque appropíngvamus, en vigiles, qui ob banditas tenent excubias, occurrunt, nos profugos capiunt et 4. maji carceri includunt. Sic fugam nostram nova in Italia Capracottae excipit captivitas.

§. 5. Carcer in hoc oppido fuit posterior maleficis destinatus, in quo vigiles illi manus et pedes nostros ferro vinciunt pronique in terra decumbentibus truncos praegraves, pectori unum, alterum pedibus, imponunt. Die tertio a captivitate venit ad foramen carce-

ris archipresbyter, quaerens: „cujus simus professionis?“ Respondentibus: „lutheranae,“ addit: „an lutherani sint etiam christiani?“ asserentibus: „ergone“ inquit, „estis baptisati?“ „Omnino“ addimus nos et formulam baptismi, orationem dominicam, decalogum symbolum fidei etc. recitamus. De his enim, an lutheranis sint cognita? perquisivit. Quae omnia dum nos scire intelligeret, rapitur in admirationem et ait: „lutherani ergo sunt etiam christiani“ obtinuitque a gubernatore, ut vincula nobis desumerentur. Qua sua in nos propensitate alios quoque ad commiserationem invitavit adeo ut sub initium captivitatis in cibo vel potu nullum pateremur defectum. Sed felicitas haec non perennavit. Supra enim nominatus presbyter, dum nollemus religionem lutheranam abjurare, omne paratrocinium subtraxit et clementem aliorum affectum a nobis avertit ut nisi juvenis quidam Hieronymus de Baccariis tempore nocturno panem aliaqae nonnunquam injecisset, fame et siti nobis pereundum fuisset. Dimissionem petentibus respondit archipresbyter, captivitatem nostram proregi neapolitano jam esse significatam atque ideo ad triremes nos abducendos. Sic igitur praescissa fuit omnis spes liberationis, nec superfuit aliud remedium patientia, illaque futura in triremibus angustiarum imaginatio, vel ipsa cruce deterior, me sere affligebat. O fluctuantis animi onus! Sed ecce oritur ex desperatione

B.) Ipsa exoptata eliberatio.

Tandem orbitati nostrae coelestis ille pater insperate succurrit et excitatis ad nos liberandos viris, per illam, quae pluribus ex tio solet esse, avaritiam, in libertatem reduxit.

§. 1. Vigiles nempe capracottenses, post 6. integras a captivitate hebdomadas, reste grandi ligatos hac abducunt, certam pecuniae summam accepturi. Quam quidam mercatores dum in transitu Liserniae numerare illis essent parati, cumprimis quod viderent nos adhuc juniores esse et ad serviendum aptos, responsi loco tulerunt jam adesse in proximo loco emtores, quibus essemus tradendi. Pergimus et ecce occurrit rusticus cum duobus equis, quibus imponimur, custodibus a tergo per vicem insidentibus. Miras cogitationes haec equorum subministratio excitavit. Rebar ego, dominorum, quibus nos tradendos ajebant custodes, hanc esse provisionem. Fie-

potest, regerebat comes meus, sed fit quoque, ut, quum latro ad patibulum ducatur, currui quandoque imponatur. Quid fit? Eodem die accedimus Thianam civitatem, ubi nobis obviam facti nostri fautores unusque eorum quaerit: „an sciamus germanice?“ respondi ego: „utique aliquantulum.“ Tunc ille: „quomodo vocemur?“ edisserentibus nobis ille inspecta charta de tertio, nempe Georgio Lányi (qui etiam mane effugerat), ubi is esset? sciscitatur. Sed nihil de viis ejus conscii reposuimus: „nos nescire.“ Interea velut verbis nos castigans fugam exprobrare simulabat, sed mox bono jubet esse animo, subnectens: reliquos equidem in triremibus jam gemere, sed certo libertati fore asserendos. Hic igitur certum ductoribus et vigilibus capracottensibus numerat pretium, quos, accepta numeratae pecuniae cautela, dimittit, nos vero ad superius hospitii et diversorii conclave ducit utque bono simus animo denuo hortatur et variis argumentis solatur.

§. 2. His in tenebris italicis cum impossibilis nobis videretur liberatio, semper suspectus et formidandus hic noster fautor menti terroribus plenae apparuit. Nam non alium, quam unum e numero officialium nos ex Hungaria ad triremes ducentium eum esse arbitramur. Auxit suspicionem italus quidam, qui absente fautore quaesitus: „quid hominis esset, qui nos in potestate haberet?“ respondit: esse capitaneum, qui in Sicilia exercitum amisisset in conflictu cum gallis, nunc ergo vires reparaturus, hinc inde milites in supplementum conscribit. Inde nihil certius exspectavimus, quam dolosam armorum obtrusionem. Italo hoc discedente accedit alter fautorum, tradens libellum, cui titulus: „Himmlischer Lust-Garten etc.“, ex eo, inquiens, cognoscetis, qui simus, scilicet lutherani. Sed nos suspicabamur invicem, potuisse eum a milite lutherano ad nos decipiendos tantisper mutuari. His et aliis modis dum semel de se conceptam opinionem expugnare non possent: „scio“ inquit unus eorum, „cur tergiversemini, ne scilicet ministerio sacro per assumtionem militaris vitae renuntietis, ad quod frustra hucusque per carceres, per armorum obtrusionem perque alios modos cogebamini.“ Quae verba aliquam apud nos meruerunt admirationem et considerationem. Flentes igitur et gementes rei eventum operiebamur.

§. 3. Die sequenti discedimus hac sub auroram et ecce currus occurrit, cui cum patronis insidemus, dumque Capuam et inde Aver-

sam transiremus: „resumite," monebat unus fautorum, „anim(jam enim cito ingrediemur Neapolin, nostro in hospitio coenatu tunc apparebit candidus noster in vos affectus." Ingredimur e Neapolin et per diversas plateas vecti, tandem venimus 11. h noctis ad hospitium fautorum, ascendimus et ingredimur hypoc stum, ubi dum intra spem et metum positi fleremus, tertius fau rum, dominus Georgius Velz, „nolite" inquit, „flere, carae deo a mae, sed quam mirabilis sit deus in operibus, considerate." Ster tur mensa, accumbimus, miramur factum, nec tamen tanti id facir ut concluderemus, nos in eo statu versari, in quo fuissemus. Rec rit patronus de itinere et aliis, cui omnia reliqui aperiunt, etiam difficultate, quam in persvadendo sustinuerunt, nec velle nos adl credere esse liberatos. Subridet ille factum et tanquam evid prudentiae et constantiae signum laudat, quaerens insuper: jan crederemus nos esse liberatos? respondemus: „deum nosse v nostras."

§. 4. Surgimus a mensa et precibus lectioneque capitis bib peractis, ducimur in conclave principe sane non indignum. Hic bemur quiescere. Nos videntes lectum deauratum, purpura et by stratum, rara materia velatum, parietes, mensas, specula et pretiosis rebus ornata et onerata, omnimode reluctamur, ut ibi d miamus, cum ex diuturno carcere corpora sqvalida et vestes (ve sit verbo) pediculis refertae essent. Sed nihil profuit excusari. igitur inclusi, inspicimus bibliothecam, in qua reperimus libros theranos, in specie Postillam Herbergeri etc. et An christum Dillingeri, qui in medio papatu maximae fuit mirationi. Quibus visis tunc primum novae cogitationes subori tur et dum cogitamus de nostri liberatione, somniare nos credim Sic velut attoniti diu haerentes, dum in eam sententiam descer mus, jam vera esse, quae nobis promittebantur, effuse prae gau flemus et invicem nos deosculantes, magis lacrymis, quam vo „Te deum laudamus" occinimus. Nihil mirum fuisset, quodsi tam subitanea animi et fortunae mutatione somno mortis oppr fuissemus, siquidem nec spiritu, nec animo libere utebamur, langvidi velut et enervati, tanquam extra nos rapiebamur. Def gatio svadebat somnum, novitas rerum excitabat admirationem, bri invitabant ad lectionem, tam insperata felicitas ad gratiar

actionem. Ita deo ter optimo maximo gratias agendo diem 15 jun. an. 1675. concludimus velut somniantes.

O diem aeternis dignam inscribi fastis!

C.) Liberationis consequentia.

Trimestris nempe Neapoli post liberationem commoratio et per Italiam aliasque regiones quadrimestris remigratio.

§. 1. Sic ex captivitate et malo triremium, quod jam jam nostris cervicibus imminebat, liberati, toto mansionis nostrae tempore in orationibus, sacris meditationibus et lectione sacri codicis versabamur. Partem temporis etiam colloquio patronorum dedimus, ex praelecto praeprimis capite sacrae scripturae ante et post cibum varias quaestiones moventes.

§. 2. Quandoque peregrino induti habitu et adscititiis crinibus velati, captivos etiam triremibus alligatos socios invisimus et quasi ignari eorum sortis, quinam gentium sint et cujus conditionis? inquisivimus, adjectisque nonnullis, constantiam eorum et in fide et adversis firmam semper et quadratam deprehendimus. Tum intime malis eorum intus condolentes ac ingemiscentes, porrecta eleemosyna lacrymabundi discedimus, quod factum cumprimis in triremi sancti Januarii, Josephi et Clarae.

§. 3. Saepe etiam urbis neapolitanae magnificentiam aedificiorumque splendorem perlustravimus. Extra urbem quoque exspatiati sumus, cumprimis versus Puteolos. Quantis hic natura mirabilibus superbiat, alibi invenitur descriptum, deque his, sicut et de campis elysiis, de fortalitiis, de soli fertilitate, de reipublicae neapolitanae forma in Hodaeporico videre licet.

§. 4. Patroni licet nos jure vendere aut ut mancipia tractare et ad operas serviles damnare potuissent: tamen ut christiani honorifice habitos, laute exceptos, bene vestitos, subministrato viatico liberos dimiserunt et viam ad nostros perveniendi per Italiam ostenderunt. Hinc ad finem decurrente trimestri Fede primum accipimur et ad nostros per mare tyrrhenum Romam, hac Florentiam, inde Venetias, Lombardiam, Rhaetiam, Helvetiam, Sveviam properamus et per diversas orbis partes Vittebergam an. 1676. venimus. Quo nomine soli deo ter optimo maximo perennes egimus et semper acturi sumus gratias, utpote qui per tot maria et regna nos salvos duxit et ab omni periculo tutos ac securos praestitit.

Testimonia.

Ex Italia.

Denen rechten Evangelischen Glaubens-Genossen wünschen Wir Gottes Gnade!

Dass diese gutte fromme Herren, Herr Tobias Masnicius, weyland der Kirchen zu Illawa Prediger, sampt Herrn Johanne Símonide, in der königlichen Freyen-Stadt Briss gewesenen Schul-Rectore, nach ausgestandenen 9 monathlichen Gefängnüss zu Leopold-Stadt vielen Wiederwärtigkeiten, keiner andern Ursach halber, alss dieweilen Sie die Lutherische Bekäntnüss nicht haben verlassen wollen, und der in Ungarn gewesenen Reformation nicht eiferig wiederstanden, allhero, an diese Spanische Galere sampt viele andern condemnieret worden. Das ist nicht allein von den Kayser Officieren und Soldaten, die Sie allhero geführt, sondern auch aus andern gewissen argumentis und testimoniis wahrhafftig und gnugsam bekannt. Diese zwey obgemeldete Herrn, was Sie, wie in Ungern, so auch hier in Italien, in Ihren harten Gefängnüssen, wie auch in Ihrer Aussführung aussgestanden, kan man nicht ohne Weinen und Klagen schreiben oder lesen. Die Befreyung aber besagten beeden Herrn anlangend, die ist aus sonderbahrer Schickung Gottes geschehen, welcher ihnen auch allein hat helffen können, indem Sie nicht weit von Capua so viel Freyheit und Platz ersehen, Sich in das Gesträuss zu verbergen und von dannen zu entgehen: Sie wurden aber baldt den vierten Tag von den Schergen im Felde wieder eingebracht, und in Capracotta in das Gefängnüss geworffen, darinnen Sie gantze sechs Wochen sehr hart sindt gehalten worden. Inzwischen starb der Vice-Colonell von Rinds-Maul, der Sie herein geführet, und deme man Sie wieder ueberlieffern wollen (weil Er nach Ihrer Flucht herum geschrieben und denen, die Sie gefänglich auf Neapolis führen werden 100. Ducaten versprochen). Weilen dann die besagte Schergen dieses Todes halber das versprochene Geldt nicht haben erlangen können, alss haben Sie diese zweene Herrn Masnicium und Simonidem auss Ungeduldt feil geboten, und nahmen das Geld, so Wir Ihnen gegen Ihrer Auslieffe-rung anerboten, welche Wir hernach drey Monath bey Uns gehal-

ten, biss Sie sich Ihrer Krafften wieder erholet, und hernach über Rom, Florentz, und andere Wellische Städte gen Venedig und so fort, mit nothdürfftigen Mitteln abgefertiget, und mit dieser Unser attestation wegen Ihrer Beständigkeit des Glaubens und wunderlich erhalten Freyheit, billich und willich accompagnieret, bittende alle recht gläubige Hertzen, Sie wollen Ihnen besagte zwey recht beständige, fromme Diener und Bekenner Gottes, (welche Ihr Leben, Weib, Kinder, Haab und Guth umb die Liebe Christi nicht geachtet) als rechte Mittglieder in Christo besten anbefohlen seyn lassen, Sie keiner Vermessenheit, keines fleischlichen Dunckels, keines Abfalls oder einer Heucheley bezüchtigen, und mit andern falschen Muthmassungen nicht betrüben: Sondern Ihre betrübte Seelen vielmehr erquicken und die Christliche Liebe an Ihnen erzeugen; weilen Sie es würdig und werth, als die umb seines heiligen Worts sind dem Tode so nahend kommen, dass Sie allbereit, der Welt gantz abgestorben waren, ja mit dem Tod, Teuffel und Hölle gerungen und mit der Hülffe unseres Sieges-Fürsten überwunden; Welches der getreue Gott allen Wohlthätern reichlich belohnen wird, sc erbieten Wir uns auch simul et in solidum die Ihnen erwiesene Gutthaten in allen Begebenheiten treulich gegen einem jeden wieder zu erkennen. Datum Neapoli in Italia anno 1675. die 12. Jul.

Ich Georg Velz bekenne und bitte wie obstehet (L. S.)
Ich Jacob Reillard bekenne und bitte wie obstehet (L. S.)
Ich Balthasar Langenmanter bekenne und bitte wie obstehet (L. S.)
Ich Johann Heinrich Am-Ende bekenne und bitte wie obstehet (L.S.)
Ich Daniel Weickhmann bekenne und bitte wie obstehet (L. S.)
Ich Frantz Christoph Strauss bekenne und bitte wie obstehet (L. S.)
Ich Johann Philipp Veltz bekenne und bitte wie obstehet (L. S.)
Ich Albrecht Kohn bekenne und bitte wie obstehet (L. S.).

* *

Dass vorstehende Abschrifft mit dem von obbenennten acht Personen unterschrieben und besiegelten Original allenthalben gleichlautend befunden worden, wird unter Löbl. Universität Leipzig hierbey gedruckten Insiegel und Meiner, dero geschwornen Actuarii eigenhändiger Unterschrifft bekräfftiget. Se geschehen Leipzig den 7. Octobr. anno 1676..

Joachimus Corvinus.
Academ. Lipsiens. Jur. Actuarius.

Augusta Vindelicorum.

Salutem a salutis fonte, Christo Jesu, omnibus, qui haec legunt.

Quae quantaeque sint inferorum furiae irarumque in rem christianam aestus, vident ac miserentur, quotquot oculos fide elevatos circumferunt inque ultimorum, quibus reservati sumus, temporum mala penitius, quam mallent, defigere necessum habent, multo maxime, qui malorum ipsi non expertes sunt interque vivos sic degunt ὡς ἐπιθανατιοι, immo vero deterius adhuc usque adeo, ut identidem miseram mortem miseriis praeoptent. Hos inter biaothanatos sunt et duo viri, rev. dominus Tobias Masnicius et clar. dominus Johannes Simonides, ille verbi divini apud hungaros Illaviae nuper minister, hic in libera regiaque civitate briznobanyensi quondam scholae rector, nunc in Christo exules; qui quod evangelium Christi praedicarunt et profitebantur, dirae longaeque captivitatis squalorem perpessi, postinde et ad neapolitanarum triremium labores exantlatos comdemnati erant et exantlarent jam, nisi supremo numini aliter visum, quod persecutoribus dixit: ex complurium numero sinite hos abire. Quam mirum enim in modum hostium manus eluctati sunt, ipsi dixerint. Nos, qui audimus et fratrum afflictiones et manum domini tandem victricem et auxiliatricem, in utramque partem, spem scilicet et metum distinemur, atque insuper inculcamus illud apostoli in epistola ad haebreos τυς φιλοζωιας ne obliviscamini, memineritis captivorum aut alias afflictorum, ut qui et ipsi estis in corpore, h. e. tales, qui nihil horum a se alienum putent. Maximopere itaque rogitamus, ad quos pervenerint praesentium exhibitores Christique exules, fratres et fratrum vice misereantur ipsosque diligant non jam verbotenus, sed re atque opere eosdemque benigne suscipere ne graventur. Sequetur hanc sementem laetissima credite messis. Valete in domino Jesu! die 7. Oct. S. N. an. 1675. Aug. Vindelic.

Ita scribunt et subscribunt nomine ministerii augustani

(L. S.) M. Joh. Jacobus Müller
Pastor ad S. Jac. et senior.

(L. S.) Christophorus Pfaur Pastor
ad S. Udalricum et ministerii senior.

a venerabili facultate theologica in nomine sancti spiritus, piorum exulum ducis ac praesidis, decanus, senior et reliqui professores facultatis theologicae in academia wittebergensi, lectori benevolo salutem, pacem ac omnium aliorum donorum spiritus sancti abundantiam.

Innumera sunt et omni prorsus aestimatione majora spiritus sancti beneficia, quae praestat ipse non tantum in prosperis, sed etiam adversis vitae casibus. O! quam multi, quam magni sunt adversitatum casus, qui fideles christianos, maxime divinis ministeriis consecratos, hoc in mundo graviter exercent. Sed in his omnibus spiritus ille sanctus piis praesens cruciatis suaque directione praesens est. Hinc jure suo spiritus sanctus spiritus exilii, imo spiritus etiam consilii, spiritus auxilii piis exulibus appellatur. Protoplasti nostri post lapsum gravissimum paradiso. deliciarum omnium habitaculo, per coeleste senatusconsultum ejecti et ad tristissimum terrae maledictae exilium condemnati, nunquam sententiam exilii judicialem audire, neque tristem exilii faciem adire, neque miseriam ejus multiplicem subire valuissent, nisi per divinissimam evangelii revelati tubam spiritum sanctum exilii ducem atque praesidem animo concepissent. Hoc spiritu duce patriarchae varias exilii sui vias ingredi, varias exilii perpetui fortunas aggredi necessum habuerunt et nonnisi per spiritus sancti virtutem multiplices exilii miserias sustinere potuerunt. Duram exilii sortem per desertum diuturni israelitae neutiquam accedere, nec in tantis tamque luctuosis defectibus atque casibus procedere, nec ullum successum aut felicem eventum sibi promittere potuissent, nisi spiritum exilii, spiritum dei, tanquam consilii et auxilii spiritum secum habuissent. Nec aliis opus hic exemplis. Ipse Christus, omnium exulum piorum antesignanus, nonnisi per hunc spiritum exilium status exinanitionis, exilium suae peregrinationis, exilium omnis persecutionis adire valuit. Per hunc spiritum in utero beatae virginis conceptus et exilio mundanae conversationis destinatus est. Ex hujus spiritus ductu factus exul embryo, cum adhuc in utero matris conclusus lateret, Christus, dum Nazaretho Bethlehemum exulare et descriptionem Augusti imperatoris portare, juxta tenorem edicti, coactus est, Luc. II. v. 1. sqq.. Mox infans post nativitatem ob infanticidium Herodis in exilium pulsus, in tota Palestina locum

tutum commorationis non invenit, sed in Aegyptum exul infans discedere coactus est. Neque puer ab exilii malo liber fuit: non Hierosolymis et in metropoli civitatis Davidis, nec in universa Judaea sedem educationis reperire, sed in finibus Galileae prae metu tyrannorum latere necessum habuit. Matth. II. v. 22.. Maturus ad officium spiritum inaugurationis, sed spiritum exilii accepit Matth. III. 16.. Hujus ductu statim exilium deserti per 40. dies atque noctes sub variis diaboli tentationibus elegit Matth. IV. 1. sqq., et totum vitae cursum exulando consumsit atque cunctorum piorum exulum doctor, ductor et praecursor evasit, quod suis discipulis et sectatoribus ipse praedixit Matth. X. 23.. Spiritus igitur sanctus Christofuit spiritus exilii, fuit eidem spiritus consilii, Esa. XI. 2., spiritus itidem auxilii, Mattb. XII. 28., haebr. IX. 14.. Talis etiam spiritus sanctus omnibus piis exulibus.

Testis ejus rei est clarissimus vir dominus Johannes Simonides, Olassio hungarus, ante scholae briznensis rector, postea exul et afflictus captivus. Parens ejus fuit reverendus vir Paulus Simonides, primum diaconus Várallii 8., post olassiensis archidiaconus et olsnaviensis pastor 14. et tandem teplicensis 28. annis minister, nunc exul in domino cum aliis confratribus afflictissimus. Hujus prima fuit cura, ut filium a deo donatum non modo liberaliter educaret, sed et literarum studiis dedicaret. Ea de causa filium suum praeceptoribus publicis Illaviae, Schemnitzii, Cremnitzii et in aliis Hungariae partibus erudiendum tradidit, sub quorum fideli manuductione, tyrocinia pueritiae fideliter deposuit. Mox adolescentior factus, in libera regiaque civitate briznensi successu non vulgari studia coluit et eam profectuum laudem post se reliquit, ut paulo post ad regimen scholasticum praeter ipsum nemo dignior judicatus fuerit. Ad celeberrimum etiam gymnasium Eperjesinum, tanquam ad mercaturam bonarum artium profectus est, et ibidem sub clarissimis viris domino M. Johanne Bayero et M. Isaaco Zabanio progressus studiorum insignes fecit. Tandem illustre statuum Hungariae collegium ingressus est et ultimum scholasticorum studiorum complementum a viro maxime reverendo, amplissimo, excellentissimo domino Samuele Pomario, s. s. theologiae doctore ejusdemque tt. p. p. et collegii directore primario, hodie celeberrimae ecclesiae lubecensis superintendente meritissimo et aliis professoribus celeberrimis, accepit. Totus nunc in eo erat, ut exterorum oras studi-

orum confirmandorum causa salutaret: sed divinae providentiae visum id aliter fuit. Nam cum clarissimus vir dominus M. Johannes Fabritius, scholae brisnensis rector, Cassoviam evocatus esset, praeter omnem exspectationem ex consentientibus patronorum suffragiis huic successor denominatus et ad regimen scholasticum evocatus est. Huic officio publico sex annis praefuit suaque diligentia et fidelitate scholasticae juventuti profuit. Ad majora commoda tum scholarum, tum ecclesiarum patriae contendisset, nisi factum durum atque dirum fines Hungariae per antichristum pontificem romanum ejusque clerum commovisset. Hinc post ecclesiam brisnensem turbatam, templum per milites regiminis kolalthici occupatum et publicum lutheranae religionis exercitium sublatum, dum ad nutum patrum piarum (ut vocari gestiunt) scholarum, pubem scholasticam juxta concilii tridentini normam informare et in aliis ad ipsorum placita se disponere noluisset, schola pulsus et officio publico spoliatus, intra privatos parietes se continuit et discipulos ad mandatum sui magistratus et patronorum, extra scholae publicum aedificium, privatim informavit. Sed nec ista felicitas informationis privatae diuturna fuit. Nam an. 1674. ad instantiam fisci regii, quem vocant, sub rebellionis vel ejus complicitatis praetextu, die 8. febr. citatus, ut die 5. mart. personali comparitione, cum aliis ecclesiarum et scholarum orthodoxarum ministris, se praesentem Posonii exhiberet, debitum obsequium citationi superiorum praestare voluit. Ast, quia judicium regium delegatum tantummodo reversalium iniquarum subscriptionem ursit et praeter meliorem scientiam et christianam conscientiam subscribere neque voluit, neque potuit. Hanc ob causam cum aliis piis et constantibus confessoribus carceri mox adjudicatus; post ex carcere posoniensi die 29. maji an. 1674. Leopoldinum, adjuncto lictore, satis ignominiose ablegatus, ibidem 3. jun. catenis ligatus, laboribus foedis commaculatus, fame, siti, verberibus aliisque diris afflictionibus ad diem 15. mart. anni 1675. novem integris mensibus pessime tractatus. Tandem cum maxima spes eliberationis effulgeret, nimirum ex adversariorum illusione, mox ad triremes hispanicas, cum aliis orthodoxae fidei confessoribus damnatus, per fines Moraviae, Austriae, Styriae, Carniolae, sinum maris adriatici, non sine maxima tyrannide militum in Italiam Neapolin non tam ductus, quam tractus, sed mirabili dei providentia jam jam triremibus hispanicis, miserrimis crudelitatis

ergastulis, alligandus, per benefactores, coelitus missos, nobilissimos viros, augustanae confessioni γνήσιως addictos atque cum Nathanaele sub mediis tenebris italicis haerentes die 15. jun. anni 1675. redemptus, pro mancipio ventitatus, sed ex dei gratia liberaliter habitus, honeste vestitus, per mare tyrrhenum, Romam, hinc Florentiam, Bononiam, Ferraram, Paduam, Venetias; inde per Lombardiam, Rhaetiam, Helvetiam, Sveviam etc. in Germaniam promotus et quasi per manus fidelibus traditus et commendatus est.

Hanc dei providentiam et patronorum beneficentiam prorsus singularem digne satis depraedicare nequit. Venit demum Vittebergam an 1676. et non modo jus academicae civitatis 15. jan. obtinuit, sed etiam ex academiae liberalitate per aliquot menses sumtibus universitatis vixit. Tempus hoc studiis potissimum sacris tribuere et disputationem theologicam De collegio apostolico-lutherano contra jesuitam Nicolaum Kellionem conscribere magnaque cum laude non sine studiosorum applausu, publice defendere voluit. Cum igitur pius hic exul et pietatis et sedulitatis specimina nobis ostendisset, a collegio nostro theologico testimonium aliquod in sui commendationem modeste petiit. Precibus ejus ex christianae charitatis praescripto neutiquam deesse potuimus, sed de iis, quae ex documentis oblatis cognovimus et in academia nostra vidimus, testimonium perhibere voluimus. Spiritus exilii, spiritus sanctus id officii genus a nobis exigere videtur. Rogamus igitur benevolum lectorem, ut miseri hujus exulis rationem habere, commodis ejus inservire suoque favore conatus ipsius promovere et in hoc exule christiano spiritum exilii pietatis operibus exhilarare velit. Ipse spiritus exilii suam ecclesiam militantem et his in variis modis exulantem coelesti gratia respiciat, consiliis pacis et tranquillitatis foveat, subsidiis divinae virtutis et potentiae custodiat et omnia dira et dura clementer amoveat, propter Jesum Christum μεσίτην και ικέτην nostrum. Scriptum Witteb. 16. maj. an. 1676..

Ab academia vittebergensi.

Wir Rector, Magistri und Doctores der Universität Wittenberg, entbieten allen und jeden, wess Standes, Würden und Wesens Sie seyn mögen, Unsere bereitwillige Dienste, freundlichen Gruss

und alles Gutes und fügen hiermit zu wissen, dass Uns Vorzeiger dieses Tobias Masnicius, gewesener Prediger der Gemeine zu Illawa in Ungern, und Johannes Simonides weyl. Schul-Rector in der Königl. freyen Stadt Brizna zu vernehmen gegeben. Wie Sie vor ohngefehr 6. Jahren, um der reinen Lutherischen Lehr und wahren Bekäntnüss des Heyl. Evangelii, Ihrer Aemter entsetzet und in abscheuliche Gefängnüsse geleget, auch gar auff die Neapolitanische Galere zur Sclaverey und ewigen Dienstbarkeit condemnieret, endlichen aber durch Gottes sonderbahre Schickung darvon wieder befreyet worden; Und weilen Sie dergestalt all das Ihrige verlassen müssen und ins höchste Elendt und Dürfftigkeit bracht worden, Uns mit eine Vorbitte an fromme mitleidende Christen gar beweglich ersucht und angelanget. Wann dann mit dergleichen Personen, welche um der Ehre und Lehre Jesu Christi willen verfolget, und ins Elend verjagt worden, billig mitleiden zu haben und denselben in Ihrer Noth und Dürfftigkeit, alss Glaubens-Genossen mildtreich zustatten zukommen die Christliche Liebe erfordert; Alss haben Wir solchen Ihren zimlich Suchen stat zu geben kein Bedenken getragen, Undt gelanget diesemnach an alle und jede so hierdurch ersuchet und angelanget werden, Unsere respective Dienst und freundliches Ersuchen und Bitten, Sie wollen gemeldte beyde Exulanten nicht allein jeden Orts, frey, sicher und ungehindert passieren lassen, sondern auch diesen Nothdürfftigen Leuten mit einer milden Beysteuer, zu Ihren desto besseren Unterhalt geneigt zu statten kommen.

Solches werden diese beyde Exulanten nicht nur mit schuldigen Dank erkennen und rühmen, sondern es wirdt es auch der Allerhöchste, der auch einen Truncke kaltes Wassers nicht unvergolten lässet, hinwieder reichlich ersetzen, undt Wir seyndt es um einen jedweden, seinem Stande nach, dienst und freudlich zu erwiedern stets bereit und geflissen, Uhrkündlich und zu mehrer Beglaubigung haben Wir unser Rectoris Insiegel Wissentlich anhero drücken und die durch Unsern Proto Notarium eigenhändig unterschreiben lassen. So geschehen und geben

Wittenberg den 31. August 1681.

Samuel Pfennigh
Acad. Proto Notar..

Jena.

Wir Rector und professores der Fürstl. Sächss. gesambte
Universität Jena, fügen hiermit zu wissen, wes massen Vorzeig
dieses Herr Tobias Masnicius gewesener Prediger zu Illawa un
Herr Johannes Simonides, der Königl. Frey Stadt Briess in Unga
gewesener Rector sich unlangsten bey Uns angemeldet und Web
mütthigst zu erkennen gegeben, welcher Gestalt bey den Weltkü
digen Reformation Wesen in gemeldten Königreiche Sie nicht n
obberührter ihrer Aemter gantzlich entsetzet, sondern auch nac
dem Sie vorgelegte ihren Gewissen zuwieder lauffende Religio
Reversalien zu unterschreiben Sich verweigert, zu Leopold-Festu
